INDEX
OPERVM OMNIVM
BIBLIOTHECÆ MAXIMÆ
PONTIFICIÆ

INDEX
OPERVM OMNIVM
BIBLIOTHECÆ MAXIMÆ
PONTIFICIÆ

PROMOVENTE, AESQVE SVPPEDITANTE

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. D.


D. FR. IOANNE THOMA
DE ROCABERTI

Prælato domeſtico aſſiſtente ſacro Solio, ab INNOCENTIO XI. Archiepiſcopo Valentino; olim in eiuſdem Vrbis Vniuerſitate S. Theologiæ Profeſſore Primario, Ordinis PP. Prædicatorum in Prouincia Aragoniæ Prouinciali, poſtmodùm totius Religionis Generali Magiſtro; ſemel, atque iterum Valentini Regni Prorege, & demum Hiſpaniarum Inquiſitore Generali.

SANCTISS.MO IN CHRISTO PATRI
INNOCENTIO XII.
DIVINA PROVIDENTIA PONTIF: MAX:

DICATÆ.





ROMÆ, M. DC. IC.

Ex Typographia Ioannis Franciſci Buagni.

SVPERIORVM PERMISSV.

PRÆFATIO
AD LECTOREM
IN INDICEM
BIBLIOTHECÆ MAXIMÆ
PONTIFICIÆ.



OPTIMA quæuis ingenia, inquit *S.P. Augustinus*, nihil expetunt magis, quàm multitudinem rerum inter se dissitarum natura, vel genere in vnum ordinem redigi; nam animus, sicuti cognoscibilium pluralitate diuerberatus confringitur, & quodammodò secatur in partes; ita ordinatione ad vnum resuitur, ac suæ redditus integritati vnitate fortior, & vegetior efficitur. Vniuersam creaturam, cùm à summo rerum omnium Opifice conderetur, in mensura, numero, & pondere legimus ab infinita illius Sapientia, quæ nec mensurari, nec numerari, nec ab aliquo potest appendi, aut præponderari, fuisse dispositam; in mensura quidem, quia omnibus rebus modos attribuit, & limites, extra quos esse non possunt; in numero, quatenus certam perfectionum substantialium, & accidentalium seriem eis præfixit, ex qua illarum formositas, & pulcritudo consurgit; & tandem in pondere; quia eas ita appendit, vt ad fines quibuslibet proprios rectissimo ordine, ac certa dispositione inclinaret. Quantùm discordet, & deniet humana à Diuina Sapientia, cuius tamen radiusculus est; si suis operibus Indicem, quo eis mensuram, & numerum, ac pondus adijciat, omittat intexere; optimè norunt, qui humanæ mentis, & intelligentiæ vires perceperunt, & vias! Res, nisi suis circumscribantur limitibus, nequeunt ab humano intellectu, quia finitus est, apprehendi; nisi suis numeris significatæ indicantur, nequit earum multiplicitas colligi; & nisi suos ordinentur in fines, nequeunt, vbi appensæ quiescant, intelligi: Sinus maris imperuios quis posset absque sydere viam indicante emetiri? Sic intelligentiam plurium rerum, quæ plurima librorum lectione solùm colligi queunt, quis posset, nisi ægrè adipisci, si ab vno omnes patefactæ non essent? Amplissimi circuli partes, quæ infinitam possunt diuisionem suscipere, quis valeat simul agnoscere, nisi per ordinem ad medium, quod centrum geometræ, & mathematici vocant, quo omnes partes vnitæ conueniunt; & quod vnum est, ac omnia, quæ ab illo ducuntur, pariliter mensurat, & æquat? Ingens itaque multitudo, & diuersitas rerum, quæ in viginti operibus Bibliothecæ Maximæ Pontificiæ ardentissimo in Ecclesiam Catholicam zelo, & expensis plurimis Illustrissimi, & Excellentissimi Fr. Thomæ de Rocaberti Valentini Archiepiscopi generalis Hispaniarum Inquisitoris clarissimæ, & nunquam satis laudatæ memoriæ excussis, colligenda fuit in vnum, quo quælibet, vbi latent, indictæ quærantur, & faciliùs quæsitæ inueniantur. Munitissima turris, quam Dauid erexit in Sion, vt hostilem Iebusæorum arcem inuaderet, ac expugnaret, mille clypeis ex ea pendentibus fuit munita, omnique armatura fortium repleta. Ecquid figurauit, inquit *S.P. Augustinus*, nisi Sanctorum Ecclesiam, quam Sancti Patres, ac Doctores Catholici inexpugnabilibus Diuinarum Scripturarum aggeribus contra illius hostes quoscumque circumuallare, fortissimisque doctrinarum propugnaculis inuictè munire studuerunt? At turris Dauid claue aperiebatur, vt milites, quoties hostes ingruerent, arma ad illos confodiendos iam parata sine mora susciperent; & claudebatur, vt pro futuris inuasionum hostilium recursibus semper seruarentur in promptu; ne improuidè aggressi hostium armis, dum arma contra hostiles impetus quærerent, profligarentur. Clauis mystica, quæ statim aperit, vt illico doctrinæ accipiantur, quibus recentium Iebusæorum ineluctabilem Summi Pontificis auctoritatem, potestatemque oppugnantium iacula retorqueantur, & suis in ipsos reiectis ictibus

Lib. 1. de Ord. cap. 1.

Sap. 11.

Serm 41. ad Fratr. in Erem.

 bus

bus confodiantur, est Index, qui statim ostendit, vbi arma iam parata seruantur, quibus vel vertantur iu fugam confusi, vel prosternantur confosi. Sexaginta Viri ex fortissimis Israel, qui custodiebant lectulum Salomonis in domo ensem super fæmur suum singuli semper habentes ob nocturnos timores, designarunt Auctores centum viginti, qui in operibus Bibliothecæ Maximæ Pontificiæ reclusi custodiunt sapientiam, qua suprema Romanoru m Pontificum auctoritas defenditur, & propugnatur contra nocturnos, idèst fraudulentos Eterodoxorum, ac schismaticorum, aliorumque Aduersantium iusultus Diuinæ veritatis lucem obscurare, ac falsitatis vmbris velare conantium. Numerus aurem sexagenarius bis repetitur, & centesimum vigesimum efficit; vt innuatur sacros hos milites, qui pro Catholica veritate certarunt, bini Testamenti, noui scilicet, & veteris arma sumpsisse ita, vt multiplicata lege etiam legis Defensores multiplicari debuerint; vel quia sicut binæ D. Petri sunt claues; ita bis sexaginta esse debuerunt custodes ad decertandum continuò pro illarum defensione parati. Sed quemadmodum illorum sexaginta militum enses simul vna, & eadem recludebantur in domo, vt prompta esser omnium contra inuasores defensio; ita istorum iacula, & arma simul congerenda fueruut in vnum, vt expeditè sumi queant contra furtiuos Aduersariorum insurgentium motus, inopinasque iuuasiones. Plura membra eiusdem corporis vno, & eodem spiritu regi debuerunt; vt suis, quoties opus fuerit, quælibet funganrur officijs. Quanta sit Vniuersitatis crearurarum speciositas, uos omnino lateret, si vnius, eiusdemque lucis beneficio simul nobis manifestata uon esset; Ordo erenim plurium in vno perfectionem auger singulorum. Plurium operum, quæ vnum corpus mysticè efficiunt, anima est Index, qui mouet ad singula, vt mens singulorum beneficio fruatur; est lux, quæ singula manifestat, vt omnium species accipiat; est initium, à quo ordo doctrinarum expetitur.

Sed multitudini ordinem, quem secum ipsa non defert, adijcere, quo intra fines cuiuslibet rei coerceatur, & impermixta regatur, hominibus teste *D. P. Augustino* difficillimum est, atque rarissimum. Quemadmodum namque ordo, quo Mundi huius Vniuersitas regitur, infinitam Conditoris sapientiam, quæ illum ram exactè, prudenterque disposuit, vt citra erroris periculum omnia suos peragant motus, officia, & recursus, suisque infallibili methodo respondeant temporibus; ita hisce viginti operibus ordinem, quem secum non ferebant, iniungere, non mediocrem exigebat sapientiam, qua nihil inordinatum, indispositumque relinqueretur. Nec modico tempore opus fuisset, vt adcò ingens hic partus ad suam perfectionem excresceret ne aliqua pars abortiuè producta à suo pondere, vel numero, vel mensura deficeret; sic namque solummodò formositas, ordinatio, & moderatio consurgunt, quæ rerum perfectionem teste *S. P. Augustino*, venustatemque exornant, & complent. Cæterùm cùm nec ea sapientia præditi simus, quam solum inquirimus, & concupiscimus: neque tempus couces sum suffecerit; solo etenim quinque mensium spatio totum opus ordinatum, conscriptum, & simul editum fuit, reliqnum est, vt qui legendo errores, qui irrepserunt, offenderit, vel Notariorum, qui in colligendis rerum notitijs adhibiti sunt, inaduertentiæ conscribat; vel temporis impingat angustiæ; vel impressorum attribuat inscitiæ; vel tandem nostræ ignoscat tenuitati, quæ pro modulo scripsit, vt potuit; & potuit, vt sciuit continuò exoptans edoceri, & corrigi à rectis; etenim, vt alibi diximus *cum S. P. Augustino*, *Gratanter suscipit osculum columbinum pulcherrima, & modestissima charitas; dentem autem caninum, vel euitat cautissima humilitas, vel retundit solidissima veritas.*

Lib. 1. de Ord. c. 1.

Lib. de nat. Boni c. 3.

Tom 1. in præfat.

CENSVRA

DE *mandato Reuerendiſſimi Patris Paulini Bernardinij Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri reuidi Indicem in Tomos omnes Bibliothecæ Maximæ Pontificiæ. In eo nihil reperi contrarium fidei, aut bonis moribus; quare cenſeo poſſe imprimi. Hac die* 2. *Auguſti* 1699.

Franciſcus Maria Campionus
Apoſt. Cleri Examinator
in Vrbe.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro Sacri Apoſtolici Palatij.

Dominicus Bell. de Bellis Epiſcopus Melphicten. Viceſgerens.

Imprimatur.

Fr. Paulinus Bernardinius Ordinis Prædicatorum Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter.

SYNOPSIS.



Lurima de cæteris Scriptoribus quorum Opera his Tomis comprehenduntur, cum iam à nobis dicta fuerint, non dubito (humanissime Lector) quin etiam aliqua in singulari scire aueas de Authore huius ingentis suscepti Operis, Excellentissimo, ac Reuerendissimo Domino D. Fr. Ioanne Thoma de Rocaberti, cui tantum laborem, totque expensas Respublica literaria debet. Prohibuerat nos hactenùs reuerentia Excellentissimo Antistiti debita nedum viueret ipsum laudibus offenderemus, cum vir ab omni ambitu alienissimus, grauius, ac molestius, laudes quam ipsas iniurias ferret, atque vtinam, etiam nunc eadem nos reuerentia cohibere deberet; sed inuitos dira mors nos eo timore soluit cum Excellentissimum Thomam de Rocaberti nè ista legeret ijsque moueretur, è viuis subdixit. Huc enim cum à nobis peruentum fuisset, triste ac inexpectatum nuntium accepimus, præclarissimum Hispaniarum lumen extinctum fuisse, vt iam nedum liberum sit, huius laudes celebrare, sed etiam grati animi sensus iubeat, tam benefico, totque titulis de literario Orbe, de Christiana Religione, deque ipsa Ecclesia viro optimè merito, hæc quamuis longe inferiori meritis, commendatione parentare. Vt vero extenta laudum segete aliqua colligam; Nemo nescit ex his qui propius & familiarius Excellentissimum, ac Reuerendissimum Dominum Fr. Ioannem de Rocaberti, huiusque familiam norunt, quanta in vno insignia coniunxerit claritas sanguinis, virtutibus non dissimilis, præclari tituli Dei gratia concessi, cum vitæ integritate morumque honestate coniuncti, qui omnium oculis ab ipsa pœnè infantia spectabilem exhibebant, eamque ad magna vocatum ostendebant. Ijs enim, quæ blandiente fortuna nascentem exceperant animo maiori contemptis; abruptisque vinculis, quæ iam ad cœlestia anhelantem detinebant, vt præeuntem pauperem Christum sequeretur, Diui Dominici Religionem ingressus, post præclarissima futuri progressus, suæque euectionis indicia, ascensiones per omnium virtutum gradus Deo ducente disponens, ad sui ordinis culmen euectus est. Neminem latet quanta filijs virtutum omnium exempla sui gregis norma effectus, reliquerit: Quo ardore ad promouendam, illæsamque seruandam, ac tuendam vbique obseruantiam incubuerit. Sed quis immensum illum pro augendo honore, & splendore, quem Dominicana Religio ex sanctitate, & Diuorum numero potissimum assecuta est, zelum mente reuoluat, quem tenerrimus grati animi sensus non commoueat, ac percellat? Eius solicitudine prædicatoria familia, Orbisque Vniuersus debet, quod iam publicos honores Diuo Ludouico Bertrando, Diuæ Rosæ Peruanæ Virgini primo Indiarum flori, Beato Pio, P. M. D. Gundisaluo, Beato Ioanni Coloniensi Martyri, Beato Alberto Magno, Beato Iacobo de Meuania, Beatæ Margaritæ de Sabaudia, Beatæ Margaritæ de Castello, deferre liceat. Hæc Dominicani firmamenti sydera vniuerso Orbi nostri Thomæ indefessa cura exhibuit, hos nobis apud Deum Patronos asciuit. Verum Dominicanæ familiæ Virum tot egregiè fa-

ctis

ctis de suo Ordine optimè meritum, visa est inuidere Hispania, aut dolere non satis amplis titulis insigniti, aut velle potiri tandem, ac frui tanti viri solatio, consilio ac exemplo, quo diù priuata fuerat. A Catholico Rege, ac Sapientissimo Principe reuocatur ad Patriam, & Valentinæ Ecclesiæ præficitur. Quis verò Illustrissimi Ecclesiæ Præsulis virtutes ea sede dignas recenseat? Vt magis elucerent altius euectus est. Quis satis laudibus celebret? aut amorem in pauperes, quibus omnia erogabat, aut solicitudinem pro seruanda suæ sponsæ Valentinæ Ecclesiæ dignitate, & sanctitate, cui perficiendæ, excolendæ, ac ornandæ sese totum, suaque impendit, fundato, erecto, ac ex asse instituto hærede, post obtentam à Summo Pontifice facultatem, amplissimo Seminario, cuius regimen, & curam Clericis Minoribus commisit, vir ab omni priuato affectu alienus, & vni communi bono procurando intentus. Semel & iterum eiusdem Ciuitatis vigilantissimus Prorex Martem, & Mineruam in vnum adstrinxit. Sed quis ardentissimum illum cœlum pro Maiestate Sanctæ Sedis tuenda satis euebat, in cuius defensionem vigintiquinque ingentia volumina publica luce donauit, quorum partem ipse suo ingenio edidit, in alijs, quæ apud Authores cæteros seiuncta ac dispersa reperiri vix poterant, maximo omnium emolumento coniunxit, in quorum elogium non semel ad pedes Sanctissimi Domini Nostri prouolutus audiui, Volumina Ista esse tot Clipeos quibus Apostolica Sedes contra hostiles incursus præmunitur. Tum sanè compertum est, quam altè infixus esset Religionis suæ, & pristini status amor. Nihil in ea dignitate de antiquo rigore remisit: Idem lanearum vsus sub infulis quas Præsulis dignitas postulabat: Idem in Archiepiscopi Palatio viuendi modus, ac in Religiosi Cœnobio. Quin etiam vltra communes, & præscriptas sui instituti leges, aspero cilicio vsus magno etiam Domesticorum exemplo, bis in hebdomada feria quarta, & sexta solo pane & aqua contentus, solita Pastoralis muneris onera sustinebat. Atque ea erat in tanta dignitate constituti Viri de se nihil sentientis humilitas, vt nunquam nisi flexis genibus sui Ordinis Generali scriberet. Verum neque ea dignitas Thomæ vltima euectionis meta fuit. Quærebatur tanti Viri meritis par dignitas. Ad supremum fidei, ac S. Inquisitionis Tribunal euehitur, quo nihil maius, nihil altius ad Catholici Regis nominationem in argumentum beneuolentiæ, & existimationis quam de tanto Viro conceperat, conferri potuit. Et sanè integritati fidei, flagrantissimo zelo, indefessis pro Ecclesiæ defensione laboribus, ac studijs, hæc dignitas debebatur. Sed heu mortalium conditio, quibus in summo diu stare non licet: Virum tot titulis ornatum, tot meritis cumulatum, tot honoribus auctum mors nobis inexpectata eripuit die decima tertia Ianuarij hora septima matutina, & tunc tantam nobis dolendi causam subministrat, quantam olim vniuerso Ordini, nobisque gratulandi materiam attulerat. Verum nec in illo supremo die defuit, quo singulare Diuinæ prouidentiæ, ac Diuini amoris erga nostrum Thomam argumentum demiremur. Grauis enim Apoplecticus stupor quo repentè correptus fuerat, cum per aliquot horas sensum omnem ademisset, ita tamen præter morem abscessit, vt moriturus Thomas Christianæ pietatis repetitis sæpius, ac sæpius actibus, summa libertate animi, perceptisque omnibus Ecclesiæ Sacramentis placidè diem extremum clauserit, anno 1699. ætatis suæ 74.

Hic

Hic viri diuturniori vita digni, Ecclesiæ Præsulis, Hispaniarumque Inquisitoris Generalis, finis, cuius fœlici memoriæ in obsequij, & amoris monumentum, hoc breue tot meritorum compendium consecrat

Fr. Aloysius de Barutel, & Eril Mag. Reuerendiss. P. Gen. Socius &c.

AVCTORVM.

Quorum Opera continentur in viginti Voluminibus

BIBLIOTHECÆ MAXIMÆ PONTIFICIÆ,

CATALOGVS.

ABraham Bzouius Polonus Cracouiensis Ordinis PP. Prædicatorum anno 1619. edidit librum *de præstantia, officio, auctoritate, virtutibus, felicitate, rebusque preclarè gestis Romanorum Pontificum*. tom. 1. pag. 1.

Abraham Matonita patria Ecchellensis Bibliensis Diœcesis Montis Libani librum composuit *de Origine nominis Papæ, eiusque primatu*; qui anno 1661. typis editus fuit Romæ in Collegio de Propaganda fide. to. 1. ex Ecchellensi. pag. 1.

Adamus Tannerus Germanus Tyrolensis Oenipontanus Societatis Iesu edidit commentaria in D. Thomam, quibus inseruit tractatum *de Summo Pontifice, & de Concilijs*. to. 1. ex Tannero. pag. 1.

B. Ægidius Columnius nobilis Romanus Ordinis PP. Eremitarum S. P. Augustini S. Thomæ Aquinatis auditor Archiepiscopus Bituricensis, & Aquitaniæ Primas, S.R.E. Cardinalis *Doctor fundamentarius* appellatus tertiodecimo sæculo sub Bonifacio VIII. scripsit librum *de Renunciatione Papæ*. tom. 2. pag. 1.

Adolphus Schulckenius apud Vbios Doctor, & Professor sacræ Theologiç sub Paulo V. scripsit Apologiam pro D. Roberto Cardinali Bellarmino *de potestate Temporali Romani Pontificis*, quæ Coloniæ Agrippinæ fuit impressa anno Domini 1603. to. 2. ex Adolpho. pag. 1.

Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis floruit sæculo nono, & inter alia monumenta, quæ scripsit, breuem tractatum reliquit *de Comparatione vtriusque regiminis Ecclesiastici, & Politici, & de praeminentia Dignitatis Ecclesiasticæ super Imperatorum Maiestatem*; quem ad Imperatorem Ludouicum transmisit. tom. 2. ex Agobardo. pag. 1.

Alanus Copus Anglus scripsit sex dialogos Antuerpiæ anno salutis 1566. impressos *contra Summi Pontificatus, sacri Cælibatus, seu Monachatus, ac sacrarum Imaginum oppugnatores*. to. 2. ex Alano. pag. 1.

Albertus Pighius Campensis inter alia opera edidit opus *De Hierarchia Ecclesiastica* Coloniæ excussum anno salutis 1551. to. 2. ex Pighlo. pag. 1.

Albertus Pius Comes Carpensis sæculo elapso scripsit *de primatu D. Petri, Pontificis Maximi potestate, titulisque, ac honore cæterorum Præsulum*. to. 2. ex Alberto Pio. pag. 1.

Alexander à S. Elpidio Ordinis PP. Eremitarum S. P. Augustini Prior Generalis, & postea Archiepiscopus Rauennas scripsit librum *de Ecclesiastica potestate* Ioanni XXII. dicatum Taurini impressum anno Domini 1496. tomo 2. ex Alexandro à sancto Elpidio. pag. 1.

Alexander à Turre Cremensis Canonicus Regularis Lateranensis edidit librum impressum primitus anno salutis 1588. Sixto V. oblatum *De fulgenti radio Hierarchiç Ecclesiç Militantis* inscriptum. to. 2. ex Alexandro à Turre Cremensi. 1.

Alphonsus Aluarez Guerrero Hispanus I. V. Doctor Monopolitanus Episcopus librum edidit Venetijs excussum anno salutis 1659. *De Ecclesiastica Diuina potestate, & de vnitate S. Matris Ecclesiç, ac de vnitate, & plenissima potestate sacri Summi Romani Pontificis*. to. 2. ex Aluarez. 1.

Alphonsus de Castro Hispanus Ordinis PP. Minorum S. Francisci elapso sæculo inter opera, quæ edidit, scripsit *de Romano Pontifice*. to. 2. ex Alphonso de Castro. pag. 1.

Alphonsus Mendoza ex Ordine PP. Eremitarum S.P. Augustini in Academia Salmanticensi Vespertinus S. Theologiæ Professor anno salutis 1595. sub Sixto V. edidit quæstiones quodlibeticas *de Regno, & Dominio Christi Domini, & de fixione Summi Pontificatus*. to. 3. pag. 1.

Aluarus Pelagius Ordinis PP. Minorum S. Francisci Hispanus Episcopus Coronensis in Achaia, & Syluensis in Lusitanorum Algarbijs Scoti auditor sub annum 1340. scripsit opus *de planctu Ecclesiæ*. to. 3. pag. 23.

Ambrosius Catharinus Ordinis PP. Prædicatorum primùm Ecclesiæ Minorensis Episcopus, & postea ad Campsanum Archiepiscopatum translatus, vnus ex Tridentini Concilij Patribus scripsit librum *ad Vniuersas Ecclesias aduersùs Martinum Lutherum*. to. 3. pag. 265.

Amedeus Chitolus de Raconisio Ordinis PP. Seruorum B. Mariæ Virginis Generalis opus composuit Inscriptum: *Lumina fidei Diuinæ, quibus Christiani ducuntur in cognitionem veritatis*, typis mandatum Lugduni anno Domini 1671. to. 3. pag. 327.

Andreas Dualius Ponthesianus Doctor Sorbonicus, & in Academia Parisiensi sacræ Theologiæ Professor libro in secundam secundæ S. Thomę Doctoris Angelici tractatum inseruit *de suprema Summi Pontificis auctoritate* anno Domini 1631. to. 3. pag. 405.

Andreas Lao Carmelita sacræ Rituum Congregat. Consultor anno salutis 1663. edidit librum Romæ impressum *de Summo Pontifice contra Sectarios*: to. 3. pag. 591.

Angelus de Clauasio Ordinis PP. Minorum Obser. Regul. Summæ Angelicæ inseruit breuem tractatum *de Summo Pontifice*. to. 3. pag. 619.

Angelus Petricca à Sonnino Ordinis PP. Minorum Conuentualium S. Francisci scripsit librum *de appellationibus omnium Ecclesiarum ad Romanam sancti Petri Cathedram; & de potestate Apostolorum aduersùs Gabrielem Philadelphium; & confutationem Imperij Summarum Potestatum circa sacra* impressam à Grotio anno 1652; *et redargutionem dissertationis*, quam Dauid Blondellus nuper ediderat. tomo 3. pag. 623.

Angelus Roccha Camers ex Ordine PP. Eremitarum S.P. Augustini Apostolici Sacrarij Præfectus Episcopus Tagastensis sub Paulo V. scripsit *Commentarium de sacra communione Romani Pontificis solemniter Missam celebrantis*. to. 4. pag. 1.

Annibal de Grassis Bononiensis Episcopus Fauentinus circa annũ salutis circiter 1580. scripsit opusculum *de vniuersali iurisdictione Romani Pontificis in temporalibus*. to. 4. pag. 21.

S. Anselmus Episcopus Lucensis annum Domini 1080. circiter scripsit *duos libros pro Gregorij VII. decreto, & de rebus gestis contra Henricum IV. Imperatorem, & contra Guibertum Antipapam Archiepiscopum Rauennatensem*. to. 4. pag. 41.

S. Antoninus Archiepiscopus Florẽtinus ex Ordine PP. Prædicatorum assumptus circa annum salutis 1450. suæ Summæ Theologicę inseruit titulum XXII. *de Summo Pontifice*. to. 4. pag. 27.

Antoninus Diana Siculus Clericus Regularis sub Alexandro VII. scripsit *de primatu solius D. Petri, & differentia inter Petrum, & Paulum*. tomo 4. pag. 119.

Antonius Augustinus Hispan s Archiepiscopus Tarraconensis scripsit Epitome iuris Pontificij typis mandatum anno 14. sæculi currentis, in quo *de Pontifice Maximo* eruditè disseruit. to. 4. pag. 161.

Antonius Florebellus Doctor Theologus Mutinensis edidit opus *de auctoritate Ecclesiæ ad Iacobum Sadoletum Episcopum Carpentoractensem* S. R. E. Cardinalem Presbyterum *de auctoritate Ecclesiæ*. to. 4. pag. 229.

Antonius Paulutius Iurisconsultus Venetus Auditor causarum sacri Palatij Apostolici sub Innocentio XI. edidit opus *de Iurisprudentia sacra*, in quo Principatum Ecclesiasticum contra Nouatorum ineptias ostendit. to. 4. pag. 253.

Antonius Posseuinus Societatis Iesu scripsit *de potestate Papæ* tractatum magno Moscouiæ Duci transmissum. tom. 4. pag. 455.

Antonius Sanctarellus Societatis Iesu scripsit Tractatum de hæresi, schismate, apostasia, & sollicitatione in Sacramento pęnitentiæ, cui inseruit *de potestate Romani Pontificis in puniendis Principibus hæreticis*; qui typis prodijt Romæ anno 1625. to. 4. pag. 459.

Augustinus Barbosa I. V. D. Lusitanus Prothonotharius Apostolicus inter alia opera edidit tractatum *de Summo Pontifice*. to. 4. pag. 469.

Augustinus de Bellis sacræ Theologiæ Professor sub Innoc. X. circa annum salu-

salutis 1647. edidit Romæ librum *de absoluta D. Petri Monarchia, qua solus Ecclesiam aurigauit* contra quendam Neotericum anonymum constituentem ex Petro, & Paulo vnum Pontificem. to. 4. pag. 529.

Augustinus Oregius presbiter Cardinalis tit. S. Sixti Archiepiscopus Beneuentanus Theologiæ in quatuor tomos diuisæ inseruit opus *de Ecclesiastica Hierarchia* sub Vrbano VIII. typis mandatum. to. 4. pag. 629.

Augustinus Steuchus Eugubinus ex Canonico Regulari Episcopus Kisani, & Apostolicus Bibliothecarius scripsit contra Lutherum *de vnitate Religionis Christianæ, quæ ex vno Capite, vnaque Sede Romana* pendeat Bononiæ impressum anno salutis 1530. tom. 4. pag. 653.

Antonius Perez ex Oppido S. Dominici de Silos ex Ordine S. Benedicti Episcopus Tarraconensis scripsit *Fidei Pentateuchum*; seu quinque volumina *de Ecclesia; de Concilijs, de Scriptura sacra, de Traditionibus Sacris, & de Summo Pontifice* circa annum salutis 1504. to. 4. pag. 669.

Balthassar Nardus Aretinus tempore Pauli V circa annum 1618. edidit Parisijs librum, cui titulus est: *Expunctiones, & animaduersiones locorum, qui in libro de Papatu Romano ignoti Auctoris depravantur, mutilantur, & tam falsò afferuntur, quàm in prima parte Marci Antonij de Dominis, &c.* to. 5. pag. 1.

Baptista Fragosus Lusitanus ex Oppido Syluij in Regno Algarbiorum ex Societate Iesu inter alia, quæ composuit, opera circa finem sæculi elapsi scripsit *de obligatione Summi Pontificis; de eiusdem potestate quoad indulgentias, & de potestate quoad Ecclesiasticas dignitates.* to. 5. pag. 109.

Barlaam Græcus de Seminaria Episcopus Gyracensis, vel Hieracensis circa annum salutis 1303. sub Bonifacio VIII; Benedicto XI; & Clemente V. scripsit epistolas ad Episcopos Græciæ *de vnione Ecclesiæ Romanæ, & processione Spiritus sancti.* to. 5. pag. 587.

Bartholomæus Fumus Villaurensis Placentinus Ordinis PP. Prædicatorum Hæreticæ prauitatis Inquisitor sub annum salutis 1545. scripsit Summam casuum conscientiæ, quam vocauit *Armillam*, in qua plura resoluit *de Romano Pontifice*. to. 5. pag. 619.

Bartholomæus Mastrius à Meldula Ordinis PP. Minorum Conuentualium S. Francisci in Opere Theologico ad mentem Scoti edito tomo 4. Venetijs impresso anno Domini 1675. *quæstiones de Summo Pontifice* inseruit. to. 5. pag. 621.

Balduinus Iunius Hollandus Ordinis PP. Minorum inter plura, quæ edidit volumina circa annum salutis 1630. enulgauit tractatum vnum *de Romano Pontifice*, & alterum *de Ecclesia Militante*. to. 5. pag. 641.

Bernaldus, seu Bertoldus, aut Bernoldus, vel Bernardus Constantiensis præsbyter temporibus Henrici IV. Imperatoris circa annum Domini 1060. scripsit *librum Apologeticum pro Gregorio VII*; seu *tractatum de Sacramentis excommunicatorum iuxta assertionem SS. Patrum*. to. 5. pag. 701.

Boetius Epo Rordahusanus Frisius inter plurima opera, quæ edidit, circa annũ salutis 1570. scripsit *de iure sacro*, seu *de principijs iuris Pontificij; de iurisdictione temporali Ecclesiasticorum; glossemata in Cap. Constantinus de Hierarchia Ecclesiastica*, vel *de vno Capite Ecclesiæ in terris aspectabili*, & *de prouocatione à Summo Pontifice ad Concilium generale*. to. 5. pag. 761.

Cataldinus de Boncompagnis Bononiensis I. C. paulò post Concilium Basileense scripsit *tractatum solemnem, & aureum de translatione Concilij Basileensis ad inclitam Ciuitatem Ferrariæ; et de viribus, et importantia literarum eiusdem; ac de potestate Sanctissimi Domini nostri Papæ*. to. 6. pag. 1.

Celsus Mancinus Rauennas Canonicus Regularis Congregationis Lateranensis Episcopus Alexanensis in Salentinis scripsit nouem libros *de iuribus Principatuum* Romæ editos anno salutis 1596. to. 6. pag. 33.

Christianus Lupus Iprensis Ordinis PP. Eremitarum S. Patris Augustini in Academia Louaniensi Professor primarius inter plurima, quæ elucubrauit volumina, edidit eruditissimum tractatum *de antiquis Gallicana Ecclesiæ appellationibus ad Apostolicam Sedem contra Paschasium Quesnellum; de Africana Ecclesia Romanis appellationibus; de appellatione Eutychetis, S. Flaviani Episc. Constantinopolitani, & Theodoreti Episc. Cyrensis, & Scholijs Conciliorum Dictatum S. Gregorij VII* inseruit. Obijt anno salutis 1681. sub Innocentio XI; à quo in summo pretio fuit habitus ob eius singularem eruditionem, aliasque animi dotes eximias. to. 6. pag. 81.

S 2 Chry-

Chryſtophorus Marcellus Patritius Venetus Corcyræ Archiepiſcopus inter alia opuſcula ab ipſo typis mandata anno Domini 1518; & 1520. edidit etiam volumen *De hæreſis prauitate,& Martini Lutheri perfidia*. tom. 6. pag. 685.

Cęleſtinus Sfondratus Mediolanenſis ex Ordine S. Benedicti S. R. E. Cardinalis inter alia ſcripſit librum,cui titulus: *Gallia vindicata* contra Maimburgum de poteſtate ſummi Pontificis in Reges. Floruit hoc ſæculo circa aunum Domini 1680. vſque ad 1696. to. 6. pag. 729.

S. Cyprianus Martyr, & Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopus, & totius Africæ Primas inter opera innumera, quæ reperiuntur impreſſa ab ipſo elucubrata circa ann. Domini 248. ſcripſit *etiam de vnione Eccleſiæ Catholicæ*. to.6. pag. 903.

Carolus Scribanus Bruxellenſis Societatis Ieſu inter alia opera non pauca, quæ ſcripſit, edidit etiam volumen *De controuerſijs fidei, earumque Iudice* impreſſum Antuerpiæ anno ſalutis. 1612. to. 7. pag. 1.

Cæſar Petrus Michael Delphinus Parmenſis ſub PioIII; & ſub IulioIII. ſcripſit librum, cui titulum fixit: *Certiſſima, & nouiſſima Deciſio de proportione Papæ ad Concilium, & de vtroque eiuſdem Principatu*. to. 7. pag. 7.

Conſtantinus Caietanus Syracuſanus Ordinis S. Benedicti Abbas Caſſinenſis ſub Paulo V; Clemente VIII; & Innocentio X. ſcripſit librum *De ſingulari S. Petri ſolius primatu*, quem manuſcriptum imprimendum reliquit to.7. pag. 27.

Camillus Campegius Ordinis PP. Prædicatorum fertur ſcripſiſſe manuſcriptum repertum in Bibliotheca Vaticana *de Primatu Romani Pontificis contra Matthiam Flaccum Illyricum Centuriarum Auctorem*, & floruit tempore Concilij Tridentini, cui interfuit. to. 7. pag. 133.

Cathedræ Apoſtolicæ Oecumenicæ Auctor anno 1674. ſcripſit librum *contra quatuor propoſitiones Cleri Gallicani* anno 1672. in conuentu Pariſienſi editas. to. 7. pag. 965.

Cyprianus Benettus ex Regno Aragoniæ Ordinis PP. Prædicatorum Doctor Pariſienſis anno 1512. ſcripſit librum *de prima Orbis Sede, de Concilio, de Eccleſiaſtica poteſtate, & de Pontificis Maximi auctoritate*. to. 7. 737.

Cunerus Petrus de Brovvershauen Zelandus anno 1568; ſcripſit librum,cui titulus: *Vera, ac germana Domini Noſtri Ieſu Chriſti Eccleſia, quæ columna, & firmamentum eſt veritatis, deſignatio, atque eiuſdem per quatuordecim proprietates oſtenſio*. to. 7. pag. 798.

Didacus de Cea Agudenſis, vel Andenſis Hiſpanus Ordinis PP. Minorum Commiſſarius Generalis Curiæ Romanæ anno 1636. edidit librum inſcriptum *Archielogia ſacra Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli*. tom. 8. pag. 1.

Didacus Nugnus Cabezudo Villalonenſis Hiſpaniæ ordinis PP. Prædicatorum Collegij D. Gregorij Vallifoletani Regens primarius anno 1609. in Tertiam partem Summæ D. Thomæ Aquinatis edidit *De his, in quo vſus clauium poteſt exerceri*. to. 8. pag. 229.

Dionyſius Petauius Aurelianenſis Societatis Ieſu annum 1612. circiter ſcripſit librum *de Hierarchia Eccleſiaſtica*. to. 8. pag. 279.

Dominicus Bannez Mondragonenſis Ordinis PP. Prædicatorum in Salmanticenſi Academia Profeſſor primarius quæſtionibus de fide, ſpe, & charitate inſeruit tractatum *De Romano Pontifice*. to. 8. pag. 309.

Dominicus Grauina Neapolitanus Ordinis PP. Prædicatorum annū circiter 1620. edidit librum *Catholicarum præſcriptionum aduerſus hæreſes; vbi de legitimo, & præcipuo Magiſtro, & Iudice infallibili Romano Pontifice in decretis fidei, & morum, & canonizationis Sanctorum; & de Eccleſiæ notis, de cauſis conciliorum; & librum Apologeticum de Sacro fidei Catholicæ, & Apoſtolicæ depoſito à Romanis Pontificibus fideliter cuſtodito*. to. 8. pag. 371.

Dominicus Iacobatius Romanus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis circa annum Domini 1500. ſcripſit de Concilio. to. 9. pag. 1.

Dominicus Maria Marcheſius Neapolitanus Ordinis PP. Prædicatorum Puteolorum Epiſcopus ſub Innocentio XI. ſcripſit tractatum *de Capite viſibili Eccleſiæ* inter alia opera, quæ ſunt typis Neapoli impreſſa. tom. 9. pag. 623.

Dominicus Segnerus ex Vrbe Antij antiquiſſima iuris vtriuſque Doctor ſub Alexandro VII. ſcripſit lib; cui titulus: *Opus Dei admirabile*; ſeu *de Suprema Dignitatis, ac poteſtatis plenitud ne S. Petro, eiuſque ſucceſſoribus à Chriſto Domino conceſſa*. to. 10. pag. 1.

Franciſcus Soto Ordinis PP. Prædicatorum

rum

rum annum 545. circiter edidit in quarto libro sententiarum tractatum *de potestate Ecclesiastica, & exemptione Clericorum*. to. 10. pag. 135.

Dominicus de S. Thoma Vlysseus Hispanus Ordinis PP. Prædicatorum, Academiæ S. Dominici Olysiponensis Regens circiter annum 1600. scripsit *de Ecclesia Christi Domini, & Papa*; quem tractatum inseruit libro *de Incarnatione*. to. 10. pag. 145.

Dominicus à SS. Trinitate Carmelita Excalceatus Niuernensis Gallus anno 1666. edidit Romæ cursum Theologicum, cui apposuit tractatus *de Ecclesia Romana, de Summo Pontifice Romano, & de Sacris Ecclesiæ Concilijs*. to. 10. pag. 213.

Elias Astorinus Consentinus Ordinis PP. Carmelitarum anno 1693. scripsit opusculum, cui titulum præfixit: *Prodromus Apologeticus de potestate S. Sedis Apostolicæ* contra modernos hæreticos. to. 11. pag. 3.

Emmanuel à Schelstrate Antuerpiensis Bibliothecæ Vaticanæ Custos primarius sub Innocentio XI. scripsit librum, cui titulus est: *Antiquitas illustrata circa concilia generalia, & prouincialia, decreta, & gesta Pontificum, & præcipua totius historiæ Ecclesiasticæ Capita*; & dissertationem *de auctoritate, ac sensu decretorum quartæ, & quintæ sessionis Concilij Constantiensis; & acta, & gesta eiusdem Concilij Constantiensis; & de Ecclesiæ Africanæ subiectione ad Ecclesiam Romanam*; ac dissertationem *de iure patriarchatus Romani*; item dissertationem *de auctoritate Apostolorum*; & dissertationem *de D. Petri primatu*. to. 11. pag. 28.

Eugenius Lombardus, seu Cælestinus Sfondratus Mediolanensis S.R.E. Cardinalis anno 1684. edidit *Regale Sacerdotium* contra quatuor propositiones Cleri Gallicani in Conuentu Parisiensi editas. to. 11. pag. 307.

Franciscus Vargas Mexia I. V. D. Toletanus, qui Concilio Tridentino interfuit, & anno salutis 1563. Romæ edidit tractatum *de auctoritate Pontificis Maximi, & Episcoporum iurisdictione*. to. 11. pag. 519.

Franciscus Agricola Lonensis in Ducatu Iuliacensi Archipresbyter Susterensis sub Clemente VIII. edidit tractatum *de primatu S. Petri Apostoli, & eius successorum Romanorum Pontificum*. to. 12. pag. 1.

Franciscus Macedo à S. Augustino Lusitanus Conimbricensis Ordinis PP. Minorum Conuentualium sub Alexandro VII. scripsit dissertationem *de clauibus D. Petri, & potestate Romani Pontificis, & de illius auctoritate, & de iudicio veritatis fidei, & morum in dubijs circa eam ortis; & de infallibili auctoritate Romani Pontificis, & de Antichristo*. to. 12. pag. 112.

Franciscus Penia, seu Penna Aragonius ex Oppido Villaroia Romæ Sacræ Rotæ Auditor, & Decanus anno 1570. edidit librum *de Regno Christi*. to. 12. pag. 255.

Franciscus Suarez Granatensis Societatis Iesu in Academia Conimbricensi primarius Professor anno 1613. edidit librum, cui titulus: *Defensio fidei catholicæ aduersus Anglicanæ Sectæ errores, de Summi Pontificis supra Reges temporales excellentia, & potestate*; & anno 1619. alterum *de Antichristo*; & alium *de Summo Pontifice*; & disputationem *de Concilys*. to. 12. pag. 362.

Gregorius de Valentia Hispanus Methymnensis Societatis Iesu in Academia Ingolstadiensi Professor circa annum 1598. quæstionibus Theologicis in lucem editis interseruit tractatum *de Romano Pontifice*; & alterum tractatum, cui titulum iecit: *Analysis fidei catholicæ* aduersus multiplices Sectariorum errores. to. 13. pag. 1.

Gaspar Contarenus S. R. E. Cardinalis à Paulo III. creatus scripsit duas epistolas ad ipsummet Paulum Pontificem: vnam *de potestate Romani Pontificis in vsu clauium, & compositionibus*; alteram *de potestate Pontificis in compositionibus*. to. 13. pag. 175.

Gennadius Scholarius Patriarcha Constantinopolitanus circa annum 1454. scripsit librum *de primatu Papæ*. to. 13. pag. 188.

Henricus VIII. Angliæ Rex circa annum 1520. edidit librum *de primatu Romani Pontificis, & de indulgentijs* contra Martinum Lutherum. tom. 13. pag. 210.

Hieronymus Mutius Iustinopolitanus sub B. Pio V; & alijs Pontificibus inter alia opera scripsit *de Ecclesia Romana*. to. 13. gag. 216.

Iacobus Latomus Camberonensis Louanij S. Theologiæ Professor circa annum salutis 1550. scripsit *de primatu Romani Pontificis* contra Lutherum. to. 13. pag. 231.

Iacobus Simancas Hispanus Episcopus Pacensis circa annum Domini 1560. scripsit librum *de Catholicis Institutionibus*, cui titulum quadragesimum quin-

quintum *de Papa* inseruit. tom. 13. pag. 270.

Ioannes de Turrecremata Hispanus Ordinis PP. Prædicatorum S. R. E. Cardinalis sub Eugenio IV. scripsit *de potestate Papali, de Concilijs; et de Summi Pontificis, et Concilij generalis potestate*. to. 13. pag. 281.

Ioannes Baptista Gonet Biterrensis Ordinis PP. Prædicatorum Prouinciæ Tolosanæ circa annum salutis 1660. cursui Theologico typis impresso edidit tractatum *de Summo Pontifice*. to. 14. pag. 1.

Ioannes EKius natione Sueuus Sacræ Theologiæ Professor, & Vicecancellarius in Vniuersitate Ingolstadiana circa annum Domini 1518. scripsit librum *de primatu Petri* aduersùs Martinum Lutherum. to. 14. pag. 36.

Ioannes Faber LeuKirchensis Algouius Episcopi Constantiensis in Spiritualibus Vicarius circa annum 1530. scripsit librum *de primatu D. Petri, et Romani Pontificis* aduersùs Martinum Lutherum to. 14. pag. 226.

Ioannes Matthæus Cariophilus Cretensis Archiepiscopus Iconiensis sub Vrbano VIII. scripsit *de Papa primatu contra Nilum Tessalenicensem*. to. 14. pag. 477.

Ioannes Roffensis Episcopus in Anglia à Paulo III. S. R. E. Cardinalis creatus scripsit librum, cui titulus est: *Conuulsio calumniarum Vlrichi Veleni de aduentu D. Petri Romam*; & alterum inscriptum: *Confutatio errorum Lutheri contra D. Petri successores*. to. 14. pag. 514.

Laurentius Brancatus de Lauræa Ordinis PP. Minorum Conuentualium S. Francisci S. R. E. Cardinalis Virorum doctrina prȩditorū verè amantissimus ab Innocentio XI. ad Cardinalatum euectus suo Operi Theologico, quod priùs excuserat, inseruit disputationem *de Ecclesiæ Decretis*; & alteram *de Proponente legitimè res fidei*. tom. 15. pag. 1.

Lælius Iordanus Romanus Episcopus Acernensis circa annum Domini 1567. scripsit *de maioribus, rerumque Capitalium Episcoporum causis ad Papam deferendis, & de Romanæ Sedis origine*. to. 15. pag. 142.

Leonardus Marius in Vniuersitate Coloniensi Sac. Theologiæ Ordinarius Professor circa annum Domini scripsit librum, cui titulus est: *Catholica Hierarchia Ecclesiastica assertio, in qua B. Petri, & Romanæ Sedis primatus contra hæresim, & schisma Marci Antonij de Dominis Spalatensis quondam Archiepiscopi ex Scriptura, SS. Patribus, & Concilijs defenditur, ac simul illius mendacia, imposturæ, & fraudes deteguntur*. to. 15. pag. 191.

Leonardus Coquæus Aurelianensis Ordinis PP. Eremitarum S. Patris Augustini Theologus Parisiensis circa annum Domini 1595. scripsit librum, cui titulus: *Antimornæus; seu confutatio mysterij iniquitatis, seu historia Papatus Philippi Mornæi Caluinistarum in Gallia Archisynagogi; vbi errores, & impostura, ex quibus contextum, & consarcinatum totum est Opus, facilè deteguntur, & refelluntur*. tom. 15. pag. 267.

Ludouicus Thomassinus præsbyter congregationis Oratorij Domini Iesu annū circiter 1670. scripsit *viginti dissertationes in plura concilia generalia, & prouincialia*. to. 15. pag. 380.

Marcus Antonius Capellus Venetus Ordinis PP. Minorum Conuentualium S. Francisci circa annum 1610. scripsit *de Summo Pontificatu B. Petri; et de successione Episcopi Romani in eundem Pontificatum; et de Papatu Romano; nec non de Suburbicarijs regionibus, et Ecclesijs, seu de Præfectura, et Episcopi Vrbis Romæ diœcesi*. to. 16. pag. 1.

Melchior Canus Hispanus Ordinis PP. Prædicatorum Episcopus Canariensis composuit librum *de Locis Theologicis* circa annum 1552; cui interseruit tractatum *de Ecclesiȩ auctoritate, de auctoritate Conciliorum, et de Romanȩ Ecclesiȩ auctoritate*. tomo 16. pag. 252.

Michael de Aninyon Cæseraugustanus in Aragonia I. V. D. circa annum Domini 1588. edidit librum *de vnitate Pastoris, et Ouilis*. to. 16. pag. 332.

Martinus Becanus Belga ex Brabantia S. Theologiæ Magister Societatis Iesu circa annum 1590. edidit opusculum *de Antichristo reformato*; alterum *de Ecclesia Romana*; aliud *de Republica Ecclesiastica*; aliud *de primatu Petri*; & aliud *de primatu Summi Pontificis*; ac *de Iudice controuersiarum*. to. 16. pag. 438.

Nicolaus Coeffeteau ex Ordine PP. Prȩdicatorum ad Massiliensem Sedem euectus anno 1614. scripsit librum *pro Sacra Monarchia Ecclesia Catholica, Apostolica, et Romana aduersùs Rempublicam M. Antonij de Dominis quondam Archiepiscopi Spalatensis*. to. 17. pag. 1.

Ni-

Nicolaus Sanderus Anglus Sacræ Theologiæ Professor tempore Henrici VIII. circa annum 1540. scripsit *de Claue Dauid, seu de Regno Christi*. tom. 17. pag. 395.

Onuphrius Panuinius Veronensis Ordinis PP. Eremitarum S. P. Augustini circa annum 1556. scripsit librum *de primatu Petri*. to. 17. pag. 534.

Paulus Fabulotus Romanus ex Religione SS. Barnabæ, & Ambrosij anno 1613. edidit disputationem Theologicam *de potestate Papæ supra Concilium*. to. 18. pag. 1.

Petrus Labat Tolosanus Ordinis PP. Prædicatorum circa annum 1659. tractatui *de Diuina gratia, et virtutibus Theologicis* inseruit disputationes *de infallibilitate, potestate, et superioritate Papę ad Concilia*. to. 18. pag. 46.

Petrus de Soto Cordubensis Ordinis PP. Prædicatorum circa annum Domini 1557. scripsit *defensionem Catholicę Confessionis* aduersus confessionem Vvitembergensium oblatam à Duce Vvitembergę Concilio Tridentino, & contra prolegomena Brentij, & cæteros Lutheranos. to. 18. pag. 62.

Petrus à Monte Venetus Episcopus Brixiensis sub Eugenio IV. scripsit opus *de conciliorum generalium Monarchia, et de Romani Pontificis potestate, ac præstantia*. to. 18. pag. 100.

Reginaldus Polus ex Regio Angliæ sanguine Henrici VIII. consanguineus S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis sub Paulo III. circa annum 1546. scripsit *de Summo Pontifice Christi in terris Vicario, eiusque officio, et potestate*; & libros quatuor *pro Ecclesiasticæ Vnitatis defensione*; & librum *de concilio*; *et de baptismo Constantini*; nec non *Angliæ reformationem*. to. 18. pag. 138.

Robertus Bellarminus Hetruscus Montis Politiani societatis Iesu S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis circa annum 1600. scripsit *de potestate Summi Pontificis in rebus temporalibus*; *et de Hierarchia Ecclesiastica Romani Pontificis*. to. 18. pag. 365.

Rodulphus Cupers insignis Iurisconsultus à Terra Plebis S. Stephani edidit librum Venetijs impressum anno Domini 1588. *De Sacrosancta vniversali Ecclesia, eiusque Sacramentis, Principatu, Senatu, Concilijs, Magistratibus, et Ministris iure Diuino institutis, prostratis impiorum rationibus*. tom. 19. pag. 1.

Syluester Prieras Astensis Comitatus in Cisalpinis Ordinis PP. Prædicatorum Sacri Palatij Apostolici Magister circa annum 1520. edidit librum *de irrefragabili veritate Ecclesiæ Romanæ*; & alterum *de Papa, ac eius potestate*. to. 19. pag. 225.

Sixtus Senensis Ordinis PP. Prædicatorum, sub Pio V. libro, cui titulus: *Bibliotheca Sancta*; inseruit *de Petri primatu*. to. 19. pag. 379.

Stanislaus Hosius Polonus Cracouiensis Episcopus Varmiensis S. Romanę Ecclesiæ Cardinalis Concilij Tridentini legatus scripsit *de auctoritate Romani Pontificis, epistolam de Papatu, de Concilijs Oecumenicis, et de Ecclesia*. to. 19. pag. 385.

Thomas de Vio Caietanus Ordinis PP. Prædicatorum S. R. E. Cardinalis circa annum 1530. scripsit *de auctoritate Papæ, et Concilij; et de Romani Pontificis institutione*. to. 19. pag. 443.

S. Thomas Aquinas Ordinis PP. Prædicatorum Doctor Angelicus inter alia eius volumina scripsit contra Græcos *de Superioritate, et potestate Romani Pontificis in totam Ecclesiam*. to. 19. pag. 562.

Thomas Campegius Bononiensis S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis circa annum 1512. scripsit *de auctoritate, et potestate Romani Pontificis*. to. 19. pag. 568.

Thomas Stapletonius Anglus sacrarum Scripturarum in Academia Louaniensi Regius, ac primarius professor sub Clemente VIII. scripsit *de Magnitudine Ecclesiæ Romanæ*; *de subiecto primario potestatis Ecclesiasticæ*; *de concilijs, et de primatu Romani Pontificis contra Iuellum*. to. 20. pag. 1.

Thomas Vvaldensis Anglus Ordinis PP. Carmelitarum tempore Martini V. edidit inter alia opus egregium contra Vvicclefistas, Hussitas, & alios sui temporis hæreticos, quod inscripsit *Doctrinale antiquitatum Catholicæ fidei*. to. 20. pag. 263.

Vincentius Ferre Hispanus Ordinis PP. Prædicatorum Operi Theologico in tractatu de Fide circa annum 1675. edidit tractatum *de Supremo Capite Ecclesiæ, de infallibilitate Summi Pontificis in definiendis quæstionibus fidei, et morum, et in canonizatione Sanctorum, ac in approbandis Religionibus, nec non de electione Summi Pontificis, ac de potestate Papæ supra Concilia*. tomo 20. pag. 358.

Vvilhelmus Lindanus Belga Episcopus Ruræmundensis circa annum Domini

1570.

1570. inter alia opera edidit opus *de vera Iesu Christi Ecclesia, vbinam locorum nunc tempestatis certò, iuxta, et infallibiliter inueniendа*. to.20. pag.463.

Zacharias Bouerius Salutiensis Ordinis Capuccinorum Sancti Francisci sub Vrbano VIII. edidit librum *Demonstrationum Symbolorum veræ, et falsæ Religionis aduersùs præcipuos, ac vigentes Catholicæ Religionis hostes, Atheistas, Iudæos, Hæreticos præsertim Lutheranos, et Caluinistas*. to. 20. pag. 478.

INDEX

INDEX
RERVM OMNIVM NOTABILIVM,
Quæ in viginti Operibus
BIBLIOTHECÆ MAXIMÆ PONTIFICIÆ
CONTINENTVR.

Primus numerus indicat tomum, ſecundus paginam, tertius numerum marginalem, vel ſi marginalis numerus deſit, columnam.

Quia tamen primus, & ſecundus tomus non vna, eademque numerorum ſerie colliguntur, ſed quilibet Auctor ſuis incipit, & deſinit numeris, quibus ab alijs Auctoribus in eodem tomo contentis ſe diſgregat; ideo in illis ſimul cum numeris Auctoris ipſi referuntur.

A

AARON.

Aaron in deſerto populi præuaricationi conſenſit, ne in Ægyptum reuerſus in idololatria permaneret. to. 15. 735. 27; & ſeq.

Aaron moram faciente Moyſe in monte permiſit populo fieri vitulum fuſilem propter implacabilem turbam, & ſeditionem eiuſdem populi; nec tamen propter hoc à Deo fuit punitus, ſed potiùs iuſſu Dei fuit à Moyſe ſummus Sacerdos electus, & conſecratus. to. 15. 582. 18.

Aaron fuit Christi Domini figura. tom. 17. 198. 2.

Aaron interpretatur mons fortitudinis. to. 3. 555. 2.

Aaron in lege veteri officium ſummi Sacerdotis exercuit. to. 14. 367. 2.

Eius ſacerdotium fuit translatum in Christum Dominum. to. 19. 40. 2.

Aaron, & Moyſes fuerunt figura Christi, & Petri. to. 14. 574. 1; & to. 18. 471. 2;

Eius veſtium ornamenta ſignificabant virtutes, quas habere debent ſummi Pontifices. to. 18. 472. 1.

Solam illius virgam floruiſſe reliquis aliorum remanentibus aridis ſignificauit ſolam Petri Eccleſiam debuiſſe in fide ſemper florere, aliorum Apoſtolorum Eccleſijs arefactis per hæreſim. to. 18. 255. 2.

Aaronis virga vigorem, & florum ſuauitatem oſtendit, quo ſignificatur ſeueritas, & miſericordia Paſtoris. tom. 8. 210. 1; & ſeq.

Aaron ſimul factus eſt Sacerdos, & Pontifex. to. 13. 316. 2.

Fuit Petri figura. to. 13. 316. 2; & tom. 19. 89. 1.

Aaronis confeſſio figurauit pœnitentiæ ſacramentum. to. 19. 56. 2.

Inſtitutus ſummus Pontifex à Moyſe inſtituit alios Sacerdotes minores. to. 19. 107. 1.

Non ambiuit Pontificatum, nec in illum ſe intruſit, ſed à ſolo Deo fuit factus. to. 20. 566. 1.

Abacuc.

Abacuc ab Angelo capillis apprehenſus deportatus fuit à Iudæa in Galilæam. to. 8. 33. 2.

Abagarus Rex.

Abagarus Rex miſit legationem ad Christum Dominum, à quo diuini vultus imaginem recepit. to. 1. 212. 1.

Credidit in Christum Dominum, & toto cordis deſiderio illum videre exoptauit. to. 1. 212. 1.

Abailardus.

Abailardi hæreſis. to. 6. 876. 8.

Abailardus appellauit ad Innocentium Papam, non ad futurum Concilium. to. 15. 640. 61.

Eius errores. to. 15. 704. 54.

Ei data fuit optio aut ſuos eſſe negandi, aut illos corrigendi, aut reſpondendi ad rationes contrarias. to. 15. 704. 54.

Fuerunt damnati à Concilio Senonenſi, & ab Innocentio II. tempore S. Bernardi. to. 15. 704. 54.

Abbates, Abbatiſſa.

Abbates an habeant in ſuis Monaſterijs iuriſdictionem ordinariam? tom. 5. 536. 10.

Abbates exempti an Capitulis sint præfecendi? to.5.535.9.
Abbates an sint necessariò vocandi ad Concilia? to.4.707.95; & seq; & to.13.489.1; & seq; & 490.1.
Abbates nonnunquam Monachi dicuntur. to.18.110.3.
Abbates, & Generales Ordinum an habeant ius, & suffragium definitiuum in Concilijs? to.3.379.2; & seq.
Abbates quibus possint conferre primam tonsuram, & ordines minores? to.5.158.146; & seq.
Abbatis antiqui reprehensio. tom.9.144.27.
Abbatissa, si accedat consensus Pontificis, est capax iurisdictionis spiritualis, ac proinde potest beneficia conferre, & Vicarios instituere ad excommunicandum, & suspendendum, & instituendum clericos. tom.5.536.10.

Abel.

Abel fuit primus Sacerdos in statu naturæ per peccatum corruptæ. tom.1.493.2; & to.2. ex Aluarez. 10.2; & 11.2.
Fuit figura Christi, & Ecclesiæ. tom.3.38.1; & seq.
Eius triplex iustitia quænam fuerit? tom.3.38.2.

Abiathar.

Abiathar fuit à Salomone depositus ex permissione Dei. to.19.34.1.
Eius schisma cum Sadoch, tom.20, 363.2.

Abimelech.

Abimelech à Deo redarguitur propter Saram Abrahæ vxorem. to.8.55.2.
Abiron, & Dathan horribili morte à Deo puniti fuerunt propter schisma. tom.19.17.1.

Abnalhassalus.

Abnalhassalus Orientalis Scriptor de supremo D. Petri Primatu. tom.14. ex Ecchellensi. 45.2.

Abraham.

Abraham vidit speciem extremi Iudicij. to.8.91.2.
Abraham factus fuit Monarcha, cùm Pater multarum gentium à Deo fuit constitutus. to.17.397.
Eius duo filij significabant duos populos. to.17.106.1.
Pater credentium à Deo fuit institutus, non quia ante ipsum aliqui non crediderint, sed quia ipse à Deo singulari fide fuit ornatus. to.17.87.2.
Abraham per fidem nedum iustificatus fuit, sed etiam meruit, vt fieret Pater multarum gentium. to.18.484.1.
Abrahæ mutatum fuit nomen, cùm Pater gentium fuit institutus. to.15.169.2; & to.18.8.1.
Abraham fuit Pastor Hebræorum. tom.17.430.1.
Abrahæ quæ promissiones à Deo factæ fuerint? to.17.480.2.
Ei factæ fuerunt promissiones, & semini suo, idest Christo, qui ex illo debebat descendere. to.1.225.2.
Fuit Sacerdos, & simul Propheta. tom.3.40.2.
Fuit Rex Damasci. to.3.40.2.
Abraham de familia Heber fuit Caput Hebræorum. to.3.42.1.
In ignem proiectus simul cum fratre suo Aran à Caldæis quare ipse solus, & non Aran ex igne illæsus exierit? to.3.42.1.
Ob suam fidem eximiam meruit constitui Pater multarum gentium. to.18.8.2.
Quamuis ditissimus, fuit tamen sanctissimus, & perfectissimus. to.19.193.2.
Ob suam prudentiam, & singulares virtutes appellatus fuit præsbiter. tom.19.202.1.

Abraham Leuita Hebræus.

Abraham Leuita Hebræus impijssimus per contemptum vocauit Romanum Pontificem sacerdotem Idumæorum. tom.1.479.1.

Abraham præsbyter.

Abrahami præsbyteri zelus in hæreticos. to.11.307.1.

Absalon.

Baptismi necessitas ad salutem à pluribus Pontificibus contra plures hæreticos fuit definita. to. 1. 381. 1.
Baptismum in adulto debent præcedere catechismus, & exorcismus; in paruulis autem solus exorcismus. to.1. 381. 2.
Exorcismus, & aliæ ceremoniæ, quæ præmittuntur baptismo, quid significent? tom. 1. 381. 2.
Baptismus antiquitus fuit solùm statutis temporibus sanis collatus; infirmis verò quolibet tempore. to.1. 382. 1.
Etiam à laicis in casu necessitatis extremæ potest conferri. to.1. 382. 2; & to.4. 54. 1.
Baptismi forma essentialiter seruanda, sine qua est inualidus. to.1. 381. 2.
Baptismus est prima, & præuia dispositio ad omnes principatus politię Christianæ. to.3. 63. 1.
Baptismus est primum sacramentum, & ianua omnium sacramentorum. to.3. 203. 2.
Dicitur vnum baptisma, quia materia, & forma apud omnes est eadem; & quia non diuersificatur ex diuersitate ministri; & quia iterari non potest. to.3. 202. 2.
Baptismus conficitur ex virtute Diuina, tanquam ex semine; & ex Ecclesiæ fide, tanquam ex virtute dispositiua. to.13. 405. 2.
Baptismus debet Eucharistiæ collationem præcedere. to.4. 54. 1.
Est magis necessarius ad salutem, quàm eucharistia; vnde magis dolendum, quòd quis decedat sine baptismo, quàm sine eucharistia. to.4. 54. 1.
Tantùm valet ab vno, quàm ab altero ministro collatus. to.4. 766. 140.
Necessitatem baptismi negauit Caluinus asserens infantes nasci sanctos, & hæredes vitæ æternæ, ac propterea sine peccato originali. to.16. 460. 4.
Item sui immemor docuit per baptismum non tolli originale peccatum, sed in nobis manere, quandiu viuimus. to.16. 460. 4.
Baptismi necessitas ad salutem deducitur ex necessitate tollendi originale peccatum. to.16. 460. 5; & seq.

Ba-

Baptismi formula, qua vtuntur Caluinistæ. to. 16. 546. 2.
Exorcismus, & aliæ ceremoniæ, quibus in baptismo vtitur Ecclesia, à Caluinistis reijciuntue. to. 16. 546. 2.
In baptismo Christus Dominns duplicem virtutem exercet; vuam, qua simul cum Patre tanquam causa principalis mundat à peccato: & hæc nulli creaturæ est communicabilis; altera secundùm naturam humanam, quæ potestas excellentiæ ministerialis appellatur. to. 4. 766. 140.
Potestas ministerialis excellentiæ, quam Christus Dominus, vt homo, exercet in baptismo, importat, quòd sit institutor sacramentorum; quòd possit gratiam conferre etiam extra sacramenta; quòd meritum illius passionis operetur in baptismo, & in omnibus alijs sacramentis; & quòd baptismus in ipsius nomine tantùm conferatur. to. 4. 766. 140.
Baptismi vel in re, vel in voto necessitas demonstratur. to. 2. ex B. Ægidio. 28. 2.
Eius aqua duplicem operatur effectum; scilicet gratiam, & caracterem. to. 2. ex Beato Ægidio. 61. 2.
Accedens ad baptismum debet esse paratus ad omnia dimittenda propter Christi Domini fidem. to. 2. ex Adolpho. 101. 2.
Quænam sit materia, & forma baptismi? to. 18. 353. 1.

Baptisterium.

Baptisterium antiquitus non erat, nisi vnicum in qualibet ciuitate apud principalem Ecclesiam. to. 6. 340. 1.

Baptizo.

Baptizatus à schismatico in forma Ecclesiæ cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, est verè baptizatus; aliter non est baptizatus, & debet rebaptizari. to. 9. 407. 57.
Ab vno spiritu omnes baptizati sumus. to. 1. 134. 1.
Baptizandi forma ab Africanis antiquitus fuit seruata. to. 1. 209. 2.
De rebaptizandis baptizatis controuersia inter S. Agrippinum, & S. Cyprianum ex vna parte, & S. Stephanum Papam ex alia. to. 6. 633. 1; & seq.
Baptizandis Ecclesia Orientalis post Concilium Nicænum desijt tradere symbolum Apostolicum, & cepit tradere symbolum Nicænum; Ecclesia autem Romana retinuit antiquum morem tradendi symbolum Apostolicum; ob quod ortum fuit murmur in Africa. to. 6. 376. 2.
Baptizare tempore necessitatis cuilibet baptizato conceditur. to. 4. 54. 1.

Bar.

Bar est vocabulum Hebraicum, quod Latinè interpretatum dicitur filius. to. 3. 803. 2.

Barba.

Barba significat iuuenes, strenuos, & alacres. to. 17. 13. 2.
Barba nigra est signum iuuentutis, alba verò senectutis. to. 3. 822. 1.

Bardas.

Bardas Michaeli Imperatori percharus, & in aula potens eiecit in exilium Ignatium Constantinopolitanum Patriarcham Sanctissimum. to. 6. 733. 1.
Ob nuptias incæstuosas fuerat iam ab ingressu Ecclesiæ prohibitus ab eodem Ignatio. to. 6. 733. 1; & to. 20. 26. 1.
Expulso Ignatio intrusit in Episcopatum Photium, qui postea à Nicolao Papa fuit depositus. to. 6. 733. 1.
Quadam nocte vidit S. Petrum in somnis sedentem in solio, & ad illius pedes pernolutum Ignatium supplicantem, vt vlcisceretur sibi illatas iniurias; cuius lacrimis S. Petrus permotus dedit cuidam adstanti gladium, quo Bardam prius confoderet, & deinde Michaelem occideret; & somnium probauit euentus; nam Bardas iussu Imperatoris fuit dissecatus in frusta, & eius genitalia hastæ appensa fuerunt per exercitum vecta; Michael verò somno, & vino sepultus iussu Basilij Macedonij fuit amputatis priùs manibus pluribus confossus vulneribus. tom. 1. 557. 2; & tom. 3. 643. 1.
Fuit charus Imperatori, quia illius iuuentam in viria propensam, & in omne scelus ruentem exemplo fouebat, & opere adiuuabat. to. 6. 733. 1.
Ignatium in Insula, in quam fuerat relegatus, adeò afflixit, vt dentes illius fregerit, & plurimis colaphis eius faciem lacerauerit, vt Episcopatui, à quo iniustè expulsus fuerat, renunciaret. to. 3. 642. 2.

Bariona.

Bariona significat filium Ionæ, seu filium hominis fragilis, aut miseriæ. to. 18. 230. 1.
Cur fuerit vocatus Petrus hoc nomine? to. 13. 4. 1; & to. 8. 371. 2.

Barlaamus Græcus Monachus.

Barlaamus Monachus Græcus in libro de Ecclesiæ Principatu negauit primatum Romani Pontificis, eiusque infallibilitatem. to. 6. 640. 1.
Eius epistola ad Nicolaum Archiepiscopum de lapsu Romani Pontificis à Christi Domini Vicariatu ob falsa dogmata, ob quæ vult etiam labi quemcumque Episcopum, vult enim omnem Episcopum esse Christi Domini Vicarium generalem. to. 4. 657. 2.
Eius duplex hæresis, quòd Spiritus sanctus non procedat à Filio, & quòd in Diuinis sit vna tantùm persona. to. 4. 658. 2.

Barlaam Græcus Archimandrita.

Barlaami Græci Constantinopoli. Archimandritæ ad S. Saluatorem catholica doctrina contra Græcos de processione Spiritus sancti à Patre, & Filio, & de consecratione eucharistica in pane azymo. to. 1. 251. 2.
Confessus fuit contra Græcos schismaticos Romanum Pontificem esse omnino superiorem Concilijs Oecumenicis, posse fidem explicare, credenda prædefinire, dogmata condere; & ea, quæ ad fidem non pertinent, sed ad mores, pro tempore corrigere, mutare, prohibere, & ad tempus silentium eis imponere. to. 1. 252. 2.

Barlæus.

Barlæus hæreticus in defensione Ecclesię Protestantis negauit Ecclesiam Romanam esse catholicam. to. 8. 736. 2.
Asseruit post hæresim Arianorum vsque ad Lutheri tempora in Papatu obliteratam fuisse

fuisse religionem; & in paucis reliquijs terminatam fuisse pietatem catholicam. to.8. 738. 2.

S. Barnabas.

S. Barnabas posuit ad pedes Apostolorum pretium agri, quem vendiderat; quod non præiudicabat Petri primatui; quia Apostoli vitam communem agebant: & Petrus, vt Ecclesiæ Primas, spiritualibus negotijs erat intentus, & ideo curam rerum temporalium alijs relinquebat. to. 3. 816. 1.

Baronius.

Baronius vindicatur à mendacij calumnijs, quas ei irrogauit quidam anonymus. to. 16. 128. 2; & seq; & 130. 2; & seq; & 13. 1; & 134. 1; & seq; & 135. 2; & seq.

Bartolus.

Bartolus quomodò sit intelligendus, quando asserit, quòd cùm partes non concordant, its forte diuidi debet? to.9. 52. 258.

Eius sententia, quòd Cardinales mortuo Papa, in iurisdictione ei succedant, fuit reprobata. to.9. 228. 26; 234. 78.

Illius sententia, quòd vacante sede appellari potest ad Cardinales, sicut appellaretur, si viueret, ad ipsummet Papam, fuit reprobata. to.9. 327. 110.

Docuit temerè appellantem esse puniendum. to.9. 468. 4.

Baruch.

Baruch liber cur olim in catalogo librorum catholicorum non fuerit positus? tom. 13. 144. 1.

Fuit scriptor Hieremiæ Prophetæ. tom. 13. 144. 1.

Basan.

Basan interpretatur confusio, abiectio, & depressio. to.3. 195. 2.

Basan Rex Og fuit figura hominis ambitiosi appetentis honores, & dignitates. to. 3. 195. 2.

Eius lectus erat ferreus habens nouem cubitos longitudinis, & quatuor latitudinis. to.3. 195. 2.

Fuit figura Luciferi, qui est pater superbiæ. to.[illegible]95. 2.

Basilea.

Basileæ in concilio orta fuit quæstio, an Papæ Præsidentes admittendi essent in concilio? to.13. 503. 1.

Basileensis concilij Præsidens Papæ legatus fuit Cardinalis Iulianus de Cœsarinis. to.13. 504. 1.

Basileensium sententia circa primatum Romani Pontificis. to.11. 266. 5.

Basileense concilium à concilio Lateranensi sub Leone X. fuit reprobatum. to.3. 416. 1.

Eius propositio tanquam hæretica absque præiudicio concilij Constantiensis fuit damnata. to.13. 605. 1.

Cur fuerit congregatum? to. 6. 6. 4.

Basileenses Eugenium IV. citare, suspendere, & deponere tentarunt. to.13. 439. 1.

Quo pacto, & quo iure fuerit à Papa Ferrariam translatum? to.6. 6. 6.

Statuit numerum Cardinalium debere esse solùm viginti quatuor, qui debent eligi ex omnibus nationibus. to.6. 457. 1.

Fuit damnatum ab Eugenio IV. to.8. 911. 2.

Illius facta. to.6. 837. 2; & seq.

Eius translatio. to.8. 832. 2.

Eius decreta nunquam approbata fuerunt. to.13. 607. 2.

Eius historia. to. 8. 833. 2, & seq; & tom. 6. 838. 1; & seq.

Non fuit verum concilium, sed conciliabulum. to.9. 212. 141; & to.7. 792. 1.

Fuit vocatum à S. Antonino synagoga Sathanæ, viribus cassum, & temerarium. to. 6. 838. 1.

Vid. Concilium Basileense.

Basilicæ.

Basilicæ Fausti frequens est memoria apud S. P. Augustinum to.6. 339. 2.

Item eiusdem mentio sæpissimè fit in Africanis concilijs. to.6. 339. 2.

Fuit laudata à Victore Vticensi. tom. 6. 339. 2.

Basilicas duas fabricauit amplissimas S. Deogratias inscriptas Fausti, & Nouarum. to.6. 339. 2.

Basilica Fausti fuit violata, & deturpata à Wandalis Arianis in persecutione Wandalica. to.6. 339. 2.

Fuit multis SS. Martyrum corporibus insignita. to.6. 340. 1.

Habuit ducentos septemdecim Episcopos. to.6. 340. 1.

Basilides.

Basilides Asturicensis Episcopus in Hispania ob idololatriæ libellos, & ob alia crimina à suo synodo degradatus Romam appellauit ad S. Stephanum Pontificem, à quo in suam sedem fuit restitutus. to. 6. 103. 1; & seq; & 153. 1; & to.18. 22. 2; & to. 5. 45. 2.

Fuit reparatus propter pœnitentiam. tom. 6. 103. 2.

Illius appellatio fuit spreta, & contempta ab Ecclesia Asturicensi. to.6. 104. 1.

In illius locum fuit ab Asturicensibus subrogatus Sabinus. 103. 1; & 104. 1.

Per obreptionem circumuenit S. Stephanum, & ideo cassa fuit eius reparatio. tom. 6. 104. 1.

Simul cum Martiali Emeritensi Episcopo ab Episcopis Prouinciæ Bæticæ ob idololatriam in Synodo fuit depositus. tom. 6. 577. 1.

Post detecta crimina, & propriam confessionem suorum delictorum restitutionem non obtinuit. to.15. 153. 2.

Basilides in sæua persecutione Decij, & Valeriani in idololatriam lapsus à concilio Africano simul cum Martiali postulantibus Hispaniæ Episcopis legitimè fuit damnatus, & Episcopatu priuatus. to.3. 556. 2.

Obtulit supplicem libellum mendacijs innumeris refertum Stephano Papæ. tom. 3. 557. 1.

Decepit etiam S. Cyprianum. to.3. 557. 1.

Fuit Episcopus Legionensis, non Asturicensis. to.3. 556. 2; & 766. 2; & to.5. 45. 2.

Aliorum Episcoporum Hispaniæ constantiam, & fortitudinem non sequens denunciauit tyrannis fideles. to.3. 766. 2.

An fuerit à S. Stephano simul cum Martiali restitutus, postquam Romam aduenerant Felix, & Sabinus, qui in eorum locum fuerant suffecti, ad detegenda eorum mendacia, non constat ex epistola S. Cypriani. to.3. 557. 1; & 767. 1.

Basiliscus Imperator.

Basiliscus Imperator ad instantiam Episcoporum schismaticorum circularibus literis subscriptis etiam ab ipsis Episcopis damnauit Concilium Chalcedonense, & libellum S. Leonis Papæ. to. 19. 418. 1; & seq.

Non multò post easdem literas circulares spontè reuocauit. to. 19. 418. t.

Basilius Imperator.

Basilius Imperator misit Romam ad Ioannem Pontificem in causa Photij. to. 1. 104. 1; & seq.

Eiusdem epistola ad Adrianum Papam Nicolai successorem in detestationem schismatis Photiani. to. 1. 127. 2.

Quam responsionem receperit? to. 1. 127. 2.

Eius recursus ad Nicolaum I; & ad Adrianum contra Photium Ecclesiæ Constantinopolitanæ perturbatorem. to. 1. 157. 1.

Summopere laudatus fuit ab Adriano, quòd correctioni Ecclesiæ Constantinopolitanæ intentus recurrisset ad Apostolicam Sedem, quæ sola illius vulneribus poterat mederi. to. 1. 157. 2.

Dixit pacem, & felicitatem subditorum dependere ex vnanimi consensu Pontificatus, & Imperij. to. 1. 490. 2.

Causas Ecclesiasticorum spectare ad solos Episcopos publicè fuit protestatus. to. 2. ex Alano 11. 2.

A Stephano VI. fuit acerrimè exprobratus, ne se Pontificum Iudicem constitueret, & ne lupum vastatorem Photium toleraret. to. 1. 359. 2.

Imperium inuasit, & Michaelem Imperatorem Dominum suum amputatis manibus iussit occidi. to. t. 557. 2; & to. 16. 170. 2.

In VIII. Synodo confessus fuit Imperatores pasci debere ab Episcopis, tanquam à Pastoribus, debere solui, & ligari, ac sanctificari; ac propterea Imperatores nec posse, nec debere rebus Ecclesiasticis, quæ spectant ad solos Patriarchas, Episcopos, & Sacerdotes, sese immiscere. to. 16. 170. 2.

Illius legatus ad Adrianum Papam contra Photium. to. 1. 127. 2.

S. Basilius.

S. Basilius censuit scribendum esse Romano Pontifici delectis Viris, qui acta Concilij Ariminensis secum ferrent ad ea rescindenda, quæ illic violenter acta fuerunt. to. t. 542. 2.

Ad Papam, tanquam ad caput Ecclesię docuit esse recurrendum, quia omnes alij sunt erroribus obnoxij præter ipsum. to. 1. 142. 2.

S. Basilius magnus Diuinorum eloquiorum propugnator ita fuit Damaso Papæ descriptus, & de impietate accusatus, vt nec quidem ad illius epistolas responderet. Ipse tamen sua fretus innocentia iudicium Damasi flagitauit se se offerens ad expurgandam calumniam. to. 1. 293. 1; & seq.

Quid de traditionibus Ecclesiasticis senserit? to. 13. 163. 2.

Distulit aliquandiu causam Marcelli Episcopi Ancyrani: quia multas passus fuit ab Aduersarijs imposturas. to. 8. 427. 2.

Eius epistola ad Episcopos Orientales de iudicijs circa fidem, & circa disciplinam Ecclesiasticam deferendis ad Romanum Pontificem. to. 6. 600. 2.

Docuit Petrum esse petram propter Christum Dominum, qui est petra principalis; habuit enim suam immobilitatem ab oratione Christi Domini. to. 18. 6. t.

Eius epistola ad Athanasium Papam, vt mitteret legatos ad corrigendos obliquos à veritate; & altera ad Episcopos transmarinos de eadem re. to. 6. 59. 1.

S. Basilius, & Origenes de potestate ligandi, & soluendi, quæ à Christo Domino Apostolis fuit collata, quomodò sint intelligendi? to. 3. 443. 2.

S. Basilij temporibus floruerunt plurimi illustres sanctitate, & doctrina. to. 4. 684. 91.

Deplorauit calamitatem illorum temporum, quibus hæresis Ariana grassabatur ab Illyrico vsque ad Thebaidam. to. 4. 672. 6; & 684. 91.

Eius epistola de Concilio Ariminensi. to. 18. 28. 1.

Alia scripta in Concilio Nicæno. to. 18. 14. 1.

Narrauit in quadam homilia commemorationis Beatissimæ Mariæ Virginis, quòd dum fideles essent congregati in domo Aristarchi, viderunt D. Petrum per nubem ex Vrbe Romæ translatum ad Corinthios ad decidendam litem, quæ inter fideles orta erat de construendis, dicandisque Virgini Deiparæ templis. tom. t. ex Ecchellensi. 49. 2.

Basilius Spatharius.

Basilius Spatharius Romam fuit missus legatus ad Adrianum Summum Pontificem à Basilio Imperatore contra Photium hæresiarcham. to. 1. 127. 2.

Basilius Ancyranus.

Basilius Ancyranus præfuit concilio Syrmiensi, & Photium superauit. to. 9. 730. 2.

Basilius Dux.

Basilius Dux Bongomilorum hæreticus Constantinopoli viuus fuit combustus decreto vtriusque Senatus, Ecclesiastici, & Palatini sub Imperatore Alexio Comneno. tom. t. 331. 2.

Bassianus.

Bassianus præsbyter Ephesinus à Memnone Episcopo Ephesino, ac totius Asiaticæ diœcesis Exarcha, cui ex quibusdam causis erat malè visus, reluctans, & recalcitrans Euazorum Episcopus fuit consecratus. to. 6. 112. 2.

Bassianus Cathedram Episcopalem noluit ascendere, sed humilis, & afflictus Ephesi permansit. to. 6. 112. 2.

Bassianus defuncto Memnone à Basilio eius successore in synodo agnita violentia fuit restitutus communioni, & locum Episcopatus accepit altero in Episcopum Euazorum ordinato. to. 6. 112. 2; & seq.

Mortuo Basilio Episcopo Ephesino à populo, Clero, & Episcopis inthronizatus fuit iterum per vim Episcopus Ephesi, & ab Imperatore Theodosio confirmatus. tom. 6. 113. 1.

Depositus fuit à S. Leone, & damnatus à Patriarcha Alexandrino, quia præter regulas Ecclesiasticas fuerat promotus. to. 6. 113. 2; & seq.

Eius depositionem factam per iudicium, & sententiam S. Leonis Papæ probauit Synodus Chalcedonensis. to. 6. 114. 1.

Indu-

Indutus Pontificalibus vestimentis, postquam missam solemniter celebrauerat, ab inimicis fuit apprehensus, & abreptus ex Ecclesia plagis affectus ductus fuit in forum, vbi gladijs etiam fuit subiectus. to.6. 284. 2.
Ei statim subordinarunt, & consecrarunt Stephanum in Episcopum. to.6. 284. 2.
Intronizatus fuerat absque interuentu S. Procli. to.6. 285. 1.

Bauarus.

Bauarus in imperium intrusus per violentiam detrusit Ioannem XXII; & ei substituit F. Petrum de Corbaria. to.3. 54. 1.
Fuit excommunicatus propter multorum clericorum Religiosorum caprionem, & multarum Ecclesiarum, & Monasteriorum inuasionem. to.3. 54. 2.
Priùs agnouerat Ioannem XXII. pro legitimo Papa à quo vnctionem, coronationem, & confirmationem petierat; & pro aliquo tempore Papæ fuit obediens. to. 3. 35. 1.
Bauarus nedum Papæ, sed etiam Ecclesiæ fuit hostis publicus, & manifestus. to.3. 54. 2.
Arma sumpsit contra Papam. to.3. 54. 2.
Tanquam contumax in excommunicatione, & Papæ persecutor fuit declaratus hæreticus. to.3. 55. 1.
Coegit Romæ conciliabulum. to.3. 55. 1.
Diffamauit Romanum Pontificem. tom. 3. 59. 2.
Sparsit in vulgus epistolam calumnijs plenam aduersùs Ioannem XXII. to.10. 428. 2.

Beatificatio.

Beatificationis forma. to.10. 487. 2.
Beatificationis, & canonizationis discrimen quodnam sit? to.10. 188. 1.
Per beatificationem permittitur recitatio officij, & celebratio festi in vno tantùm loco determinato, non autem in tota Ecclesia. to.9. 737. 2.
Beatificatio debet canonizationem præcedere. to.20. 410. 2.
Non fit cum vltima sententia definitiua sanctitatis. to.20. 410. 2.

Beatitudo.

Beatitudo supernaturalis est finis vltimus omnium Christianorum. to.13. 404. 1.
Beatitudinis particula omnem superat humanæ mentis imaginationem. to. 8. 71. 1; & seq.
Beatitudinis gutta totum ignem inferni extingueret. to.8. 69. 1; & seq.
Beatitudo est omnino ineffabilis. to.8. 83. 2; & seq.
Beatitudinis cognitio superat omnes huius vitæ miserias. to.8. 73. 2; & seq.
Beatitudinis æternæ prærogatiuæ. to. 8. 83. 2; & seq.
Beatitudo est merces Regum bonorum. to.3. 197. 1.

Beatus.

Beati nomen quid significet? to. 19. 81. 1.
Beatus nullus fuit ante Christi Domini aduentum. to.12. 525. 1.
Beatum nullum fuisse, nec futurum esse vsque ad mundi finem, priusquam moriatur, est probabilius. to.12. 524. 1; & seq.

Beguardi.

Beguardorum hæretis asserentium Christum Dominum, & Apostolos nihil proprij possedisse, neque etiam in communi fuit damnata à Ioanne XXII. to.10. 422. 1.
Ortum duxit ab Arnaldo de Brixia. tom. 12. 313. 2.
Erat per hipocrisim ordinata ad expoliandos Ecclesiasticos, & Regularium monasteria bonis temporalibus, quibus Ludouicus Bauarus Imperator inhiabat. to. 10. 488. 2.
Beguardorum congregatio assumpserat nomen militiæ Christi Domini, quod extendebat ad credentes eorum erroribus. to.12. 314. 1.

Bella.

Bella contra Turcas à diuersis Pontificibus indicta. to.2. ex Adolpho. 33. 1; & seq.
Bellum contra hostes fidei Christianæ est licitum. to.2. ex Adolpho. 34. 2.
Bello iusto priuatur populus potestate, quam priùs habebat; & Princeps, qui contra illum præualuit, verum dominij ius in illum acquirit. to.12. 372. 1.
Capti in bello iusto priuantur libertate à natura concessa; & serui efficiuntur in pœnam belli commoti. to.12. 372. 1.
Bellum sacrum contra Saracenos, & Turcas Syriam, & Asiam vastantes mouit Vrbanus II. in Concilio Claromontano literis sollicitatus ab Alexio Imperatore, & à Simeone Patriarcha Hierosolymitano; & misso Gotifredo cum trecentis armatorum millibus hostes Christianorum ex Asia, & Syria fuerunt expulsi. to.1. 571. 2.
Bellum nauale contra Turcas instituit Beatus Pius V. to.1. 572. 1.

Bellarminus.

Bellarmini encomia. to.10. 53. 1.
Bellarmini sententia circa librum de Regimine Principum est, quòd fuerit à D.Thoma compositus. to.9. 675. 2.
Bellarmini epistola monitoria ad Archipræsbiterum Angliæ. to.16. 144. 1.
Altera eiusdem epistola ad Portugalliæ Regem de dignitate Cardinalium. tom. 17. 315. 1.
Quomodò, cum Nauarro docuerit populum, quando transfert suam potestatem in Regem à se electum retinere potestatem in habitu? to.12. 373. 1.
Ei falsò fuit imposita apologia pro iure Principum. to.2. ex Adolpho. 2. 1; & seq.
Defenditur à calumnijs ei falsò impositis. to.2. ex Adolpho. 5.1; & seq.
Bellarminus iuuenis secutus aliorum sententiam scripsit Clericorum exemptionem esse tantùm de iure humano; sed factus senior re melius inspecta docuit esse, & de iure humano, & de iure Diuino. to. 2. ex Adolpho. 38.2.
Nunquam docuit Principem sæcularem esse Principem solùm Laicorum, & non etiam Ecclesiasticorum, cùm etiam pro istis bella getat, eos defendat, & cùm ad illius Tribunal contra Laicos recurrunt. to. 2. ex Adolpho. 40. 2.
Bellarmini argumenta pro potestate Pontificis in temporalia. to. 2. ex Adolpho. 72.1; & seq.
Eius ratio circa depositionem Regis infidelis, vel hæretici conantis pertrahere suos subditos ad suam infidelitatem, vel hæresim.

sim. to. 2. ex Adolpho. 83. 1; & seq; & 97. 1; & seq.

Duodecim eius exempla ex Scriptura, & SS.Patribus deprompta circa sententiam à Summis Pontificibus ferendam in Reges. to. 2. ex Adolpho. 111.1, & seq.

Eius doctrina de origine potestatis politicæ. to. 2. ex Adolpho. 117.2.

Bellisarius.

Bellisarius eiecit Syluerium Pontificem dolosæ fraudis prætextu, quòd ad Gothos defecisset, sed re vera, quia Theodoræ erat infensus, cùm noluisset restituere Anthymum. to. 5. 75. 1.

Bellisarius Syluerio substituit Vigilium. to. 5. 75. 1.

Restitutus Syluerius à Iustiniano Imperatore iterum à Bellisario in Insulam Planariam relegatur, vbi inedia Martyr occubuit. to. 5. 75. 2.

Bellisarius anno 537. debellatis Gothis Siciliam, Neapolim, & Romam expugnauit. to. 11. 324. 1.

Simul cum Narsete expulit Barbaros ex Italia, & ex Africa. to. 11. 324. 1.

Tandem ob Syluerium expulsum ipse in suspicionem affectatæ tyrannidis adductus priuatus fuit opibus, & dignitatibus; & oculis captus mendicare fuit coactus, & inter extremas ærumnas in summa paupertate è viuis decessit. to. 11. 350. 1.

Belus.

Belus Babyloniæ Rex descendit ex Nembroth, & habuit filium Ninum, qui fuit Rex Niniue. to. 3. 70. 1.

Fuit primus Assyriorum Monarcha. to. 3. 70. 1.

Erexit statuam Patri suo, ob quod idololatriam induxit, & idololatriæ primus Auctor censetur. to. 3. 70. 1.

Benedictio.

Benedictio, quæ solet à Pontifice fieri in Conciliis. to. 9. 131. 12.

Benedictio Episcoporum quoad modum instituta fuit à Christo Domino. to. 4. 7. 2.

Benedictio panis facta in Cœna à Christo Domino; & post Resurrectionem, cùm Discipulis eunitibus in Emaus apparuit. to. 4. 7. 2.

Benedictio populi ad exemplum Christi Domini, quando ascendens in Cœlum benedixit Apostolis, fieri debet cum eleuatione manuum ad Cœlum, deinde debent iungi manus, & tandem signum Crucis debet formari. to. 4. 7. 2.

Benedictus II. Papa.

Benedictus II. fuit vir magnæ eruditionis, & summè versatus in sacris literis. to. 14. 108. 1.

A Constantino Pogonato exorante Clero, Senatu, & Populo Romano obtinuit, vt qui esset electus Papa, statim consecraretur non expectata approbatione, aut confirmatione Imperatoris. to. 4. 323. 8.

Quæ beneficia contulerit Academiæ Parisiensi, & Philippo Pulcro, ac eius sequacibus. to. 3. 587. 2.

Benedictus III.

Benedictus III: quæ priuilegia concesserit Hincmaro; & an ei concesserit pallij vsum? to. 6. 269. 2.

Eius epistola ad eundem Hincmarum de Pontificis Romani auctoritate. to. 18. 8. 2.

Benedictus VII.

Benedictus VII. Polonorum Principi petenti concessit diadema, & Regis titulum. to. 4. 33. 2.

Idem concessit Stephano Hungariæ Principi. to. 4. 33. 2.

Benedictus VIII.

Benedicto VIII. fuit intrusus, & suffectus contra sacros canones quidam Gregorius. to. 1. 11. 2.

Benedictus VIII. asseruit neminem posse gestare sceptrum Imperij Romani, aut dici Imperatorem, nisi quem Papa aptum Reipublicæ existimasset, & insigne Imperiale tradidisset. to. 1. 11. 2.

Benedictus IX.

Benedictus IX. cum aliis duobus contendentibus de Papatu fuit depositus ab Henrico Imperatore, & ei fuit substitutus Clemens II. to. 9. 445. 148.

Bis eiectus fuit à Papatu. to. 13. 436. 1.

Fuit ei à populo Romano subrogatus quidam Syluester; sed cùm iterum Cathedram repetijsset, sponte illam dimisit; at pœnitentia ductus illam denuo tentauit inuadere. to. 1. 11. 2.

Excommunicatus fuit in Concilio Sutrino. to. 1. 11. 2.

Puer duodecim annorum fuit electus per vim Alberici eius Patris Comitis Tusculani. to. 10. 376. 2.

Exercuit munera Pontificalia. to. 10. 376. 2.

Concessit pallium Hermanno Archiepiscopo Hamburgensi, & Bezelino eius successori. to. 10. 376. 2.

Coactus fuit renunciare Papatui. to. 3. 68. 5.

Benedictus XI.

Benedictus XI. ab hæreticorum calumnia vindicatus. to. 2. ex Pighio. 91. 1.

Fuit vir eximiæ virtutis, doctrinæ, & sanctitatis. to. 2. ex Pighio. 91. 1.

Ex PP. Prædicatorum familia assumptus ad Pontificatum vixit nouem mensibus, quibus sanctè administrauit Ecclesiam. to. 2. ex Pighio. 91. 1.

Benedictus XIII.

Benedictus XIII; qui Clementi successit, ante, & post electionem iuramento se obstrinxit deponendi Pontificatum, quoties id publicæ Ecclesiæ paci expediret. to. 6. 820. 2.

Fuit depositus in concilio Pisano. to. 6. 820. 2; & to. 9. 798. 1.

An fuerit verus Papa? to. 4. 815. 87. & to. 10. 485. 1; & to. 13. 436. 2.

Noluit vnquam cedere Ioanni, & Gregorio, nisi priùs congregaretur concilium. to. 13. 262. 2.

Auenione fuit electus viuente adhuc Gregorio XII; qui priùs dicebatur Angelus Corrarius, & renouatum est schisma iam priùs inductum. to. 9. 10. 11.

Fuit notoriè periurus, quia iuramentum præstitum in conclaui de abdicando Papatu pro Ecclesiæ pace noluit seruare. to. 9. 314. 2.

Mortuus fuit excommunicatus. tomo 9. 805. t.

Benedictus Antipapa.

Benedictus antipapa electus à Romanis tempore Leonis IX; qui institutus fuerat ab Othone I; qui regressus ad Vrbem illam obsedit; vt autem obsessionem solueret, traditus ei fuit Benedictus, qui missus fuit in Saxoniam, vbi vitam finiuit. tomo 3. 68. 1.

S. Benedictus.

Sancti Benedicti Ordinis Cassinensium Fundatoris laudes, & encomia. tomo 10. 66. 2.

Beneficia.

Beneficiorum incompatibilitas. to. 5. 558. 51; & 560. 65.

Beneficiorum aliquorum institutio est de iure Diuino; aliorum verò tantùm de iure humano. to. 5. 558. 50.

Beneficia incompatibilia alia sunt, quæ ipso iure vacant per adeptionem alterius beneficij; alia, quæ non vacant. to. 5. 558. 51.

Beneficium primum non vacat, nisi per actualem possessionem pacificam secundi beneficij. to. 5. 559. 54.

Beneficij possessio pacifica quæ sit? to. 5. 559. 55; & seq.

Beneficia incompatibilia obtinentium pœnæ quæ sint? to. 5. 559. 57.

Beneficia incompatibilia quæ sint? tomo 5. 560. 64; & seq.

Beneficia consistorialia sunt, quæ in Consistorio conferuntur à Papa. tomo 5. 564. 76.

Beneficia reseruata Summo Pontifici quænam sint? to. 5. 564. 78.

Beneficia alia sunt reseruata, alia affecta. to. 5. 564. 80; & seq.

Beneficium censetur vacare per obitum resignantis non expresso vero valore ipsius beneficij. to. 5. 566. 87.

Beneficium inualidè collatum à Papa nequit ab Ordinario conferri. to. 5. 566. 91.

Beneficia, quæ vacant in curia, sunt Papæ omnino reseruata. to. 5. 566. 93.

Beneficia vacare apud Sedem Apostolicam, & vacare in curia quomodò differant? to. 5. 567. 96.

Beneficia in Vrbe vacantia conferuntur à Papa, etiamsi non sint reseruata. to. 5. 568. 100.

Beneficia patronata, si vacent in curia, non sunt reseruata. to. 5. 569. 108.

Beneficia iurispatronatus Clericorum, & Laicorum non continentur sub reseruationibus generalibus. to. 5. 570. 111.

Beneficium Laicale est, quod institutum fuit ex bonis patrimonialibus ipsius Laici, vel Clerici. to. 5. 570. 114.

Beneficiorum institutio quoad substantiam est iuris Diuini; & quoad modum est iuris humani. to. 11. 531. 6.

Beneficiorum tituli sunt de iure positiuo. to. 18. 117. 4.

Beneficiorum incompatibilium pluralitas à quo, & quomodò fuerit interdicta? to. 18. 356. 2.

Beneficia, quæ adhuc non vacant, non possunt disponi, seu promitti. tomo 18. 360. 1.

Beneficium ad tempus, & cum conditione etiam de futuro solus Papa potest concedere. to. 4. 521. 155.

Beneficiorum incompatibilitas quot modis inducatur? to. 5. 555. 37; & seq.

Beneficiorum incompatibilium pluralitas sine causa nequit concedi. to. 5. 555. 40; & seq.

Causæ, ob quas plura beneficia possunt conferri. to. 5. 556. 42; & seq.

Beneficia incompatibilia, quæ egent dispensatione, quænam sint? to. 5. 558. 51; & seq.

Beneficia priora Episcopi non vacant per permutationem vnius Episcopatus cum altero. to. 5. 560. 62.

Beneficia priora omnia vacant per assumptionem ad Papatum. to. 5. 560. 63.

Beneficia iurispatronatus Laici quandonam validè conferantur à Papa? to. 5. 549. 13.

Beneficia mensibus Ordinariorum vacantia possunt à Papa conferri. to. 5. 550. 17; & seq.

Beneficia vniformia etiam simplicia in eadem Ecclesia, si alterum illorum sufficiat, nequeunt conferri ab Episcopo. to. 5. 552. 30; & seq.

Beneficia difformia sub eodem recto nequeunt eidem Clerico conferri ab Episcopo, præsertim si residentiam requirant. to. 5. 553. 33; & seq.

Beneficiorum pluralitas tunc est execranda, quando promiscuis actibus rerum turbantur officia; quod euenit, quando exigunt personalem residentiam. to. 4. 781. 60.

Beneficium quærens pecunia non est propriè hæreticus, sed impropriè, nisi credat gratiam Spiritus Sancti posse pecunijs acquiri. to. 9. 91. 66.

Beneficiorum Ecclesiasticorum collatio quomodò ad potestatem sæcularem possit spectare? to. 3. 156. 2.

Beneficium consequi cum pacto redimendæ pensionis est omninò simoniacum, nec à Papa vnquam fuit permissum; non autem redimere pensionem beneficio impositam. to. 3. 413. 1, & seq.

Beneficiatus.

Beneficiatus non habet dominium vtile, nec directum beneficij independenter à Papa. to. 3. 614. 1.

Est tantùm procurator, & administrator beneficij à Papa constitutus. tom. 3. 614. 1. & seq.

Potest ab ipso Papa spoliari. to. 3. 614. 1; & seq.

Beniamin.

Beniamin interpretatur filius dexteræ iuxta S. Petrum Damianum. to. 4. 572. 5.

Ex illius tribu fuit Paulus Apostolus. to. 4. 572. 5.

Benno.

Benno in S. Gregorium VII. æquè falsa, ac turpia eructauit conuitia. to. 4. 814. 79.

Fuit notorius schismaticus, & falsarius impostor; propterea nullius catholici fidem promeruit. to. 4. 814. 79.

Bertoritæ.

Bertoritæ hæretici dicti cænosi à Nicolaitis sumpserunt suam hæresim. to.1.288.1.

Inter alia, quæ docuerunt, vxores communes habendas esse dixerunt, & auersandam esse propagationem filiorum. to. 1. 288. 1.

Dicti fuerunt etiam Carpocratiani, & Gnostici. to.1. 288. 1.

Damnati fuerunt à Papa Euaristo. tom. 1. 288. 1.

Berengarius.

Berengarij hæresis sub Leone IX. fuit delata ad Apostolicam Sedem. to.10.377.1.

Berengarius priùs docuit in Sacramento Eucharistiæ non esse verum Christi Domini Corpus, & Sanguinem; postea hoc errore reuocato docuit Corpus, & Sanguinem Christi Domini esse simul cum substantia panis, & vini; & solos adultos, non paruulos esse baptizandos. to. 10.377.1.

Fuit à Leone IX. damnatus. to.10.377.1; & to.8.517.2.

In Synodo Romana sub Nicolao II. centum, & tredecim Episcoporum damnatus suam hæresim abiurauit, & fidei catholicæ iuramentum emisit. to.15.637.58.

Concilium Parisiense statim promulgauit decretum, vt Berengarius simul cum suis sequacibus obsideretur, donec aut fidei catholicæ consentiret, aut mortis pœnam pateretur. to.15.638.58.

Berengarius fuit Pater omnium Sacramentariorum, parum eruditus, inanis gloriæ cupidus, animo elatus, & conuiciator. to.15. 346. 2.

Teste Guilelmo Bibliothecario habebat Dæmonem semper ei assistentem. tom. 15. 346. 2.

Fulbertus Episcopus Carnotensis in extremis suæ vitæ positus, à plurimis visitatus, inter quos videns Berengarium eo modo, quo potuit, iussit expelli asserens prope ipsum consistere immanem Dæmonem anhelitu corrumpentem vicinos. to.15. 346. 2.

Dum de Eucharistia publicè concionaretur, pluries apparuit Dæmon visibilis inter ipsum, & auditores teste Vincentio Belluacensi. to.15.346.2.

Fuit Ecclesiæ Andegauensis diaconus, & sub annum Domini 1060. suam hæresim publicauit. to.7.810.1.

Fuit damnatus à Leone IX; & ab eius successore Victore II; & ab huius successore Stephano IV; & ab huius successore Nicolao II; & ab Alexandro II; qui Nicolao successit; & à Gregorio VII; qui successit Nicolao II. to.7.810.1; & seq; & to.6.875.8.

Institit Henrico Regi Galliarum, vt cogeretur concilium, in quo posset suam sententiam proponere, sed Durandus Leodiensium Episcopus illius instantiam cohibuit asserens rem integram ad Romanum Pontificem esse remittendam. to.1.188.2.

Contra ipsum, & Brunonem eius asseclam acriter disputauit Durandus Episcopus. to.1. 189. 1.

Berengarius Turonensis Archidiaconus Andegauensis, & Bruno Episcopus Andegauensis, quanuis vocati ad concilium Vercellense, interesse noluerunt; miserunt tamen duos Clericos, qui illos defenderent; sed in prima defecerunt audientia, & capti sunt. to.1.315.2.

Berengarij conuicia, & blasphemiæ in Leonem IX. Pontificem sanctissimum paulò ante defunctum. to.1.315.2.

Eius libri publicè fuerunt combusti, & ipse solemniter damnatus. to.1.315.2.

Ecclesiam Romanam vocauit Ecclesiam malignantium, & eius concilium Sathanæ sedem. to.1.315.2.

Nullus hæreticus tam præceps, tamque perturbandæ Ecclesiæ cupidus fuit, sicut Berengarius, quia nullus ausus fuit violare Augustissimum, & Sanctissimum Sacramentum ab omnibus SS. Patribus vnanimiter descriptum, & assertum. tom.4. 244. 2; & seq.

Suam hæresim abiurauit in Concilio Romano sub Nicolao II; suos libellos sua manu coram Nicolao, & toto concilio cremauit, fidei professionem, quam Turonis emiserat, renouauit. tom. 1. 315. 2; & tom. 4. 112. 1.

Berengarius inuasor.

Berengarius tyrannicus inuasor Ecclesiæ, & Italiæ ab Othone I. Saxonum Rege, ac deinde Imperatore fuit victus, & ab Italia depulsus. to.3.68.1.

Bernaldus Constantiensis.

Bernaldi Constantiensis epistola ad Alboinum de incontinentia Sacerdotum. to. 5. 714. 1; & seq.

Eiusdem responsio ad Alboini insolentissimum rescriptum de se submittendo Gregorio VII. Pontifici Maximo. tom.5. 717. 1; & seq.

Altera ad aliud eiusdem rescriptum epistola responsiua de cauendo anathemate promulgato à Summo Pontifice. tom.5. 721. 1; & seq.

Idem contra Simoniacos, & incontinentes Altaris ministros. tom. 5. 727. 1; & seq.

S. Bernardinus Senensis.

S. Bernardinus Senensis tempore perturbationum Ecclesiæ libertate Euangelica publicè prædicabat plenitudinem potestatis Summi Pontificis, cuius sententiæ magis, quàm sententiæ totius Mundi est standum. to. 1 104. 2.

S. Bernardus.

S. Bernardus Abbas Claraualllensis prouocauit ad Innocentium Pontificem contra Petrum Abailardum, & Arnaldum de Brixia proponentes populis nouum Euangelium. to.1.159.2.

Item contra Gilbertum Pictauiensem Episcopum fouentem Henricum Monachum Petrobrusianæ hæreseos incentorem, & quosdam alios ambientes titulum Apostolicorum appellauit ad Eugenium III. Pontificem. to.1. 160. 1.

Eius miracula in Monasterio Clarauallensi, & Mediolani patrata. to.1.14.1; & seq.

Petrum Pisanum, & quosdam alios reconciliauit Ecclesiæ. to.1. 14.2.

S. Guilelmum Pictauiensem comitem Innocentio II. Pontifici reconciliauit, & ad pœnitentiam induxit. tom. 1. 14. 2; & seq.

Lotharium Imperatorem instantem importunè Innocentio II; vt sibi restituerentur Episcoporum inuestituræ, quas ab Henrico eius prædecessore Ecclesia sibi vindicauerat, Bernardus ita deterruit, vt ab incepto destiterit. to.1.420. 1.

S.Bernardus admonuit Eugenium III; vt adverteret,quo in loco esset constitutus,quidue ei ex officio incumberet; quòd possideret locum Petri; & quòd esset constitutus super gentes, & Regna, vt euellat, & destruat, & ædificet, & plantet. to.1.522.2; & to.13.246.1; & 344.2.

Philippum Galliarum Regem Ecclesiarum immunitatem violantem literis fortiter increpuit. to.1.561.2.

S.Bernardus fuit sui temporis Elias ob animi fortitudinem, & ob magna, ac multa miracula. to.1.562.1.

Strenuè pugnauit, & scripsit pro libertate Ecclesiastica. to.1.562.1; & seq.

Quibus titulis appellauerit Romanum Pontificem? to.1.ex Tannero. 19. 120;& ex to.2. ex Pighio. 143.1; & seq.

Eius epistola de Cardinalium dotibus,& qualitatibus. to.17. 314. 1.

Altera epistola ad Eugenium Papam de illius superioritate supra cæteros Prælatos. to.9. 610.296; & to.1. ex Tannero. 19.118.

Quomodò sit intelligendus in lib.de considerat. ad Eugenium, quando asserit Papæ potestatem temporalem non conuenire? to.9. 683.2.

Eius sententia de temporali Summi Pontificis potestate. to.2. ex Adolpho. 82. 1.

Fuit mens, os, & lingua omnibus Galliarum Episcopis. to.6.624.1.

Quomodò in Concilio Rhemensi contra Gilbertum Pictauiensem placauerit Cardinales contra ipsum exardentes, quia scripserat fidei capitula contra totidem ipsius Gilberti? to.15.642.65.

Bernardus Antiochenus.

Bernardus fuit primus Antiochenorum Latinus Patriarcha. to.6.277.2.

Transtulit Albaram Metropoliticam dignitatem, quæ priùs erat Apameæ, quæ erat antiqua secundæ Syriæ Metropolis. to. 6. 277. 2.

More Latino transmisit pallium Petro Episcopo, & Metropolitano Apameæ. tom.6. 277. 2.

Ei successit Radulphus charissimus populo, non autem clero, & Episcopis, sine quorum suffragijs fuit electus. tom.6. 278. 1.

Bessarion.

Bessarion Græcus Nicænus Episcopus creatus fuit Cardinalis ab Eugenio IV. post vnionem Græcorum cum Latinis factam in Florentino Concilio. to.16.125.1.

In oratione habita in Synodo Florentino pro vnione controuersiam S.Cyrilli cum Theodoreto Episcopo Cyrensi fusè descripsit. to.3.681.1.

Bethania.

Bethania obedientiæ domus interpretatur. to.3.245. 1.

In ea solùm Lazarus fuit resuscitatus, Martha ministrauit,& Maria contemplata est. to.3. 245. 1.

Beza.

Bezæ Caluini discipuli illatio ridicula, qua intulit Papam, sicut succedit Petro in potestate, ita debet ei succedere in negatione, & crucifixione. to.3.345.1.

Docuit non spectare ad Papam conuocare Concilium, nec ad solum Imperatorem, sed ad omnes Principes Christianos nullum agnoscentes superiorem, & ad omnes Ciuitates simul ipso Imperatore. tom. 8. 785. 2.

Eius sententiam secutus fuit Mornæus alter Caluini discipulus. to.8.776.1.

Bigamia.

Bigamia est impedimentum, quo quis nequie ad Episcopatum promoueri propter incontinentiam, quam significat, & quia primam fidem irritam facit. to.14.308.1.

Bigamus nequie promoueri ad Cardinalatum, neque cum eo Papa dispensat. to.9. 410. 3.

Bigami à Paulo Apostolo fuerunt reprobati. to.19. 153. 1.

S.Birgitta.

S.Birgittæ fuerunt à Deo reuelata,quanta mala sibi coacernauerant Græci eo, quòd Romanæ Ecclesiæ adhærere, & Summo Pontifici se noluerint subijcere. tom.1.162.2.

Eius regula fuit à Deo reuelata. tom. 3. 299. 2.

Byrrhus.

Byrrhus Græcè significat vestem amplam, talarem, quam Episcopi Græci iampridem appellant Mandyam vndulatam. to.6.254. 1; & seq.

Neophyti antiquitus, dum è sacro fonte ascendebant, byrrho albo induebantur teste S.Gregorio Magno. to.6. 254. 1.

Byrrho olim vsi fuerunt etiam Episcopi Latini ex testimonio S. P. Augustini. tom. 6. 254. 1.

Blasphemia.

Blasphemus est non solùm Iudæus, sed etiam quilibet infidelis, qui Christum Dominum ignorat, & eum non colit. to.3.161.2.

Blasphemus Christi Domini in Christianos potestatem, & iurisdictionem nequit exercere. to.3. 161. 2.

Blasphemiæ hæreticorum, & præcipuè Martini Lutheri contra Papam, & contra damnationem latam in illius articulos. tom.3. 304. 1; & seq.

Item Wiceleffi. to.3.7.2.

Blondellus.

Blondellus hæreticus docuit plebem in regimine Ecclesiastico summam potestatem habere. to.3.958.1; & seq.

Voluit Ecclesiam primis trecentis annis post Christum Dominum Euangelicam veritatem integrè retinuisse. to.3.959.1.

Dixit Ecclesiasticam disciplinam ob mores deprauatos penitus collapsam, & dirutam esse. to.3.962.1; & seq.

Alij eiusdem errores. to.3.925.2.

Boanerges.

Boanerges vocati fuerunt à Christo Domino Iacobus, & Ioannes, idèst filij tonitrui. to.9. 540. 1.

Hoc nomen non est nomen officij,dignitatis, vel præeminentiæ. to.9.540.1.

Boemi.

Boemi opera Romani Pótificis Stephani VII; siue Nicolai I.ad fidem catholicam fuerunt conuersi. to.1.257.2.

Boleslaus:

Boleslaus Poloniæ Rex ob occisum ad Altare S. Stanislaum Episcopum Cracouiensem Regno fuit priuatus à Gregorio VII.to.11. 360.4; & to.7.457.1.

Etiam eius filios, & quoscunque successores omni honore, & dignitate Regali priuauit. to.9.691.2.

Bonifacius I.

Bonifacij I. epistola ad Rufum Tessalonicensem Archiepiscopum de appellatione ad Apostolicam Sedem. to.6.208.2; & 419.1; & 438. 1.

Fuit post Innocentium. to.6.419.1.

Refert in eadem epistola S.Athanasium,& Petrum Alexandrinos Patriarchas, S. Meletium, Flauianum Patriarchas Antiochenos, Nectarium, & S.Ioannem Chrisostomum appellasse, non ad concilium generale, sed ad Apostolicam Sedem. tom. 6. 419.1; & seq.

Ei submisit suos libros tanquam supremo omnium dogmatum censori S.P. Augustinus. to.8. 422.1.

Defuncto Zosymo electus fuit Pontifex anno Domini 418. to.3.751.2.

Sub ipso inchoatum fuit Concilium Carthaginense sextum,quod durauit vsque ad Cœlestini Pontificis tempora. to.3.751.2.

Eius epistola ad Episcopos Galliæ contra Maximum Episcopum. tom. 3. 777. 1; & to. 10.329. 1.

Bonifacius I. fuit in lege doctissimus, optimis moribus comprobatus, acclamatione totius populi, & cleri; ac à septuaginta Præsbiteris, & nouem Episcopis, licet inuitus, & reluctans, Pontifex fuit consecratus. to.1. 10. 2.

Eulalius Archidiaconus contra Bonifacium se in Pontificatum intrusit; sed Honorius Imperator instante populo, qui Bonifacij partes strenuè defendit, Eulalium expulsit ex Vrbe; & Bonifacium in Vrbem iussit adduci, vt Ecclesiam gubernaret. tom. 1. 11. 1.

Recepit epistolam obedientiæ ab Eulalio Carthaginensi, & ab alijs Africanis Episcopis subscriptam. to.1.106.2.

Delegauit causam Maximi Episcopi Valentini ad plenam Synodum Narbonensis prouinciæ sub consulatu Monaxij anno decimo nono quinti sæculi. tom. 6. 122. 1; & seq.

Eius electio fuit facta in festo SS.Innocentium post biduum à morte Zosymi Papæ. to.6. 338. 1.

Schisma contra ipsum ab Eulalio excitatum durauit septem mensibus, & quindecim diebus. to.6.338.1.

Illius electio declarata fuit valida, firma, & legitima ab Honorio etiam, antequam examinaretur in Synodo Spoletina ad hanc rem iam indicta. to.6.338.1.

Bonifacius I. plura cassauit, quæ facta fuerant à Cœlestino prædecessore, quia non fuerant facta de Cardinalium consensu. tom.9.480.6.

Asserit Episcoporum iudicia esse Sedis Apostolicæ auctoritate firmanda. tom.10. 329. 2.

Bonifacius II.

Bonifacius II. fuit verus, & legitimus Papa electus post obitum Felicis, contra quem in Basilica Constantiniana se erexit Dioscorus Diaconus adiuuante Rege Athalarico, & fauente cleri præsentia. tom. 8. 767. 1.

Eius epistola ad Eulalium Alexandriæ Patriarcham de dutarione schismatis inter Romanam, & Africanas Ecclesias propter appellationes est suppositiria, & ficta, quamuis omni non careat fundamento. tom. 6. 127.1; & 364.1.

Celebrauit Synodum Romanam, in qua declarauit appellationes ad Sedem Apostolicam fieri posse nedum ex Illyrico,sed etiam ex toto Orbe. to.6.208.2.

In epistola ad Cœsarium confirmauit Synodum Arauxicanam damnans Pelagiani erroris ineptias, & vetustas Semipelagianorum reliquias. to.15.558.27.

Collecta Synodo elegit sibi in successorem Vigilium Diaconum, & cùm chirographis Sacerdotum, & iureiurando ante D. Petri confessionem Vigilium futurum Pontificem constituisset, postea cognita facti illegitimatione congregauit nouam Synodum, in quo præfatam electionem cassauit,& decretum electionis fuit combustum, quia factum fuerat contra canones, & contra reuerentiam sanctæ Apostolicæ Sedi debitam. to.9.765.2; & to.4.50.2; & 182. 2; & to.20.429.1.

Liber Pontificalis relatus in vita ipsius Bonifacij II. to.6.364. 1.

Restituit appellationes Africanas ad Apostolicam Sedem. to.6.364.1.

Bonifacius III.

Bonifacius III. fuit odio habitus à Iacobo Rege Angliæ,quia mordicus defendit Apostolicæ Sedis primatum. to.12.490.2.

Successit Sabiniano. to.7.808.1.

Eius tempore Phocas Imperator insolentiam Patriarchæ Constantinopolitani compescuit, & publico edicto præcepit, vt omnes per Orbem Ecclesiæ obedirent Romano Pontifici. to.7.808.1.

Bonifacius IV.

Bonifacius IV. qui Deusdedit fuit appellatus, Bonifacio III. successit. tom. 7. 808. 1.

Bonifacius V.

Bonifacius V. successit Bonifacio IV; & eius tempore surrexit Mahometus ex regione Arabiæ, ex patre Persa gentili, & matre Hebræa Ismaelitici generis. to.7.808.1.

Fuit vir singularis humanitatis, & clementiæ. to.14. 108. 1.

Fuit Neapolitanus natione Campanus. to.8. 157. 2.

Eius epistola ad Eduinum Regem Anglorum refertur à Beda. tom.10.472.1; & tom. 8. 157. 2.

Arguitur falsò à Magdeburgensibus, quòd docuerit Christum Dominum liberasse homines à solo peccato originali. to. 8. 157. 2; & to.10.472.1; & to.18.645.2.

Bonifacius VI.

Bonifacius VI. Romanus Sedem Apostolicam violenter inuasit, ideo non fuit legitimus Papa, & non vixit, nisi quindecim diebus. to.10.284.2.

Bonifacius VII.

Bonifacius VII. fuit pariter inuasor Apostolicæ Sedis, ideo ab antiquioribus inter Pontifices non fuit numeratus. tom. 10. 285. 1.

Bonifacius VIII.

Bonifacius VIII. monuit Eduardum Angliæ Regem, quòd Regnum Scotiæ pertinebat ad Apostolicam Sedem. to.10. 125. 1.

Altera eius epistola ad Regem Galliarum, in qua conqueritur, quòd Regij Officiales Comitatum Magalonensem grauarent. tom. 10. 125. 1.

Alia eiusdem epistola ad Nicolaum Episcopum Ostiensem, Velletrensem Apostolicæ Sedis Legatum, in qua ei notificauit, quòd Regnum Vngariæ à B. Stephano I. Rege Christiano cum omnibus suis iuribus oblatum fuit, & traditum Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ. to.10. 125. 2.

Regi Aragoniæ concessit Regnum Siciliæ. to.4. 34. 2.

Borsum Estensem inter missarum solemnia Ferrariæ Ducem instituit; eique auream trabeam, pomum, sceptrum, torquem, ac paludamentum donauit. to.4. 35. 1.

Fuit strenuus, & egregius Ecclesiasticæ libertatis assertor. to.11. 349. 1.

Eius controuersia cum Philippo Pulcro Rege Galliarum. to.11. 349. 1; & 350. 2; & seq; & to.6. 782. 1; & seq.

In sua Extrauag. declarauit omnem humanam creaturam subiectam esse Romano Pontifici. to.11. 350. 3.

In Vrbe Anagniæ, in qua natus fuerat, captus, quia duos Cardinales purpura exuerat, post triduum fuit liberatus; & omnibus veniam donauit. to.6. 780. 1.

Philippo Galliarum Regi concessit, vt subsidia ad Regni defensionem necessaria, quæ voluntariè exhiberentur à Præsulibus, exigeret. to.6. 781. 2.

Carolum II. Galliæ Principem, & S. Ludouici ex fratre nepotem in Siciliæ Regem instituit, & contra Friderici conatus defendit, & fouit. to.6. 781. 1.

Episcopos Galliæ Romam ad Concilium vocauit; sed cùm essent à Philippo Pulcro, ne Regno exirent, impediti, Bonifacius excommunicationem tulit in omnes impedientes nemine singulariter nominato. to.6. 782. 1; & seq.

Illius vindiciæ ab erroribus, quos ei impingerunt Hæretici. to.7. 682. 1; & 724. 1; & to.8. 460. 1; & to.1. 351. 1.

Ei fuit obiectum, quòd non esset legitimus Pontifex, quia arte, & dolo coegisset S. Cælestinum renunciare Papatui; & postea quia Cœlestinus non poterat renunciare, cùm non esset eo superior, in cuius manu Papatum deponeret. to. 2. ex B. Ægidio. 56. 1.

Fuit egregiè defensus à B. Ægidio Columna Ordinis Eremitarum S. P. Augustini Bituricensi Archiepiscopo. to.2. ex B. Ægidio. 1. 1.

Tandem Romæ placida morte quieuit. to.6. 780. 1.

Illius cadauer trecentos post annos effossum sanum, integrumque fuit repertum. to.6. 780. 1.

Bonifacius IX.

Bonifacius IX. successit Vrbano IV; & habuit successorem Innocentium VII. to.7. 811. 2; & to.9. 10. 11.

Fuit electus iuuenilis quidem ætatis, sed fuit constantiæ plusquam virilis. to. 7. 811. 2.

Confirmauit regulam S. P. Dominici. to.19. 378. 7.

Eiusdem priuilegium concessum pro mantellatis, & pinzochetis Ordinis Eremitarum S. P. Augustini. to.19. 378. 7.

S. Bonifacius Martyr.

S. Bonifacius Germaniæ Apostolus tempore Gregorij III. multas Germaniæ prouincias conuertit ad fidem. to.15. 211. 15.

Ex potestate summi Pontificis in Bauaria; vbi erat tantùm vnus Episcopus, tres alios Episcopatus instituit. to.15. 211. 15.

Eius luculentissimum testimonium de infallibilitate Romani Pontificis. to. 6. 882. 5.

Eius articulus corruptus à Luthero. tom. 3. 283. 2.

Obijt anno 755. martyrio coronatus. tom.6. 882. 5.

Fuit totius Germaniæ Legatus, & illius Pater, & Apostolus fuit vocatus. to.3. 783.1.

Bonifacius Episcopus.

Bonifacij Episcopi iuramentum præstitum Gregorio II. Pontifici. to.4. 212. 2.

Bonitas Dei.

Bonitas Dei summa, & prouidentissima erga Ecclesiam in institutione Summi Pontificis singulariter resplendet. to.10. 41. 1.

Bonosus.

Bonosus Episcopus accusatus de hæresi circa Beatissimæ Virginis Deiparæ virginitatem. to.7. 296. 2.

Eius iudicium à Concilio Capuano fuit remissum ad Episcopum Tessalonicensem, & ad finitimos Macedoniæ Episcopos vicinos Bonoso, & illius accusatoribus. to.7. 296. 2.

Bonosus per literas consuluit S. Ambrosium Episcopum Mediolanensem, an sibi liceret interdictam irrumpere, & ingredi Ecclesiam. to.7. 296. 2; & to. 6. 516. 1.

Fuit Episcopus Naissitanæ ciuitatis in Dacia, & de erroribus pessimis fuit accusatus. to.6. 516. 1.

Ecclesiæ Gallicanæ institutæ fuerunt à D. Petro, vel ab illius successoribus, qui ordinauerunt sacerdotes, quos miserunt in Gallias. to.17. 448. 1.
Ecclesiæ Gallicanę per singulas ætates semper fuerunt confirmatæ ab Ecclesia Romana. to.17. 448. 1.
Ecclesia Gallicana non pertinuit ad Carthaginensem Episcopum. to.6. 100. 1; & 101. 2; & seq.
Ecclesia Gallicana auxilium petijt à S. Cypriano contra Marcianum. tom.6. 101. 1; & seq.
Ecclesia Gallicana non ausa fuit damnare Dorotheum Martianopolitanum Episcopum secundæ Mæsæ Metropolitam, nisi priùs consuluisset Stephanum Romanum Pontificem. to.6. 102. 1.
Ecclesia Gallicana diuiditur in septem prouincias. to.6. 121. 2.
Ecclesiæ Gallicanæ Episcopi semper confessi sunt se Episcopos esse Dei, & Apostolicæ Sedis gratia. to.3. 518. 2.
Ecclesia Gallicana, & Hispanica pro varijs rebus in causa fidei, & Ecclesiasticæ disciplinę non semel scripserunt ad Lucium Romanum Pontificem, à quo plura, & diuersa acceperunt rescripta. to.1. 141. 1.
Ecclesia Gallicana inter varias Regni procellas temporibus plurium Romanorum Pontificum intemerata permansit. to.1. 188. 2.
Quantùm laborauerit pro hæresi Berengarij extirpanda? to.6. 188. 2.
Ecclesia Germanica.
Ecclesia Germanica semper confessa est primatum Romani Pontificis. to. 15. 296. 1.
Ecclesiæ Germanicæ cathedræ D. Petri semper fuerunt subiectæ. to.3. 783. 1.
Ecclesiæ Germanicæ recursus ad Papam est antiquissimus. to.3. 783. 2; & seq.
Ecclesiæ Germanicæ consuluerunt S. Leonem circa consecrationem altarium, confectionem chrismatis, & reconciliationem pœnitentium factam in missa à Chorepiscopis. to.3. 784. 1; & seq.
Ecclesia Græca.
Ecclesia Græca semper fuit inferior Ecclesia Romana. to.8. 749. 2.
Ecclesia Græca, & Orientalis semper nouerunt primatum Romani Pontificis. to. 15. 297. 1.
Semper confessa est Papæ potestatem in decidendis fidei quæstionibus. to. 15. 630. 44; & seq.
A Mahomete tota absorpta fuit. to.13.200.2.
Habet vsum gestandi pallium diuersum ab vsu Ecclesiæ latinæ. to.6. 273. 1.
Ecclesia Regni Cypri fuit subordinata Patriarchæ Antiocheno. to.3. 710. 2.
Ecclesiæ Græcæ vnio cum Ecclesia Latina. to.1. 202. 2.
Subest Ecclesiæ Romanæ. to.4. 778. 40.
Ecclesia Græcorum non habet veræ Ecclesiæ Apostolicæ notas. tomo 4. 679. 61.
Ecclesia Græca habuit ceremonias, & ritus institutos à S. Basilio, Parthenio, & alijs SS. PP. to.18. 607. 2.
Ecclesiæ Græcæ ritus, & ceremoniæ sunt ex institutione Apostolorum. to.6. 279. 1.
Ecclesia Græca rediens post eiectos Turcas ad vnionem cum Ecclesia Romana sua priuilegia iuxta suos canones consequi debet. to.6. 279. 1.
Ecclesia Hierosolymitana.
Ecclesia Hierosolymitana omophorion S.Iacobi traduxit de Patriarcha in Patriarcham. to.6. 275. 2.
Ecclesiæ Hierosolymitanæ omophorion donatus fuit à Theodosio Imperatore S.Ignatio Patriarchæ Constantinopolitano, & sic hæc reliquia remansit priuata Ecclesia Hierosolymitana. to 6. 275. 2.
Ecclesiæ Hierosolymitanæ prærogatiua concessa in Concilio Ephesino. to.1. 100. 2.
Non accepit pallium ab Ecclesia Romana. to.6. 275. 2.
Ecclesiæ Hierosolymitanæ appellationes. to.3. 734. 2.
Ecclesia Hierosolymitana quomodò sit prior Ecclesia Romana? to.3. 21. 1.
Fuit maxima tempore legis scriptæ, non tempore legis gratiæ. to.4. 762. 121.
Non est præferenda Ecclesiæ Romanæ. to.17. 260. 1.
Ecclesiæ Hierosolymitanæ prærogatiuæ quęnam sint? to.17. 260. 1; & seq.
Fuit origine, non primatu prior Ecclesia Romana. to.17. 260. 2; & seq.
In particulari, tanquam matrici, non pręfuit Christus. to.4. 762.
Habuit Ioannem Origenistam, Entychium, Hilarium, & Irenęum Arianos. to.18. 34. 2.
Non est omnium aliarum Ecclesiarum mater. to.18. 92. 1.
Colligitur ex eo, quòd defecerit à fide; pręrogatiua enim Ecclesię primatus est indefectibilitas. to.18. 29. 2; & seq.
Est inferior Ecclesia Romana, & ei subdita. to.9. 604. 277.
Quomodò fuerit fundata ante Ecclesiam Romanam? tom. 9. 196. 253; & 604. 277; & to.14. 211. 1.
Ecclesia Hierosolymitana defecit à fide tempore Ioannis, & Arsenij patriarchę. to. 8. 751. 1.
Non successit Petri cathedrę. to.2. ex Pighio. 41. 2.
Ecclesia Hierosolymitana fuit subiecta Metropolitano Palestino Cœsariensi Episcopo. to.2. ex Pighio. 43. 1.
Ecclesia Hierosolymitana obtinet quartum locum. to.19. 29. 2.
Ecclesia Hispanica.
Ecclesię Hispaniarum cathedrę D. Petri semper fuerunt subiectę. to.3. 766. 1.
Ecclesię Hispaniarum appellarunt semper ad Sedem Apostolicam. to.3. 766. 1.
Ecclesia Illyrica.
Ecclesia Illyrica fuit subiecta Ecclesię Romanę. to.20. 131. 1; & to.6. 323. 2.
Fuit violenter erepta à Leone Isauro Imperatore ex Patriarcharu Romano, & Constantinopolitano transcripta. tom.6. 323. 2.

Ecclesia Lateranensis.

Ecclesia Lateranensis est caput omnium Ecclesiarum. to.19. 70. 2.

Ecclesia Lateranensis inter omnes alias Ecclesias principatum obtinuit. to. 2. ex Aluarez. 9. 1.

Ecclesia Latina.

Ecclesię Latinę vnio cum Ecclesia Gręca. to.1. 202. 2.

Ecclesia Latina habet vsum gestandi pallium diuersum ab Ecclesia Greca. to.6. 273. 1.

Ecclesia Lugdunensis.

Ecclesię Lugduuensi fuit concessus Primas. to.6. 461. 2.

Ecclesia Lugdunensis cum S.Rhemigio complexa fuit doctrinam S. P. Augustini de gratia. to.15. 608. 12; & seq.

Ecclesię Lugdunensis primatus fuit institutus à Gregorio VII. sine Regis assensu. to. 6. 461. 2.

Illi subiacere fortiter refutauit Ecclesia Senonensis. to.6. 461. 2.

Declarauit non esse hęreticum, nisi qui est contumax in opinione damnata. tom. 15. 607. 12.

Quid senserit de illis quęstionibus Chronologicis, *Christus pro omnibus mortuus est; & an Deus velit omnes homines saluos fieri?* to. 15. 609. 14.

Ecclesia matrix.

Ecclesię matrices debent habere saltem decem diaconos. to.19. 209. 1.

Habuerunt etiam Diaconissas deputatas ad pauperes alendos, captiuos redimendos, & ad alia pietatis officia. to.19. 209. 1.

Ecclesia Occidentalis, & Orientalis.

Ecclesię Occidentalis, & Orientalis obedientia erga Pontificem Romanum. tomo 20. 327. 2; & seq.

Ecclesia Orientalis complectitur omnes Africę Ecclesias. to.20. 329. 1.

Ecclesia Orientalis semper nouit primatum Ecclesię Romanę. to.15. 297. 1.

Ecclesię Orientales etiam Patriarchales semper fuerunt Papę subiectę. to.6. 204. 1.

Earum clerus inferior semper appellauit ad Apostolicam Sedem. to.6. 154. 2; & seq.

In negotijs grauioribus semper consuluerunt Apostolicam Sedem. to.6. 419. 1.

Ecclesia Orientalis nunquam vixit iuxta canones Africanos. to.6. 430. 1.

Nunquam scripsit ad Episcopum Carthaginensem, aut ad alios Episcopos Occidentis prętermisso Romano Pontifice. tom. 6. 361. 1.

Ecclesia Papiensis.

Ecclesia Papiensis non subditur Ecclesię Mediolanensi. to.6. 679. 1.

Eius Episcopus consecratus fuit à S. Ambrosio. to.6. 679. 1.

Post mortem D. Ambrosij accepit pallium, & priuilegium plenę exemptionis à quocunque Archiepiscopo. to.6. 679. 1.

Ab Alexandro III. fuit priuata pallio, & S. Crucis vexillo, quod redditum fuit Ecclesię Mediolanensi; quia Ecclesia Papiensis secuta fuerat schisma Octauiani Antipapę, & Henrici Imperatoris violentias. to.6. 679. 2.

Ecclesia Saluatoris.

Ecclesia Saluatoris appellatur Constantiniana; quia à Constantino condita fuit. to.19. 47. 2.

Fuit prima Ecclesia, quę ędificata fuerit in toto Orbe terrarum. to.19. 47. 2.

In ipsa celebratum fuit concilium Lateranense propter locum frigidiorem. to.19. 47. 1; & seq.

Ecclesia Samosatensis.

Ecclesia Samosatensis sic fugiebat suum Pastorem hęreticum, vt solus ipse in Ecclesia remaneret. to.3. 944. 1.

Ecclesia Sardiniæ.

Ecclesia Sardiniæ, & Corsicæ fuit obediens ecclesiæ Romanæ. to.20. 130. 2.

Ecclesia Tusciæ.

Ecclesiarum Tusciæ legatio ad Clementem Octauum. to.16. 139. 2.

Ecclesia Schismaticorum, & Hæreticorum.

Ecclesia reformata conuincitur fidei falsæ ex falsitate doctrinæ. to.15. 283. 1; & seq.

Ecclesiæ reformatæ impuritas, obscęnitas, & crudelitas. to.15. 314. 1.

Ecclesia reformata ex lacu Geneuensi nuper prodijt. to.15. 307. 1.

Ecclesia reformata à Caluino fuit extructa ad euertendum Christi Domini euangelium, ad altaria diruenda, & ad Sanctos deijciendos. to.15. 325. 1.

Ecclesia Caluinistica quantis impuritatibus & obscænitatibus scateat? tomo 15. 376. 2.

Ecclesia hęreticorum est ciuitas diaboli. tomo 15. 339. 1.

Ecclesia hęreticorum nec visibilis est, nec antiqua. to.4. 681. 69; & seq.

Ecclesia hęreticorum veritate caret. tomo 4. 681. 71.

Ecclesiæ hęreticorum pestilentissimæ ex ipso etiam hæreticorum testimonio, & voto demonstrantur. to.4. 682. 83.

Ecclesiæ, quæ recesserunt ab ecclesia Romana, sunt inter se innumeris hęresibus dissitæ Anathemam genuerunt multiplicando Papas. to.19. 400. 1.

Ecclesia Lutheranorum comparatur inferno. to.13. 275. 1.

Ecclesiæ hęreticorum, & schismaticorum descriptæ fuerunt à S. Cypriano. tom. 2. ex Alano. 44. 2.

Ecclesia hęreticorum vocatur Ecclesia malignantium. to.3. 42. 1; & seq.

Ecclesia hęreticorum à S. Cypriano descripta. to.2. ex Alano. 44. 2; & seq.

Ecclesiæ hæreticorum recentium sunt filiæ hęreticorum veterum habentes patrem diabolum, quem imitantur. tomo 1. 289. 1; & seq.

Ecclesiæ hęreticorum semetipsas ad inuicem damnant. to.1. 245. 2.

Ecclesiæ hęreticorum quanta facilitate euertantur? to.1. 270. 1.

Ecclesia hęreticorum est occulta, & secretis paucorum hominum obtutibus solummodò peruia. to.1. 269. 2; & seq.

Ecclesiæ hæreticorum legitimam successionem non habent. tomo 2. ex Alano. 47. 2.

Ecclesiæ hęreticorum sunt sathanæ synagogæ. to.5. 27. 1.

Nullum prorsus miraculum possunt ostendere. to.12. 522. 2.

Hæ-

Hæreticorum ecclesia confista fuit ad modum Reipublicæ, in qua omnes sunt æquális potestatis. to.11. 6. 6; & seq.
Hæreticorum ecclesiæ non habent vnitatem, neque sanctitatem, neque vniuersalitatem, neque sunt Apostolicæ; quæ sufficiunt ad conuincendam eorum falsitatem. tom.14. 6. 1; & seq.
Hæreticorum ecclesiæ sunt in angulo orientis conclusæ, quod sufficit ad demonstrandam earum falsitatem; cùm vera ecclesia debeat esse per totum Orbem diffusa propter prædicationem Apostolorum à Christo Domino indictam. to.19. 233. 2.
Ecclesiæ hæreticorum legitimæ sunt, quę illos non damnant; ideo quia damnantur ab ecclesia Romana, aiunt eam non esse legitimam. to.13. 160. 1.

Ecclesiastica potestas.

Ecclesiasticæ Monarchię origo. tomo 5. 4. 2.
Ecclesiastici Imperij, & profani diuersitas. to.5. 46. 2.
Ecclesiastica dignitas præualet sęculari. to.5. 80. 2.
Ecclesiasticæ iurisdictionis antiquitas, dignitas, auctoritas, & necessitas. to. 5. 763; & seq.
Ecclesiastica Hierarchia Nyceni Concilij tempore erat distributa in tres Patriarchas, & tres Primates Autocephalos. to.6. 539. 1.
Ecclesiasticorum iudiciorum retractatio nunquam fuit iussu Imperatoris. to. 6. 574. 2; & seq.
Ecclesiasticorum causæ ad Imperatores perperam delatæ. to.5. 525. 44; & seq.
Ecclesiastica potestas est duplex. tomo 2. ex Adolpho. 43. 1.
Ecclesiastici sunt ciues Reipublicæ politicæ. to.2. ex Adolpho. 43. 1.
Ecclesiastica potestas quomodò à Politica differat? to.2. ex Adolpho. 79. 1.
Ecclesiasticos non decet vsus gladij materialis. to.2. ex Adolpho. 83. 2.
Ecclesiasticæ veritatis ordo quinam sit? to.2. ex Alano. 44. 1.
Ecclesiasticę domui data est potestas ligandi, & soluendi. to.2. ex Pighio. 31. 2.
Ecclesiasticæ Hierarchiæ subditi obedientia erga suum Prælatum ob multos titulos. to.2. ex Pighio. 54. 1; & seq.
Ecclesiasticæ Hierarchiæ auctoritas qualis sit? to.2. ex Pighio. 57. 1; & seq.
Ecclesiasticæ Hierarchiæ Præsidis summa iurisdictio, auctoritas, & iudiciaria potestas. to.2. ex Pighio. 61. 2; & seq.
Ecclesiasticæ Hierarchiæ pastoralis auctoritas ex verbis Christi colligitur. tom. 2. ex Pighio. 67. 1; & seq.
Ecclesiasticæ Hierarchiæ Pastoris auctoritas ex communi ecclesiæ consensu roboratur. to.2. ex Pighio. 71. 2; & seq.
Ecclesiasticum decretum de appellationibus ad Sedem Apostolicam deferendis à temporibus Apostolorum. tom. 2. ex Pighio. 98. 1.
Ecclesiastica auctoritas fuit à Marsilio Patauino impugnata. tom. 2. ex Pighio. 122. 1.
Ecclesiastica potestas stabilitur. tom. 2. ex Pighio. 127. 1.
Ecclesiastici corporis, caput, & membra quæ habeant officia? to. 2. ex Pighio. 127. 2.
Ecclesiastica auctoritas non auertitur per hoc, quòd sit potestate ciuili posterior. tom. 2. ex Pighio. 128. 1.
Ecclesiasticæ censuræ pœna quantùm sit timenda? to.2. ex Pighio. 130. 2; & seq.
Ecclesiastica auctoritas coactiua etiam ad Reges, & Principes extenditur. tom. 2. ex Pighio. 131. 1.
Ecclesiastica auctoritas cur langueat? to. 2. ex Pighio. 134. 1.
Ecclesiastica auctoritas quomodò ad Regnum Christi pertineat? to. 2. ex Pighio. 135. 2; & seq.
Ecclesiasticis à Christo non inhibetur Principatus, sed tantùm prohibetur forma, & modus. to.2. ex Pighio. 143. 1; & seq.
Ecclesiastica iurisdictio coactiua defenditur. to. 2. ex Pighio. 145. 1; & seq.
Ecclesiastica auctoritas in Moyse fuit figurata. to.2. ex Pighio. 146. 2; & seq.
Ecclesiastici Principum laicorum potestati non subduntur. to. 2. ex Pighio. 148. 2; & seq.
Ecclesiastica auctoritas etiam apud Gentiles venerata. tomo 2. ex Pighio. 150. 2; & seq.
Ecclesiastica potestas, & immunitas à laicali subiectione demonstratur. to.2. ex Pighio. 153. 1; & seq; & 162. 2.
Ecclesiasticæ Hierarchiæ Prælatis rerum splendor est necessarius. to. 2. ex Pighio. 158. 2.
Ecclesiastica auctoritas instituta fuit à Christo in vno Pastore. to. 2. ex Pighio. 163. 1.
Ecclesiasticarum Personarum successio. to. 2. ex Alta. à S. Elpidio. 11. 2; & seq.
Ecclesiastica potestas in veteri lege non erat penes totam communitatem, sed solùm penes summum Pontificem. tom. 3. 174. 2.
Ecclesiasticæ personæ neque iure humano, neque iure diuino sunt immunes à legibus ciuilibus. to.3. 107. 2.
Ecclesiasticum Regnum est Regnum Christi. to.3. 187. 2.
Ecclesiasticæ, & Regalis potestatis discrimen. to.10. 250. 2; & 550. 1.
Ecclesiastica potestas dicitur clauis per similitudinem. to.4. 63. 2.
Ecclesiasticæ politiæ intentio in Magistratibus disponendis est vnitatis conseruatio. to.4. 347. 1.
Ecclesiasticæ inuestituræ vi extortæ ab Henrico Imperatore. to.1. 350. 1.
Ecclesiastica potestas est à Deo. to.2. ex Beato Ægidio. 5. 2.
Ecclesiastica politia temporali politiæ comparatur. to.16. 68. 1.
Ecclesiasticorum numerus in tota Christiana Republica. to.16. 228. 1; & seq.
Ecclesiasticorum bona sunt minima respectu bonorum, quæ possident sęculares. to. 16. 229. 1; & 228. 1.
Ecclesiasticorum inopia, & paupertas. to.16. 229. 1.
Ecclesiasticorum bonorum diuisio non præ-

iudicas laicis. to.16. 229. 2; & seq.
Ecclesiasticæ potestatis origo. to.17. 493. 1; & seq.
Ecclesiastica Hierarchia semper habuit distinctos ordines diaconorum, presbiterorum, & episcoporum. to.18. 17. 2.
Ecclesiastici, & politici regiminis non est eadem ratio, sed diuersa. to.18. 477. 1.
Ecclesiasticæ, & Regalis potestatis discrimen habetur ex illis Christi Domini verbis: *Reges gentium dominantur eorum; vos autem non sic*. to.18. 204. 1.
Ecclesiasticorum Ordinum perpetua successio veram Religionem ostendit. to. 20. 593. 2; & seq.

Ecclesiastica libertas.

Ecclesiastica libertas quomodò Christi Domini exemplo à nobis sit defendenda, & conseruanda? to.1. 538. 1.
Ecclesiasticæ libertatis S. Leo Magnus fuit acerrimus propugnator. to.1. 549. 1.
Damnauit omnes inferentes vim libertati ecclesiasticæ. to.1. 549. 1.
Ecclesiasticæ libertatis Zelator fuit Ludouicus Imperator. to.1. 557. 1.
Ecclesiastica libertas violari potest dupliciter; scilicet directè, & indirectè. to.5. 369. 282.
Ecclesiasticam libertatem violantes incurrunt excommunicationem latam in Bulla Cœnę Domini. to.5. 369. 281; & seq.
Decernentes aliquid contra libertatem ecclesiasticam, vt condendo statuta, & ordinationes etiam prætextu antiquę consuetudinis, vel cuiusuis priuilegij, incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini. to.5. 369. 281.
Ecclesiasticam libertatem etiam particularis ecclesię lędentes incurrunt eandem excommunicationem. to.5. 369. 282.
Quinam facientes aliquod statutum contra libertatem ecclesiasticam in excommunicationem non incidant? to.5. 370. 283.
Vtentes sententijs vsu receptis contra libertatem ecclesiasticam in eandem excommunicationem incidunt. to.5. 371. 283.
Ecclesiastica libertas nihil aliud est, quàm quoddam ius inhęrens generatim ecclesijs, ecclesiasticisque personis à Deo, aut ab hominibus concessum vtendi priuilegijs concessis tam quoad se, quàm quoad res suas. to.5. 369. 282.
Etiam consulentes, vt fiant statuta, vel ordinationes contra libertatem ecclesiasticam excommunicationem incurrunt. to.5. 372. 284.
Laici condentes vnum statutum derogatorium alterius statuti, in quo aliquod priuilegium alicui ecclesiæ fuit concessum, violant ecclesiasticam libertatem, & excommunicationem incurrunt. tomo 5. 373. 285.
Ecclesiastica libertas lęditur per id, quod tollit ab ecclesia aliquod, quod iam acquisiuit. to.5. 373. 285.
Ecclesiasticorum bona à potestate sęcularium sunt exempta. to.2. ex Adolpho. 54. 1; & seq.
Ecclesiasticorum immunitas à foro sęculari. ostenditur. tom. 2. ex Pigbio. 138. 2; & seq.
Ecclesiastici non subijciuntur potestati sęculari ad exemplum Leuitarum veteris Legis. to.16. 150. 1; & seq.
Ecclesiastica immunitas à potestate sęculari colligitur ex Canonibus Antiochenis. tomo 16. 164. 1.
Ecclesiasticæ immunitatis Constantinus fuit obseruator pijssimus. tomo 16. 164. 2; & seq.
Ecclesiasticos non subdi Imperatoris potestati docuit D. Ambrosius, dum dixit Valentiniano ius mœnium publicorum Ciuitatis, non aditus sacrarum ei fuisse commissum. to.16. 161. 1; & seq.
Ecclesiastici sunt immunes à potestate Imperatoris, quia ei Deus commisit imperij regimen, non administrationem Ecclesiæ. to.16. 160. 1; & seq.
Ecclesiasticorum ius è Cœlis descendit teste S. Ioanne Chrisostomo. to.16. 159. 1.
Ecclesiastica constitutio spectat ad solos ecclesiæ Pastores. to.16. 159. 1.
Ecclesiasticis iudicijs nequit se immiscere Imperator, quia nequit esse episcopus episcoporum. to.16. 160. 1.
Ecclesiasticæ immunitatis obseruator adeo religiosus fuit Constans Imperator, vt pro illa seruanda etiam proprio fratri Imperatori Constantio bellum indixerit. to.16. 160. 2.
Ecclesiastica immunitas à potestate sęculari colligitur ex illis Christi Domini verbis: *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo*. to.16. 160. 2.
Ecclesiasticam immunitatem lęserunt Donatistæ deferentes causam ecclesiæ ad Principem sęcularem dijudicandam; ideo grauissimè reprehensi fuerunt à S. P. Augustino. to.16. 163. 2.
Ecclesiasticam immunitatem à potestate laicali deduxit S. Gelasius ex eo, quòd etiam Principes laici debent se submittere ecclesiasticis in recipiendis ecclesiæ Sacramentis. to.16. 165. 2.
Ecclesiasticorum immunitatem confessus fuit etiam Valentinianus Imperator, qui noluit episcopos ad se recurrentes audire. to. 16. 168. 2; & seq.
Item confessus fuit Theodosius iunior Imperator. to.16. 170. 1; & seq.
Item Basilius Imperator in oratione habita in VIII. Synodo. to.16. 170. 2; & seq.
Item Theodoricus Rex Romanorum, quanuis Arianus. to.16. 178. 2; & seq.

Ecembolius.

Ecembolius Sophista Constantinopolitanus ad Imperatorum ingenia ita se conformauit, vt cum Imperatore Constantio Christianum, & cum Iuliano Gentilem se ostenderit. to.6. 294 1.
Mortuo Iuliano iterum cepit se profiteri Christianum; atque adeò ecclesiæ foribus se proijciens pedibus ingredientium conculcandum se indignum esse, vt admitteretur ad ecclesiam, vociferabat. tomo 6. 294. 2.

Edictum.

Edictum Papæ obligat statim, ac est promulgatum. to.176. 2.
Edictum donationis Constantini Imperatoris

ris transcriptum ad verbum . to.5. 786. 1; & seq.
Illius explicatio, & glosatio exactissima.to.5. 821; & seq.

Edmundus Campianus.

Edmundi Campiani fructus prædicationis, constantia, & martyrium. tom. 1. 267. 1; & seq.
A Caluinistis magnis pollicitationibus persuasus, vt Regis Angliæ se voluntati subijceret, illos despexit fidei firmitatem conseruans. to.1.267.1; & seq.
Decem rationes, seu præscriptiones in causa fidei catholicæ Caluinistis obiecit. tom.1. 267.2; & seq.

Edmundus Richerius.

Edmundi Richerij doctrina spuria de potestate ecclesiastica. to.8.290.1; & seq.
Illius errores. to.8.290.1; & seq; & 295.1; & seq; & 301.1; & seq.
Censura illius librorum lata à Facultate Parisiensi. to.15.650.76.
Illius falsitas circa sententiam Dioscori. to. 11.8. 5.
Edmundus Richerius, eiusque discipulus Simon Vigorius docuerunt non esse necessarium esse in ecclesia vnum Supremum Pastorem, sed sufficere quoddam concilium aristocraticum ex Episcopis constitutum. to. 10. 247. 2.
Illius publica retractatio eorum, quæ scripserat contra Ecclesiam Romanam, & contra illius potestatem. to.10.305.3.

Egesippus.

Egesippus antiquissimus Scriptor narrat factum D.Petri cum Simone Mago, & Christi Domini occursum D. Petro fugienti ab Vrbe Roma, vt mortem à Nerone decreram euaderet. to.12.35.1.

Vid.Petri aduentus Romam.

Electio.

Electio mentis melior, & præstantior est, quàm partus ventris. to.20.315.4.
Electio fit à Deo aliquando ad opus probationis; & aliquando ad opus tentationis. to.20. 316. 13.
Electio distinguitur à confirmatione. tom.5. 80. 2.
Electio cessat, cùm libertas adimitur eligendi. to.12.68.2.
Electionis discordia semper remittenda est ad Superiorem. to.6.14.40.
Electionis maior pars est illa, quæ maiori vitur ratione. to.6.15.41.
Electio aliquando accipitur pro consecratione. to.6.271.1.
Electio an fit nulla, quando Electores cognotur eligere aliquem ex tali natione, vel ex tali genere? to.9.119.140.
Electio est nulla, quando electores cognotur, non quidem præcisè, sed alternatiuè eligere hunc, vel illum. to.9.119.143.
Electio facta per metum an valida sit censenda? to.9.120.148.
Electio an teneat non seruata forma cap.*Vbi periculum*? to.9.122.152.
Electio facta per impressionem metus breui interuallo adhuc in loco electionis renouata ab electoribus, an purgetur à macula impressionis? tom.9. 123. 159.
Electio in quo verè, & propriè consistat? to. 9.459. 41.
Electio bona à virtute, & mala à vitio procedit. to.13.181.2.
Electio mala non est effectus, sed defectus voluntatis. to.13.181.2.
Electionis celebrandæ locus non est de substantia electionis. to.4.490. 1.
Receptio à duabus partibus modicum operatur in electo, quia canonicè electus statim post electionem potest administrationem suscipere. to.9.106.71.

Electio Diaconorum.

Septem Diaconorum electio fuit facta à Petro simul cum Apostolis; non quia solus non potuisset eos eligere; sed quia securiùs sit, quod sit plurium consilio? tomo 15. 264. 2.
Non fuerunt à solo Petro electi humilitatis gratia, non autem ex defectu potestatis. 10.17. 170. 1.
Septem Diaconi electi fuerunt ab Apostolis, vt Episcopo prædicanti assisterent, & illum custodirent, qui mos pluribus sæculis in ecclesia durauit. to.4.344.10.
Fuerunt electi à populi multitudine, tanquam à perhibente testimonium illorum vitæ, non tanquam ab eligente, & ordinante. to.2. ex Pighio. 164.2.

Electio Episcoporum.

Electio Episcoporum distinguitur à confirmatione. to.5.80.2.
Quamuis antiquitus fieret à Clero, iustis tamen de causis fuit variata. tom.3. 517. 2; & seq.

Vid.Episcoporum electio.

Electio Imperatoris.

Electio Imperatorum, & eorum iura à quo habeantur? tom. 2. ex Pighio. 189. 1; & seq.
Electio Imperatoris ex quo suam originem duxerit? to.3.69.1.
In electione Imperatoris tria iuramenta emittuntur. to.2. ex Pighio. 189.1.& seq.
Antiquitus eligebatur vel à populo, vel à Senatu, vel ab exercitu; & aliquando de genere, aliquando non. to.3.67.2.
Hic mos eligendi Imperatorem durauit vsq; ad tempora Michaelis Imperatoris, & Caroli Magni circiter annos quingentos. to. 3. 67. 2.
Electores Imperatoris fuerunt sumpti ex Germania, quia Germani soli liberauerunt ecclesiam de seruitute Longobardorum.to.3. 68. 1.
Electores Imperij à Romano Pontifice destinati fuerunt. to.11.550.11.
Nequeunt mutare formam eligendi Imperatorem. to.9.338.192.
Habent ius eligendi Imperatorem solùm à Romano Pontifice. to.3.12.2.
Imperatoris electio facta per Electores est mediatè ab ecclesia. to.3.57.2.
Electores Imperij quando fuerint instituti? to.3. 68. 2.
Electores Imperij à Gregorio V. fuerunt destinati circa annum 1002. tom.9.821.1.
Electores Imperij sunt laici, & ecclesiastici, & quale sit eorum munus? to.3.68.2.

Vid.Imperator.

Electio S.Matthiæ ad Apostolatum.

Electio S.Matthiæ ad Apostolatum fuit specialis, & certa. to.3.958.1.

Ele-

Electio Ministrorum Ecclesiæ.
Electio canonica ministrorum ecclesiæ facta fuit à Clero præsidente episcopo; præsentatio autem, seu morum testificatio facta fuit à populo. to.3.515.1.
Electio Prælati octo solemnitates requirit. to.4.533.1.
Electioni Pastorum plebs non concurrit, nisi præbendo testimonium vitæ, ac morum ipsius eligendi. to.3.961.2.
Eligendi potestas data Patribus pro futuro Concilio quomodò intelligatur? tom.9. 222.51.
Electio Papæ.
In electione Papæ admittitur variatio per accessum. to.9.27.119.
An electio Vrbani fuerit per impressionem, & ideo nulla? to.9.118.138.
Electio Pontificis non vitiatur ex eo, quòd admissus fuerit inhabilis. to.9.418.3.
Electio simoniaca Papæ strictè, & propriè loquendo dicitur hæresis. to.9.104.53.
Vid. Papæ electio.
Electio Principum.
Electio est aptior modus constituendi Principes. to.4.321.4.
Electio per viam Spiritus Sancti.
Electionis per Spiritum Sanctum forma est duplex; alia scilicet per inspirationem; & alia per quasi inspirationem. tom.4. 488. 99.
Electio, in qua vnus tantùm dissentit, non est per viam inspirationis Spiritus Sancti. to.4. 488. 99.
Electionis forma per quasi inspirationem Spiritus Sancti quomodò sit peragenda iuxta Bullam Gregorij XV. tomo 4. 489. 101.
Eleemosina.
Eleemosina à Iudæis recipi non potest de bonis restitutioni obnoxijs, nec de bonis ex eorum vsuris acquisitis. tom.4. 84. 2; & seq.
Eleemosinæ, aut oblationes hæreticorum à clericis, vel Sacerdotibus recipi non possunt sub pœna excommunicationis. to. 4. 213. 2.
Pauperes viuentes de eleemosinis quotidianis possunt illas à Iudæis accipere in parua, non in notabili quantitate. to.4.85.2.
Eleutherius Papa.
Eleutherius Papa à manu Marcionis hæresiarchæ, & stilo Valentini Sacras Scripturas integerrimè custodiuit. to.1.232.2.
Eleutherius, & Thelesphorus iniquitatis germina aduersùs fidem catholicam pullulantia Apostolica falce succiderunt. tom. 1. 232. 2.
Eleutherius in Britanniam misit Fugatium, & Damianum ad prædicandam Christi Domini fidem temporibus Lucij Regis. to.20. 23.1; & to.3.787.2.
Fuit Græcus patria Nicopolitanus, & electus fuit Pontifex Romanus anno Domini 179. to.3.774.1.
Eius epistola ad omnes Galliarum Episcopos de causis clericorum definiendis apud Sedem Apostolicam. to.3.774.1.
Statuit in causis clericorum sine legitimo, & idoneo accusatore nihil esse faciendum. to.3.774.1.
Asseruit causas clericorum definiendas esse ab Apostolica Sede ex Apostolorum definitione, & ex eorum successoribus, ac multorum aliorum Episcoporum consensu. to. 3.774.1.
Eli.
Eli fuit simul Sacerdos, & Princeps in lege veteri. to.9.683.1.
Elias Propheta.
Elias, & Enoch nondum mortui sunt, sed viuunt vitam mortalem vsque ad tempus postremum. to.12.524.
Elias, & Enoch vbi tam longam ætatem degant scire velle ad nos non pertinet; sed est verisimilis coniectura eos viuere in paradiso terrestri. to.12. 529. 2.
Elias, & Enoch tempore Antichristi ad sustentandam Christianitatem afflictam, & propè iacentem reuertentur ad nos. to.12. 613; & seq.
Elias, & Enoch annos circiter tres cum dimidio euangelizabunt, Iudæis quidem Elias & Enoch alijs gentibus. to.12. 493. 1; & seq.
Elias, & Enoch occidentur iussu Antichristi Hierosolymis, vt verisimile est; vbi tres dies cum dimidio insepulti iacebunt; deinde surgent vocati è Cælo, & statim consurgent cunctis attonitis, & suspicientibus; deinde Vrbs conquassabitur terræmotu horribili, Antichristianosque plurimos opprimet. to.12. 522. 2; & seq.
Elias quot Reges deiecerit, & vnxerit, & quot Prophetas occiderit? tom. 17. 417. 1.
Elias deposuit Azael Regem Syriæ, & Iehu Regem Israel. to.11. 318.3.
Elias deiecit, & deposuit plurimos Reges. to. 7.316. 1.
Elias Patriarcha Babylonis.
Elias Patriarcha Babylonis legatum ad Paulum V. misit. to.1.88.1, & 167; & 279.
Eius professio fidei. Ibidem.
Elias Hisibensis Episcopus.
Elias Hisibensis Episcopus suscipit Concilium Nicænum quasi Dei euangelium. to.1. ex Ecchellensi. 23. 2.
Elipandus.
Elipandi, & Felicis Vrgelitani damnatio in Concilio Francofordiensi. to.15. 633. 50; & seq.
Illorum deliria à Gallis potissimùm fuerunt exagitata. to.15.633. 50.
Elipandus à Carolo Magno recepit epistolam, in qua de legatione quadruplici ad Apostolicam Sedem instituta, vt sciret, quid circa eorum doctrinam Ecclesia Romana Apostolicis traditionibus edocta sentiret, admonuit. to.1. 634. 50.
Elisabetha.
Elisabetha Angliæ Regina Ecclesię primatum vsurpauit. to.4.456. 1.
Elymas Magus.
Elymas Magus repentina cæcitate à Diuo Paulo ad tempus fuit percussus. tom. 8. 21. 2.
Emanuel Imperator.
Emanuel Constantinus Imperator petijt ab Alexandro III. reunionem Imperij Occidentis, & Orientis, quam tamen obtinere non potuit. to.2. ex Pighio. 88.1.

Emor.

Emor Gen. 34. interpretatur amaricana, & Diabolum significat. to.3. 242. 2.

Empedocles.

Empedocles Philosophus docuit tria esse in hac rerum varietate præcipua; scilicet nobilis affluentiæ contemptus, futuræ fęlicitatis appetitus, & mentia illustratio. to.4. 104.1.

Encomia.

Encomia Sacræ Scripturæ applicantur ecclesiæ Romanæ. to.10.29. 2.

Encomia Romani Pontificis à Concilio Chalcedonensi prolata. to.10. 18.2.

Encomia D.Petri. to.4. 477.33.

Vid.Petri encomia.

Encomia Romani Pontificis ex D.Bernardo. to.17. 163. 2;& to.19. 20. 2.

Vid.Papa elogia.

Enoch.

Enoch Propheta mirabiliter fuit à Deo translatus. to.3.38. 2.

Enoch sua translatione figurauit, quomodò homines, si non peccassent, consecuti fuissent vitam spiritualem. to. 3.38. 2.

Enoch, quanuis adhuc viuat, attamen nequit vitare debitum moriendi, quod incurrit ob originale peccatum. to.3.38.

Enoch nondum mortuus est, sed viuit vita mortali vsque ad tempus postremum, quod erit tempus vniuersalis iudicij. to.12.524. 1.

Scire, vbi degat tam longam vitam, ad nos non pertinet; sed est verisimilis coniectura eum viuere in paradiso terrestri simul cum Elia. to.12. 529. 2.

Enoch tempore Antichristi ad confortandos, & roborandos fideles in fide reuertetur ad nos. to.12.613; & seq.

Enoch simul, cum Elia tres annos circiter cum dimidio euagelizabit gentibus.to.12. 493. 1; & seq.

Enoch simul cum Elia iussu Antichristi occidetur; & ambo tribus diebus insepulti manebunt; deinde Cęlo vocati statim consurgent atronitis, & admirantibus omnibus; tandem Vrbs Hierusalem terremotu horribili conquassabitur, & multos opprimet Antichristianos. tomo 12. 522. 2; & seq;

Ennodius Episcopus.

Ennodij Episcopi Ticinensis iudicium in V. Synodo Romana quale fuerit? tom.2. ex Adolpho. 110. 2.

Eius liber apologeticus de Synodo Sardicensi. to.6. 558.2.

Protestatus fuit Romanum Pontificem statim, ac est electus, S. Petri Apostoli meritis effici Sanctum. to.6. 641. 1.

Ennodius Diaconus.

Ennodij diaconi liber approbatus fuit in Concilio Romano sub Symmacho. to.18. 16. 2.

Ephesina Synodus.

Ephesina Synodus pœnam statuit Metropolitis sentientibus cum Cœlestio. to.6. 108. 2;& seq.

Fuit in duas partes lacerata; aliqui enim hæresiarcham Nestorium damnarunt; & alij Episcopi ad Ioannis Patriarchæ Antiocheni factionem accesserunt. to. 6.109. 2.

Fuit coacta ad discutiendam causam Nestorij, & aliorum degradatorum. to.6. 415. 1.

An verè, & propriè fuerit generalis? tom.6. 207. 1; & seq.

An confirmauerit inscio Romano Pontifice symbolum editum in Concilio Constantinopolitano? to.6. 612. 1.

Conuocata fuit à S.Cælestino Papa. to.2. ex Pighio 119. 2;& to. 8. 789. 1; & 807. 2; & to.15.473. 1,& seq.

Excommunicauit Ioannem Antiochenum Patriarcham, quia degradauerat S.Cyrillum Episcopum. to.6.447.1.

Vid.Concilium Ephesinum.

S.Ephrem Syrus.

S. Ephrem natione Syrus fuit monachus eruditissimus, & pauperrimus spiritu. to.3. 297. 1.

Illius testimonium de suprema Papæ potestate in ecclesiam. to.3. 297. 1;& to. 14.390. 1.

Eius sermones quidam Ambrosius è Syriaco idiomate in Latinum transtulit. to.14. 390.1.

Fuit Vir sanctissimus, & eius temporibus Syria Christiana in fide florebat. to.14. 390. 1.

Epicheia.

Epicheia est virtus existens in voluntate supplens ea, ad quæ non potuit humana lex se extendere. to.8. 827. 1.

In tantùm admittitur in iure humano, in quantùm Legislator non potuit omnes casus prævidere, eisque prouidere. tom. 8. 827.1.

Ideo nequit admitti in his, quæ sunt de iure Diuino, quia Deus ob suam omniscientiam omnes casus prævidit, iisque sapientissimè prouidit. to.8. 827. 1.

Epigraphæ.

Epigraphæ adductæ de S.Leone IX. circa titulum episcopi vniuersalis ecclesiæ non fuerunt assumptæ, & scriptæ ab eodem S.Leone, sed vel à Typographis, vel à Descriptoribus fuerunt superadditæ, & ei adscriptæ. to.6. 442. 2.

S.Epiphanius.

S.Epiphanius lapsum Marcionis, & eius deiectionem descripsit ex integro. to.6. 148. 2.

Aliquando ob suam nimiam bonitatem nimium credulus fuit in assentiendo falsitatibus apocryphorum. to.6. 149.2.

Fuit episcopus in Insula Cypri Salaminæ, quæ erat illius Regni metropolis. tom.14. 443. 2.

Eius opera de fide Christiana contra hæreticos, & quædam alia testatus fuit S.Hieronymus. to.14. 442. 2.

An excommunicauerit Ioannem Episcopum Hierosolymitanum? to. 14. 443.2.

Eius epistola ad Ioannem versa fuit in Latinum à S.Hieronymo. to. 14. 443.2.

Episcopi ethimologia.

Episcopus aliquando Cleri nomine significatur. to.6.445. 2.

Episcopi nomen quid significet? to. 3. 362. 1; & to. 2. ex Aluarez. 16. 2.

Epi-

Episcopi, & præsbiteri nomina quid significent? to.11.556. 3.
Episcopi nomen significat inspectorem, & custodem. to.8. 875. 1.
Episcopus idem est, ac superintendens. to.14. 187.1.
Episcopi nomen non est solùm operis, & sollicitudinis, sed dignitatis, & iurisdictionis. to.9. 664. 2, & seq.
Episcopus speculatorem, seu interpretem significat. to.1.ex Ecchellensi. 17.1.
Episcopi nomen, quamuis aliquando fuerit commune cum præsbiteris, semper tamen importauit diuersum gradum. to.4.182.7; & to.8. 362. 2.
Episcopi, & præsbiteri antiquitus fuit nomen commune. to.3. 956. 1; & 249. 1.
Episcopi nomen apud gentiles significabat Præpositum habentem curam gubernij Ciuitatis. to.8. 362. 1; & seq.
Deriuatur à verbo, quod significat curam habere, & intendere alieni rei. to.8. 362. 2.
Gentilitas vocabat Episcopos Prætores, vel Præsides causarum, quos regionibus præficiebat in negotijs politicis. tom.8. 875. 1.

Episcoporum postulatio.

Episcopos ab Vrbe Romæ postulari non est ex Diuino præcepto. to.13. 260. 2.
Episcopos antiquitus postulatos à populo, & electos à Clero potuisse ab episcopis comprouincialibus auctoritate Metropolitani interueniente ordinari, & confirmari concessum fuit iuxta canones Nicænos. to.13. 260.2.

Episcopi Apostolis succedunt.

Episcopi iure Diuino succedunt in locum Apostolorum. to.5. 21. 1; & to.12.131.1; & to.19. 10.1.
Episcoporum, & Apostoli discrimen. to. 12. 132. 2; & 133. 2.
Episcopi succedunt Apostolis, non quidem propriè, & simpliciter, sed solummodò secundùm quid, & impropriè. to.5. 21. 1.
Episcopi quomodò succedant Apostolis? to.12. 412. 2.
Episcopi aliter succedunt Apostolis, quàm Petro Pontifices Romani. tom.12.577.2.
Episcopi succedunt Apostolis, sicut præsbiteri succedunt septuaginta duobus Discipulis eorum officia continuantes. to.12. 578. 1, & to.11. 521. 1.
Episcopi, qui successerunt Apostolis non receperunt sollicitudinem omnium Ecclesiarum, quàm habuerunt Apostoli; sed solam potestatem ordinis, & iurisdictionis in sua diœcesi. to. 11. 250. 1; & seq.
Quomodo dicantur successores Apostolorum? to. 11. 539. 5; & tom. 14. 445. 1; & seq; & to.2. ex Turrecrem. 36. 2.
Cur non succedant Apostolis eo modo, quo Papa succedit Petro? to. 14. 208.1; & seq.
Non successerunt Apostolis, quoad iurisdictionem, quam à Papa accepetunt. to.15. 158. 2.
Episcopi sunt loco Apostolorum. tom.9.499. 55.
Quatenus Apostolorum successores, necessariò sunt instituendi. to.4. 380.5; & 382.6.
Non succedunt Apostolis in omnibus dotibus. to. 4. 300. 3; & 302. 6; & 696. 13.
In potestate ordinaria suarum ecclesiarum succedunt Apostolis; non autem in potestate in ecclesiam vniuersalem. to.4.771. 32.; & 75. 1; & 476. 24; & 28.
Succedunt Apostolis in similitudinem officij. to.13. 359.2.
Quomodò sint, & non sint successores Apostolorum? to.9.656. 2.
Ritè electi succedunt Apostolis. to.20.571.1.
Episcopi sunt filij Apostolorum nedum, quia illis succedunt; sed etiam quia per manuum impositionem gignuntur. to.4. 630. 2.
Episcopi non sunt Christi, sed Apostolorum Vicarij. to. 13. 363.2.
Episcopi, & Sacerdotes tales sunt inter se, quales erant Apostoli, & Discipuli. to.4. 659.
Non succedunt Apostolis eo modo, quo vnus episcopus alteri succedit. to.3. 922.2.
Episcopi vocantur à SS.Patribus Apostolorum successores quo sensu. to.3.925.1; & seq.
Succedunt Apostolis in ratione ordinis episcopalis, non autem in Apostolatu. to.18. 676.1.
Gerunt munus Apostolorum, & præsbiteri munus septuaginta Discipulorum. to.14. 186. 1.
Episcoporum successio necessaria est ad conseruationem ecclesiæ. to.20. 562. 1; & seq.
Episcopos succedere Apostolis probat S.Pater Augustinus ex illis verbis Ps.44. *Pro Patribus nati sunt tibi filij*; quia Apostolis, qui Patres fuerunt, quia genuerunt ecclesiam, succedunt episcopi, tanquam eorum filij ab ipsis geniti. to. 20.563. 1.
Episcopi succedũt Apostolis solùm in munere gubernandi ecclesiam particularem, quæ illis obtigerat, non autem in delegatione vniuersali, quam habuerunt in omnem ecclesiam; nec in munere eligendi Papam; in his enim muneribus succedunt soli Cardinales. to.20. 563. 2.
Episcoporum successio nullis ipsorum criminibus præter hæresim inualidatur. tomo 20. 564. 2; & seq.
Eorum successio debet esse ex ecclesiæ vocatione, sicut vocatio Aaronis. to. 20. 566.1.
Et sicuti vocati fuerunt Saulus, & Barnabas. to. 20. 566. 2.
Episcoporum successio præequirit electionem ecclesiasticam, non autem populi consensum, aut approbationem. to.20. 567. 1.

Episcoporum appellatio.

Episcopi totius Orbis appellarunt semper ad Pontificem Romanum. to.3.4. 1.
Episcopi in quibus appellauerint ad Imperatores? to.3. 513. 2; & seq.
Episcoporum, & Cleri Orientis literæ supplices ad Agapetum Papam contra Authemium, Seuerum, & Petrum. to.2. ex Pighio. 107. 1.
Episcoporum veteris Epyri appellatio. to.3. 722.1.
Episcopi, qui ex suis sedibus episcopalibus pulsi appellauerunt ad Romanum Pontificem, à quo fuerunt restituti. to.20.589.1.
Episcopos posse ad Papam appellare habetur ex Africanis concilijs. to.6. 303. 2.
Episcopi, qui appellarunt ad Romanum Pontificem. to.17.473.1; & to.20.97.2; & seq.

Epi-

Episcoporum prouocatio ad Primatem.to.12. 65.1.
Episcopi Prouinciales in synodis poterant damnare episcopos concessa facultate appellandi, cuius negatio esset iniuriosa Papæ, & etiam ipsi Patriarchæ. to.6. 124. 1.
Episcoporum appellationes ad Papam defetendæ. to.11. 546.4;& seq.
Episcoporum appellatio ad Sedem Apostolicam habetur ex secundo canone Concilij Nicœni. to.18. 13. 2, & 84. 1.
Episcoporum appellationes, & maiores causæ ad Romanum Pontificem spectant. to.13. 221. 2.
Episcoporum appellationes à Fabiano Papa fuerunt concessæ. to.1. 94. 1.
Appellationis ius à Cornelio Papa fuit Episcopis confirmata. to.1. 94. 1.
Episcoporum appellatio ad Papam. to.20. 589.1.
Vid. appellatio episcoporum.
Episcoporum benedictio.
Episcoporum benedictio instituta fuit saltem quoad modum à Christo Domino. tom.4. 7. 2.
Episcopi formam benedicendi populum acceperunt à Christo Domino, cùm ascendens in Cælum benedixit Apostolos eleuatis manibus. to.4. 7. 2.
Episcopi solemniter benedicentes populum ad exemplum Christi Domini debent prius manus ad Cęlum leuare, & postea eas iungere, & tandem crucis signum formare. to.4. 7. 2.
Episcoporum causæ, & iudicia.
Episcoporum finitimorum causæ ad Romanum Pontificem solùm sunt deferendæ. to.1. 94. 1.
Episcopi iudicium tantùm ecclesiasticum ferre possunt. to.1. 136.1.
Episcopus debet conueniri ad iudicem ecclesiasticum etiamsi cum periculo pacis publicæ administret. to.2. ex Adolpho. 44. 1.
Episcoporum causę spectant solummodò ad Romanum Pontificem to.13. 221.2.
Episcoporum iudicia ab Imperatoribus inter leges inserta omnium aliorum iudicijs sunt anteferenda. to.1. 519. 1.
Episcopi quale iudicium magistratus sæcularis tempore Theodosij subierint? tom.1. 549. 2.
Episcoporum iudicia Apostolicę Sedi sunt reseruata. to.2. ex Pighio. 96. 1.
Episcopi omnes ad Apostolicam Sedem possunt compelli. to.2. ex Pighio. 101.1.
Episcopus nequit damnari absque Papæ auctoritate ex Concilo Nicæno. to.2. ex Pighio. 105. 2.
Episcopi oppressi ad Romanum Pontificem, confugerunt auxilium petentes. tom. 4. 775.23.
Episcopos solus Papa potest iudicare, & condemnare. to.4. 520. 143.
Episcopi, qui se purgauerunt coram Romano Pontifice. to.17.472. 1.
Episcopi, qui fuerunt accusati ad Romanum Pontificem,& qui ab eo fuerunt accersiti. to.17. 471; & seq.
Episcoporum causæ semper fuerunt reseruatæ Romano Pontifici. to.17. 471. 1; & 472. 1.
Episcoporum iudicia esse reseruata Apostolicę Sedi docuit Concilium Nicœnum. to.18. 13. 2.
Episcoporum causæ ad tribunal Summi Pontificis sunt euocandæ. to.7. 290. 2.
Episcoporum iudicia reseruata esse Apostolicæ Sedi habetur ex traditione Apostolorum. to.18. 13. 2.
Episcopos in causis grauioribus posse ad ecclesiam Romanam tanquam ad omnium ecclesiarum matrem confugere statutum fuit in Concilio Nicœno. to.18. 84. 1.
Episcopi causas possunt recognoscere episcopi Prouinciales; nequit tamen episcopus priuari inconsulto Romano Pontifice. to.12. 65. 2.
Episcopus absque Apostolicæ Sedis auctoritate temerè iudicatur. to.12. 86. 1.
Episcoporum accusationes solus Primas potuit admittere. to.6. 293. 2.
Episcopus Primas in accusationibus episcoporum potuit eligere duodecim episcopos, & illis præsidere, vel alteri suas vices committere. to.6. 293. 2.
Episcoporum delicta non nisi à duodecim episcopis potuerunt damnari. tomo 6. 292.1.
Episcopus, & Diaconus ob quoduis peccatum graue commissum post baptismum incurrebant irregularitatem irreparabilem; propter quod degradabantur absque vlla spe restitutionis; & hoc iuxta canonem Apostolicum. to.6. 552. 1.
Episcoporum iudicia ad Sedem Apostolicam deuoluta etiam ante Nicænam Synodum. to.7. 292. 1; & seq.
Episcoporum causæ maiores, & capitales ad Romanum Pontificem sunt deferendæ. to.15. 156. 1; & 188. 2; & seq.
Episcoporum causæ ciuiles, & maiores ad Metropolitam sunt deferendæ. tomo 15. 189. 1; & seq.
Episcoporum causæ mixtę cui deferendę? to.15. 189. 2.
Episcoporum causę, à quibus, & quomodò sint descutiendę? to.18. 20. 2.
Episcopi gerunt vices Magistratus ecclesię. to.19. 5. 1.
Episcopi sunt iudices ordinarij. tomo 19. 180.2.
Non sunt tamen iudices in causa propria. to.19. 184. 2.
Episcoporum Africanorum causę semper fuerunt delatę ad Romanum Pontificem, & ab eo vel remissę, vel iudicatę. tomo 7. 299. 2; & seq.
Causæ grauiores criminales contra episcopos etiam hæresis, quæ depositione, aut priuatione dignæ sunt, à solo Romano Pontifice possunt cognosci, & terminari iuxta decretum Tridentini Concilij. tom. 7. 291. 1; & seq.
Quinam sit sensus canonum Africanorum circa causas episcoporum? to.6. 293.2.
Episcopi Africani semper appellauerunt ad Apostolicam Sedem. to.6. 298. 2; & seq.
Episcoporum cælibatus.
Episcopi, & præsbiteri ab vxoribus debent abstinere. to.7. 216. 1.

Episcopi ecclesiæ Orientalis an peccent matrimonium contrahendo ? tomo 9. 176. 25.

Episcopi continentiam debent seruare. tomo 19. 191. 2.

Episcopus, vel Sacerdos retinens vxorem vel concubinam ecclesiasticis prouentibus spoliatur ex cap.1.extrauag.de Cleric.coniugat. to.19. 192. 1.

Episcopi vxorati exemplo Apostolorum debent habere suas vxores, tanquam sorores; non tamen eis vnquam fuit permissum ducere vxores post adeptum episcopatum. to.19. 191. 1.

Necessitatis causa, vel ob alias causas occultas episcopis aliquando fuit permissum habere vxores. to.19. 192. 1.

Episcoporum coadiutores.

Episcopis coadiutores à solo Papa possunt concedi. to.4. 520. 145.

Episcopo impotenti an sit dandus coadiutor ? to.10. 198. 2; & to.9. 81. 29.

Episcopus infirmitate incurabili grauatus non est amouendus, sed dandus est ei coadiutor. to.9. 81. 29.

Episcoporum adiutores sunt Sacerdotes, qui nullam iurisdictionem possunt habere, nisi de illorum licentia. to.19. 186.1; & seq.

Episcoporum coadiutores cum futura successione possunt concedi à solo Romano Pontifice. to.4. 520. 146.

Episcoporum coadiutores non habent eandem auctoritatem, quam habent episcopi, quorum sunt coadiutores, & curatores. to.19. 186.2.

Episcoporum confirmatio.

Episcopi in primitiua ecclesia à Pontifice Romano confirmati. to. 2. ex Pighio. 99. 2; & seq.

Episcopi auctoritate Sedis Apostolicæ non confirmati nunquam pro episcopis agniti fuerunt, & recepti. tom. 2. ex Pighio. 103.2.

Episcopus confirmatus, non consecratus potest exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, non ordinis. to.10. 198.1.

Episcoporum confirmatio fuit semper facta auctoritate Romani Pontificis. to.14. 174.2.

Episcoporum confirmatio semper postulata fuit à Sede Apostolica. to. 2. ex Pighio. 102.2.

Episcoporum ordinationes factæ à Synodo Antiochena non fuerunt confirmatæ, sed reiectæ à Iulio Papa. to. 2. ex Pighio. 104.1.

Episcopi Alexandrini confirmatio facta à Papa Simplicio contra voluntatem Zenonis Imperatoris, quem sibi suis malis artibus Acacius deuinxerat. to. 2. ex Pighio. 111. 1.

Episcoporum consecratio.

Episcoporum consecratio. to. 6. 651. 1. & sequen.

Episcopus an possit consecrari absque eo, quòd ei assignetur aliqua ecclesia ? to. 10. 198.2.

Episcopi consecratio à tribus episcopis fieri debet de licentia sui Primatus. to.12.64.1; & to.19. 219.2.

Episcopi consecratio à tribus episcopis, quando incepit ? to.12. 132. 2.

Episcopi consecratio immediatè procedit à Christo Domino. to.12. 134.1.

Episcoporum consecrationes inualidæ. to.6. 651. 1; & seq.

Episcoporum consecrationes in Africam ob distantiam fuerunt à Papa dispensatæ, vt fierent à Carthaginensi Archiepiscopo, & aliarum Prouinciarum Primate. to. 6. 675.2.

Episcopi consecratio debet fieri in Ciuitate Cathedrali, aut Metropolitana. to. 6. 681.1.

Episcoporum consecrandorum vsus variatus à Papa tacitè, vel expressè fuit dispensatus. to.11. 553. 2.

Episcopus nequit à Papa disconsecrari. to.9. 603.1.

Episcopi à tribus episcopis debent consecrari. to.17. 142. 1; & to.19. 219. 2.

Episcopi omnes ab ecclesia Romana habent suam consecrationem, & dignitatem. to.17. 141. 2.

Episcoporum consecratio quomodò differat à consecratione Regum ? tomo 19. 217.1.

Episcopi consecratio diuersa est à consecratione præsbiteri. to.19. 194. 2.

Episcoporum consecratio fieri debet post electionem, confirmationem, & examen. to.19. 219. 2.

Si fiat absque Papæ decreto irrita est. to. 19. 219.2.

Post confirmationem vltra tres menses differri non potest. to.19. 220.1.

Debet fieri in Missarum solemnija iuxta horam tertiam. to.19. 220.1.

Debet fieri die Dominico, & in ecclesia Metropolitana. to.19. 220.1.

Imprimit caracterem. to.19. 220.1.

Ab ecclesia Romana sola consecrationem debent accipere. to.14. 174. 2.

Episcoporum damnatio, degradatio, & depositio.

Episcopus nequit deponi ob senectutem, vel infirmitatem. to.2. ex B. Ægidio. 40.1.

Episcopi à Romanis Pontificibus degradati, depositi, & ex suis sedibus expulsi. to.18. 22.1.

Episcopi ab episcopis damnati qui fuerint ? to.13. 242.2.

Episcopus non puniens crimen fornicationis, & incestus ab officio suspenditur. to.5. 713.1.

Episcoporum damnatio poterit suppleri per septuaginta duos testes idoneos in Synodo tamen Prouinciali. to.6. 293.1.

Episcopus nouus non poterat sufficí in locum episcopi depositi, nisi confirmata depositione ab ecclesia Romana. tomo.6. 111. 1.

Episcopus iniustè reiectus à sua Ciuitate potest incardinari alteri ecclesiæ, quæ incardinatio non est translatio. to.6. 214.1.

Episcopus Metropolita, vel Patriarcha nequit deponere suum Collegam, vel Suffraganeum. to.6. 125.1.

Episcopi degradatio nequit fieri inconsulto Papa. to.6. 446. 1.

Episcopi à Synodis degradati, quia non appella-

pellarunt ad Papam. to. 6. 446. 1; & sequen.
Episcopos iudicare, & degradare potuerunt vsque ad octauum sæculum Synodi Prouinciales. to.6. 448. 1.
Episcopi degradatio non est humani constituti, sed Diuinæ executionis. tomo.6. 642.2.
Episcopus potest degradari à Synodo. to. 6. 642.2.
Episcopus expelli à sua Sede potest à solo Papa. to.15. 184.2; & seq.
Episcopi hæretici ab alijs Episcopis nunquam fuerunt damnati, nisi præuio iudicio Romani Pontificis. to.1. 445. 2.
Episcopus inhabilis petens suam depositionem assignans causas suæ depositionis est exaudiendus. to. 2. ex Beato Ægidio. 40. 1.
Episcopus detrusus, & expulsus an possit petere, vt rursus suæ restituatur ecclesiæ? to.15.184.2.
Episcopos expellendi potestatem aliquando sibi, quamuis iniustè, vsurpauerunt Imperatores. to.15. 185. 2.
Episcopus accusatus apud Tribunal Sanctæ Inquisitionis an sit transmittendus ad Papam, vt ab eo deponatur, & degradetur. to.15. 186. 2; & seq.
Causæ criminales episcoporum, ob quas sunt deponendi, & degradandi, vel Romæ à Papa immediatè, vel alibi per Papæ Legatos sunt iudicandæ. to.15. 188. 2; & seq.

Episcoporum dignitates.

Episcopus vbicumque sit eiusdem meriti, & Sacerdotij est. to.13. 239. 1.
Episcopos hostiliter lædentes, vel eijcientes ex sua Diœcesi excommunicantur in Bulla Cœnæ. to.5. 330. 2; & seq.
Episcopos, & alios Prælatos impedientes, ne suam iurisdictionem exerceant, excommunicantur in Bulla Cœnæ. to.5. 377.
Episcopis honor exhibitus à Mahomete Constantinopolim expugnante. to.6. 469.1.
Episcopi ita sunt pares in potestate, vt omnes æqualiter Papæ subijciantur. tom. 14. 511.2.
Episcopis, & Pontificibus necessarius est rerum externarum splendor, & affluentia. to.13. 278.1.
Episcopus in spiritualibus est maior Regibus, & Imperatore. to.18. 135.7.
Episcopi sunt promoti ad statum perfectionis. to.19. 191. 1; & seq.
Sunt perfectioris status, quàm Religiosi. to.19. 193. 2; & seq.
Episcoporum dignitas est prima, & nobilissima, & in potestate ordinis Papa non excellit alios episcopos. to.13. 363. 1.
Coegit Concilium contra Manichæos. tom. 1. 302. 2.
Mandauit Episcopis Hispaniæ conuocari Concilium contra Priscillianistas. to. 1. 303. 1; & seq.
Concilium Chalcedonense indixit contra Dioscorum Alexandrinum. to. 1. 303. 1; & seq.
Contra Timotheum Eutychianorum Ducem in Ægypto. to. 1. 304. 1.
A Pogonato Imperatore animatus fuit contra Monothelitas à VI. Synodo appellantes. to. 1. 310. 1.
Leonis Magni sententia contra Berengarium habita in Synodo Romana. to. 1. 315. 2.
Leo Magnus Episcopis Galliæ Viennensis certiores fecit alium non esse fontem Sacerdocij, quàm Romanum Pontificem; hac de causa Hilarium Arelatensem ad dicendam causam Romam euocauit eo, quòd ordinationes Episcoporum sibi arrogasset. to. 1. 415. 1.
Fuit vindex iuris Pontificij in omnes Episcopos. to. 1. 415. 2.
Leo calumniam sibi ab Anatolio illatam synodica epistola depulit. to. 1. 343. 1.
Quę scripsit, non sunt erronea, & quę Centuriatores imponunt, non sunt Leonis. to. 1. 343. 1.
Leo Magnus à sumptione calicis, & à communione fidelium Manichæos arcuit. to. 1. 356. 2.
Contra Priscillianistas scripsit, & Turibio Asturicensi respondit. to. 1. 356. 2.
Anatolio, & Marciano Imperatori rescripsit contra ambitum primatus Constantinopolitanæ Sedis supra Romanam. to. 1. 460. 2; & seq.
Causam S. Flauiani iudicauit. to. 1. 462. 1.
Fuit acerrimus defensor Ecclesiasticæ libertatis. to. 1. 549. 1.
Eius laudes de Ecclesia Catholica. to. 2. ex Agobardo 1. 2.
Leo Magnus Concilium Chalcedonense conuocauit. to. 2. ex Alano 24. 2; & seq.
Calumniæ ei illatæ à Magdeburgensibus explodantur. to. 2. ex Alano. 20. 2.
Eius epistola ad Anastasium in Oriente Vicarium Papæ, in qua de appellationibus ad Romanam Sedem, de ampla iudiciaria potestate, de forma ordinandi Episcopos, alijsque ad Ecclesiæ gubernium pertinentibus. to. 2. ex Pighio. 99. 2; & seq.
Eius auctoritas aduersùs Eutychetis perfidiam. to. 2. ex Pighio. 119. 2; & seq.
Audita, quæ facta fuerunt à Dioscoro, coacta Synodo Romæ rescidit, & damnauit, quod factum fuerat Ephesi. to. 3. 637. 2.
Eius epistola congratulatoria ad Marcianum Imperatorem. to. 3. 639. 1.
Electus est Pontifex Romanus anno Domini 440. tom. 3. 692. 2; & 705. 2; & 778. 1; & 768. 2; & 784. 1.
Quare arguit Anatolium? to. 3. 718. 2; & 719. 1; & 824. 1.
Approbauit, quę de fide definita erant in Concilio Chalcedonensi; & declarauit irritum decretum de primatu Sedis Constantinopolitanæ Concilio Nicæno contrarium. to. 3. 719. 2.
Electus Papa excepit à Turibio Asturicensi Episcopo monitorium continens sexdecim capita Priscillianistarum rogans, vt Ecclesijs Hispaniæ afflictis subueniret. to. 3. 768. 2.
Laudauit vigilantiam Turibij, & eius pastoralem sollicitudinem. to. 3. 768. 2.
Quare redarguerit Patres Concilij Chalcedonensis? to. 3. 884. 1.
Eius Epistola 24. ad Theodosium ius generale circa sacra sibi diuinitus contingere docet. to. 3. 945. 1.
Quo sensu diacrie inculpabiles esse mulieres vxoratas, quæ per captiuitatem viri in adulterium labuntur? to. 4. 811. 57.
Leonis Magni epistola ad Anastasium Thessalonicensem circa electionem, & consecrationem Episcopi. to. 4. 47. 2.
Altera eiusdem epistola 82. Anastasio Episcopo Thessalonicensi. to. 4. 217. 2.
Lacrimis scripsit Imperatori, vt Concilium congregaret. to. 9. 12. 19.
Pipinum Caroli Magni filium Regem Italiæ creauit, & coronauit. to. 9. 669. 1.
Eius testimonium inductum ab Anonymo fauet D. Petri primatui. to. 16. 10. 2; & seq.
Eius epistola ad Episcopos prouinciæ Viennen.

nensis Romano Pontifici obnoxios. to.16. 11. 1.

Leo super verba: *Et tibi dabo claues &c*; an per illa verba transierit ius potestatis in alios Discipulos? to.9. 583. 222.

Leonis epistola ad Marcianum Augustum in causa Protherij Alexandrini Episcopi, to.3. 692. 2.

Alia ad Leonem Augustum prohibens fieri Concilium generale, & determinans causam Episcopi Alexandrini. to.3. 693. 2.

Alia eiusdem epistola ad Dioscorum, tomo 3, 693.1.

Alia eiusdem epistola ad Episcopos Ægyptios appellantes. to.3. 694. 1.

Alia ad Maximum Antiochenum Episcopum appellantem. to.3. 705.2.

Altera eiusdem epistola ad Anatolium Episcopum Cōstantinopolitanum. to.3. 717.1.

Aliæ duæ eiusdem epistolæ ad Marcianum Augustum. to.3. 719. 2.

Alia ad Theodotum Cypri Episcopum, to.3. 721.1.

Altera ad Iuuenalem Episcopum Hierosolymitanum. to.3. 736. 2.

Altera ad Monachos prouinciæ Palestinæ, to.3. 737. 1.

Alia ad Flauianum Episcopum Constantinopolitanum. to.3. 760. 1.

Alia ad Episcopum Narbonensem appellantem. to.3. 778. 1.

Alia ad Episcopos Comprouinciales Arelatenses. to.3. 779. 1.

Alia ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ appellantes. to.3. 784. 1.

Alia ad Nicetā Aquileiensem Episcopum, altera ad Episcopum Foroiuliensem, & vna ad Episcopos Siciliæ appellantes, tomo 3. 793.2.

Alia eiusdem epistola ad Turibium Episcopum. to.3. 769. 1.

Alia missa ad Africanos per Potentium eius Legatum, to.3. 761. 2; & to. 18. 18.2.

S. Leonis epistola 78. ad Pulcheriam Augustam auctoritate D. Petri Apostoli irritauit omnes canones contrarios canonibus Nicænis. to.17. 287. 1; & to.18. 14.1.

Alia epistola 56. ad Anatolium de primatu Episcopi Constantinopolitani à sexto canone Concilij Constantinopolitani statuto. to.17. 275. 1.

Alia epistola 55. eiusdem ad Pulcheriam exprobrantis superbiam Anatolij Episcopi Constantinopolitani ambientis euehi super alios Patriarchas. to.17. 289. 1; & seq.

Alia epistola 54. eiusdem ad Marcianum Imperatorem de contentione Episcoporum Constantinopolitanorum prætendentium Ecclesiæ primatum ob Sedem Imperialem. to.17. 273. 1.

Alia epistola 93. eiusdem ad Viennenses, tomo.17, 121. 1; & 160.2; & 161. 2; & to.16. 11. 1.

Alia epistola 75. eiusdem ad Leonem Imperatorem pro comprimendis turbis excitatis in Ecclesia Alexandrina. to. 17. 294. 1; & seq.

Leo II.

Leo II. Papa vir magnæ doctrinæ, & pietatis. to.14. 108. 1.

Leo II. Papa tulit iudicium VI. Synodi de infallibilitate Concilij. tomo. 10. 540. 1.

Leo II. Papa à calumnijs defenditur. tomo 1. 123. 1.

Leo III.

Leoni III. Papæ eruti fuerunt oculi, & abscissa lingua; sed diuina virtute omnia recuperauit. to.3. 67. 2.

Leo III. Papa accusatus apud Carolum Magnum. to.6. 842. 2.

Leo III. Papa accusatus à Magdeburgensibus. to.8. 456. 1.

Fuit vir magnæ eruditionis ecclesiasticæ, & magnæ castitatis. to.14. 108. 2.

Leo III. Papa Imperium Occidentale in Carolum Magnum transtulit. tomo 7. 352. 1; & to.5. 59. 1.

Leo III. transtulit Imperium à Constantino Irænes filios ad Carolum Magnum Francorum Regem. to.19. 384. 1.

Leo III. Papa mutus, & cæcus barbarè factus mirabiliter sanatus, & primus Imperij dignitatem in Occidente constituit. tomo 10. 74. 1.

Leo III. Papa se purgauit à falsis criminibus in Synodo Romana. to.10. 414. 1.

Imperium Carolo Magno concessit. tom.18. 64. 2; & 687. 1.

Leo III. Papa Carolo Magno claues aureas misit. to.1. 19. 2.

Leo III. Papa in Synodo Romana Marchianorum statuta damnauit. to. 1. 103. 1; & seq.

Leo III. Papa seipsum iudicauit, & eius causa à pluribus Patribus examinata, sed non fuit iudicata. to.1. 127. 1.

Leonis III. Papæ definitio de processione Spiritus Sancti. to.1. 187. 1.

Leo III. Papa Nicephoro Imperatori communionem negauit, nisi priùs fidei orthodoxæ professionem emitteret. to.1. 359. 2.

Leo III. Papa ad instantiam Imperatoris concessit multas indulgentias Ecclesiæ Beatissimæ Virginis Mariæ à se dedicatæ anno 804. to.9. 693. 2.

Leonis III. Papæ auctoritate Imperium Occidentis in Carolum Magnum, & exinde in Francos fuit translatum. to.1. 504. 2.

Leo III. Papa excommunicauit Nicephorum Imperatorem, & ipsius sententia Diuino iudicio fuit cōfirmata infælici eiusdem Imperatoris exitu. to.1. 530. 1.

Leo III. Papa quando coronauerit Carolum Regem Francorum Imperatorem? tomo 3. 68. 1.

Cum magna solemnitate ad Imperatorem Carolum in Germaniam perexit. tomo 4. 227. 2.

Leo III. Papa Carolum Magnum Imperatorem Occidentis creauit; & Imperium Orientale diuisit, & Pipinum Caroli filium Regem Italiæ creauit, & coronauit, deposito Aistulpho Longobardo. tomo 9. 815.1.

Leo IV.

Leo IV. Papa Romanus electus Papa anno Domini 847. to.3. 790. 1.

Leonis IV. Papæ innocentia, & doctrina commendatur. to.14. 80. 1; & seq.

Leo IV. Papa à Lutheri calumnia defenditur. to.14. 324. 1.

Leo IV. Papa populum contra Saracenos congregauit, & eis cum copijs ad littus ma-

maris occurrit. tom.9. 671. 1 & tom. 13. 464. 2.
Leo IV. Papa basiliscum enecauit, & incendium extinxit, to.10. 73.2.
Leo IV. Papa, Nomenium Caroli Francorum Regis Ducem Ecclesiam vastantem,& Episcopos excutientem excommunicauit,quam excommunicationem contemnens ab Angelo iussu Domini fuit interemptus. to.1. 557.1.
Leo IV. Papa Ludouicum Imperatorem induxit, vt Episcopis permitteret libertatem omnia disponendi secundùm canones. to.1. 557. 1.
Eius epistola ad Ludouicum II.Imperatorem. to.13. 438. 1.
Altera eiusdem epistola responsiua ad Episcopos Britanniæ appellantes. to.3. 790.1.

Leo VIII.

Leonis VIII.Papæ electio.tom.6.560.2; & seq.
Leo VIII. Papa concessit Othoni, eiusque filijs priuilegium eligendi Germaniæ Reges à Pontifice ad Imperium promouendos. tomo 6. 753. 4; & tomo 4. 323. 8; & 480. 53.
Leo VIII. Papa transtulit Imperium ex Francis ad Germanos. to.19. 384. 1.
Leo VIII. Papa concessit Othoni I. Imperatori priuilegium eligendi Pontificem, & ordinandi Sedem Apostolicam. torio 19. 597.2.
Leo VIII. Papa à Romanis eiectus ab Othone I mperatore fuit restitutus. tom.2. ex Pighio. 179. 2; & to.3. 68. 1.
An fuerit legitimus Pontifex?to.2. ex Pighio. 180.1.

Leo IX.

Leo IX. Papa leprosum ante foras inuentum mandauit in proprio lecto collocari, & manè apertis foribus non fuit inuentus. to.14.375. 1; & seq.
Leo IX. Papa cepit interdicere inuestituras Principibus. to.5. 84. 2.
Leo IX. Andream Hungariæ Regem excommunicauit. to.9. 691. 2.
Leo IX. electus renunciauit, & iterum fuit reelectus. to.1. 20. 2.
Leo IX. successor Ioannis. to.3. 68. 1.
Leo IX. Papa monit bellum pro recuperanda Ciuitate Beneuenti. to.18. 404. 1.

Leo X.

Leo X. arguitur à Protestantibus circa immortalitatem animarum. to. 8. 461. 2.

Leo Isaurus Imperator.

Leo Isaurus violenter transtulit Illyricum ad Patriarchatum Constantinopolitanum. to.6. 665. 2; & 11. 218. 98.
Leonis Isauri persecutio in eos, qui sacras imagines venerabantur. to.6. 741. 1.
Leo Isaurus Iconomacus agnouit in Papa Gregorio II. generalem auctoritatem conuocandi Concilium. to.14. 493. 2.
Leo Isaurus propter hæresim excommunicatus fuit à Gregorio II. to.18. 375. 1.
Item excommunicatus fuit à Gregorio III. to.20. 19. 1; & to.13. 486. 1; & to. 1. 310. 1; & 545. 1.
Imagines omnes incendit. to.13. 486. 1.
Leo Isaurus vectigalibus Italiæ à Gregorio II. Pontifice priuatus. tomo 2. ex Adolpho. 33. 1.
Ius asyli Ecclesiæ confirmauit. to.1. 550. 1.
Iterum excommunicatus ab Adriano Papa,& tandem miserè periit. to.1. 312. 1.
Leo Isaurus Imperator Orientis annuente Teophilo Episcopo Natoliæ sacris imaginibus bellum indixit, to.3. 641. 1.
Eiecit Germanum Episcopum Constantinopolitanum, nec pepercit Ioanni Damasceno. to.3. 641. 1.

Leo Armenus.

Leo Armenus excommunicatus, & adhuc pertinax, vt inimicus crucis ictibus interijt. to.1. 313. 2.

Leo Acridensis.

Leonis Acridensis Bulgarorum exarchæ blasphæmiæ contra S. Petrum. to.6. 181. 1; & seq.

Leo.

Leo in scripturis Præpositum Ecclesiæ significat. to.9. 333. 173.

Leopoldus Imperator.

Leopoldi Imperatoris insidiæ à Theckeilio suscitatæ. to.6. 736. 5.

Lepra.

Lepra, & sanguis in sacra scriptura quid significent? to.18. 128. 8.

Leuare.

Leuaui oculos meos in montes, vnde veniat auxilium mihi, horum verborum expositio. to.9. 209. 117.

Leuita.

Leuitæ immunes, & exempti fuerunt à potestatibus sæcularium ex Leuit; Exod; & Numer. to.16. 150. 1; & seq.
Leuitæ cum vniuersa congregatione fidelium Israel numerati non sunt; ideoque exempti ostenduntur. to.16. 152. 1.
Leuitarum exemptio exemplis confirmatur. to.16. 152. 2; & seq.
Leuitæ, & Sacerdotes veteris legis an iurisdictionem naturalem habuerint? tomo 3. 220.1.
Leuitæ,qui vitulum non adorauerunt,fuere 22. mille. to.3. 340. 2.
Leuitas cordis quid sit? to.3. 333. 2.
Leuitæ in primitiua Ecclesia baptizabant. to.13. 366. 2.

Leuitas.

Leuitas cordis quid sit? to.3. 333. 2.

Lex.

Lex quid sit? to.11. 523. 5; & seq.
Legis definitio. tom.11. 525. 10; & tom.3. 497.1.
Lex tacita quæ dicatur? to.11. 523. 5; & sequen.
Lex bona fulcitur ratione. to. 11. 525.7.
Lex dicitur à ligando. to.3. 496.1.
Legis anima est ratio. to.11. 525. 8.
Legis quinque genera. to.7.271.1.
Leges latæ à Principibus habent firmitatem à confirmatione Papæ. to.7. 738.1.
Lex non est iusta, nisi reguletur per legem Diuinam, & Ecclesiasticam. to.7. 744. 1.
Lex non obligat, nisi sit sufficienter promulgata. tom.15. 59. 466; & tom.3. 329. 1.
An requirat acceptationem? to.15. 467.
Leges verius, quàm lapides dicuntur fundamenta virtutum. tom. 18. 188. 1; & sequen.
Lex,vt sit iusta,debet esse ordinata ad bonum com.

commune ; debet esse lata ab habente authoritatem ; debet esse per ordinem ad virtutem sequendam, & vitium fugiendum ; & debet esse promulgata, vt obliget. to.18. 660. 1; & seq.

Leges in statu Euangelico sunt pauciores, & suauiores, quàm in veteri lege. to.18.670.1; & sequen.

Legis ratio, quando possit cognosci, quòd deficiat in aliquo casu? to.3. 620. 2.

Lex, si iusta, obligat ; si iniusta, non tenet. to.3. 841.2.

Legum interpretatio triplex. tomo 3. 949. 2.

Legem faciens potest dispensare supra legem. tom.3. 886. 2.

Lex duo habet; primò quòd sit regula actuum humanorum, secundò quòd habeat vim coactiuam. tom.4. 99.1.

Legi dupliciter quis potest esse subiectus. tomo 4. 99. 1.

Lex non tollitur ex eo, quòd nullus ea vtatur. to.9. 62. 10.

Lex non debet adaptari ad vnum casum tantùm, sed debet esse generalis. tom.9. 240. 4.

Leges, quæ mandant, quòd nemo potest sibi legem imponere, à qua non liceat recedere, nec sibi imperare, declarantur. tom.9. 257. 7.

Lex mutatur ratione temporis. tom.9. 322. 71.

Lex mortua sæpiùs annullat iuramentum ; & multò magis lex viua. tomo 9. 337. 183.

Leges pro communi vtilitate hominum feruntur. to.13. 254. 2.

Legis non solùm est imperare, sed etiam punire. to. 13. 335. 2.

Lex, quæ vno tempore est vtilis, & iusta, alio tempore seruata esset iniusta, & nociua. tom.13. 558. 1.

Legibus non subijcitur Romanus Pontifex quoad vim coactiuam. to. 13. 606. 1.

Legis ratio duo includit iuxta D. Thomam Aquinatem. to.13. 606. 1.

Leges, quæ possunt à Papa abrogari. tom.10. 143.2.

Leges in Anglia contra Catholicos à Iacobo VI. Rege promulgatæ. to.16. 140. 1; & sequen.

Legnm potestas pro Ecclesiastica disciplina condendarum in quo resideat? tomo 3. 494. 2.

Lex talis esse potest in Ecclesia, in qua nullo modo expediat dispensare. tomo 3. 582.1.

Lex, & textus debent referri ad sensum magis accommodatum. to.9. 47. 241.

Lex quando deficit, ratio habetur pro lege. tom.9. 495. 37.

Leges instituuntur, cùm promulgantur ; firmantur autem, cùm moribus vtentium comprobantur teste Sancto P. Augustino. to.9. 506. 67.

Lex Diuina.

Lex Diuina an differat à lege naturali positiua? tom.11. 526. 4.

Legis iugum per fidem Christi Domini excutitur. to.18. 326. 2.

Lex Diuina præcipit aliqua, quia bona ; & alia prohibet, quia mala ; alia verò quia præcipit, bona sunt ; & quia prohibet, mala. to.19. 6. 2.

Legis Diuinæ iugum suaue. tomo 5. 7. 2.

Lex Diuina exigit in Ecclesia vnum tantùm caput, non plura capita sibi contraria, & non sibi subordinata. tomo 13. 257.1.

Leges Diuinæ, & humanæ quomodò differant? tom.3. 447. 2.

Lex Diuina non iudicat, & decernit de omnibus particularibus. tomo 3. 841. 2.

Lex Ecclesiæ.

Leges Ecclesiæ quomodò differant à legibus Ecclesiæ Moysaicæ? tomo 3. 846. 2.

Earum paucitas, & suauitas. tom. 3. 847. 1.

Nseessitas ferendi leges in Ecclesia demonstratur. tom.3. 845. 1.

Per legum Ecclesiæ inobedientiam fit Deo iniuria. tom.3. 847. 2.

Leges Ecclesiæ sunt diuersæ. tom. 3. 847. 2.

Leges Ecclesiæ ab Apostolis fuerunt deriuatæ. tom.13. 842.

Leges Ecclesiæ habent puritatem, & summam suauitatem. tom.3. 897. 1.

Canones Ecclesiæ verè, & propriè sunt leges. tom.3. 844. 1.

Leges Ecclesiæ sancitæ à Christo Domino. tom.1. 3.1.

Illius leges sunt Diuinæ, & Diuinitus inspiratæ. tom.3. 846. 1.

Lex Euangelica.

Lex Euangelica præcepta tradidit perfectionis. tom.11. 527. 6.

Legem Euangelicam promulgare, & nationes barbaras ad fidem Christi Domini conuertere maximum fuit miraculum. tom.15. 298. 2.

Lex Moysis.

Legis Moysis discrimen à lege Euangelica in modo, quo data fuit. tom.3. 831. 1.

Lex Moysis, & Euangelica quomodò data fuerit? tom.3. 831. 1.

Lex scripta non esset necessaria, si Adam non peccasset. tom.11. 527. 4.

Lex Natura.

Lex naturæ quæ sit? tomo 11. 523. 5. & sequen.

In lege naturali, & Moysaica an fuerit regula viua ad dirimendas fidei controuersias? tom.9. 712. 1.

Nulla lege existente solo ductu rationis constituere sibi deberet caput vnum. tomo 1. 4. 2.

Lex vetus.

Lex vetus continebat præcepta moralia ; ceremonialia, & iudicialia. tomo 11. 527.2.

Lex vetus data est populo per Moysem ; ita lex Ecclesiastica traditur nobis per Pontificem Romanum. tom.7. 752. 1.

Lex vetus quando, & quomodò fuerit excussa? tom.18. 328. 1; & sequen.

Lex vetus triplicem præceptorum seriem continebat, scilicet moralia, iudicia, & ceremo-

remonialia; & qnoad motalia fuit impleta abrogatis iudicialibus, & ceremonialibus. tom. 19. 6. 2.
Lex vetus carnalis erat; noua autem spiritualis. tom. 19. 589. 1.
Lex vetus iubebat Sacerdotis iudicio acquiescere in controuerfijs. to.13. 158. 2.
Lex vetus præcipiebat mori maledicentes patentibus fecuudùm carnem. tom.13. 201. 2.

Lex humana.

Lex humana, quare fuerit neceffaria ? tom.3. 841.2.
Legis humanæ obligatio vnde proueniat? tomo 12. 370. 2.
Lex humana inducens ad peccatum non ligat. tomo 9. 178. 5.

Lex Canonica.

Lex canonica in parte dicitur Diuina, in parte positiua. tomo 9. 178. 3.

Lex Concilij.

Leges Conciliorum sunt triplicis generis. tomo 3. 579. 1.

Lex Ciuilis.

Leges Ciuiles eiufdem materiæ cum Pontificijs directè irritari poffunt à poteftate Ecclefiaftica. tomo 12. 449. 2.
Legum Ciuilium, & Pontificiarum materia. tomo 12. 449. 1.
Leges Ciuiles de rebus Ecclefiafticis ipso iure funt irritæ. tomo 12. 449. 2.

Lex Conftantini.

Lex Conftantini in Codice Theodofiano declarans Clericos exemptos etiam à poteftate Imperatoris. tom.18. 446. 2.

Lex Imperialis.

Leges Imperiales, vt habeaut vigorem, debent à populo acceptari, qnia à populo conceffa eft Imperatoribus poteftas condendi leges. tomo 18. 10. 1.
Lex Imperatoria, & Pontificia quomodò contrarientur? tom.9. 678. 2.
Lex Imperialis de qualitate electionis Epifcoporum. tom.13. 255. 1.

Lex Iulia.

Legem Iuliam de ambitu non habere locum in Curia quomodò intelligatur? tomo 9. 102. 43.

Lex iurifdictionis.

Lex iurifdictionis, & Diœcefana diftinguuntur ad inuicem, quòd prima in dando, vel in faciendo confiftat, fecunda in recipiendo. tom.4. 452. 4.

Leges Lufitaniæ.

Leges Lufitaniæ an aduerfentur legi Ecclefiafticæ? tom.5. 192. 292.

Leges Pontificum.

Leges Pontificiæ, nifi promulgentur, non obligant. to.1. ex Tannero. 41.263.
Leges Pontificum conditæ abfque Synodis, fed promulgatæ obligant fideles in confcientia. tom.3. 496. 2.
Leges diuerfæ Pontificum Romanorum. tom.1. 433. 2; & fequen.
Leges Papæ pro tota Ecclefia conditæ fuerunt. tom.12. 606. 1.
Leges Papæ non dependent ab acceptatione, & approbatione fubditorum. tom.5. 113.7.
Leges Papæ pauciores funt, quàm in lege Moyfaica. to.18. 670.1.

Leges Principum.

Leges Principum fæcularium fubiacent poteftati Papæ. tom.3. 849. 2; & feq.

Lex Regia.

Legis, quæ Regia vocatur, etbymologia. tomo 12. 370. 1; & fequen.

Lex Reipublicæ.

Leges Romanæ Reipublicæ debent à populo acceptari, & approbari. to.18. 10. 1.

Legis interpretatio.

Interpres legis quis fit? to.2. ex B.Ægidio. 3. 2.
Interpretatio legis quid fit? to.13. 551.2.
Interpretationis genera quæ, & quot funt? tom.13. 551. 1.
Interpretatio poteft cadere, vbi nequit cadere difpenfatio. tom.13.555.2.

Lia.

Lia fuit figura Ecclefiæ actiuæ. tom.3. 231. 1.

Liber.

Libri mali an fcribendi? to.6. 59. 1.
Libros prohibitos legentes, vel retinentes quas pœnas incurrant? to.5. 262.34.
Librorum probibitio. to.8. 531. 1; & feq.
Librorum cenfores quinam fuerint? tom. 8. 525.2.
Libros prohibitos legendi facultas femper fuit conceffa viris doctis. tomo 8. 526. 2.
Librorum cenfores quinam effe debeant? tomo 8. 538. 2.
Librorum propofitiones quænam cenfurari debeant? to.8. 539. 1; & feq.
Librorum cenfura Romæ quomodò agatur? tom.15. 374. 2.
Librorum hæreticorum damnatio. tom. 15. 693. 32; & 699. 43; & fequen; & 707. 56; & fequen.
Libros tanquam hærefi infectos declaratos à Concilijs defendens excommunicationem incurrit, etiamfi talem hærefim deteftetur. tom.15. 716. 80.
Libros prohibitos in Anglia legentes excommunicati fuerunt. to.18. 352. 1.
Libri Gallicè editi, in quibus fuprema Ecclefiæ poteftas tribuitur DD. Petro, & Paulo æqualiter, Romæ damnati. tomo 10. 243. 1.
Libri permulti à Sacra Congregatione prohibiti. tom.1. 373. 1; & fequen.
Circa libros Sacræ Congregationis plura decreta. to.1. 373. vfque ad 380. 1.

Libri Canonici.

Libros Canonicos declarare fpectat ad folum Papam. to.6. 520. 1; & feq.
Libri Canonici noui Teftamenti qui fint? tom.14. 403. 1.

Libri Sacri.

Libri Sacri, qni nunc extant, an fint infallibiles? tom.13. 146. 1; & fequen.
Libros Sacros de fide eft effe infallibiles. tomo 13. 147. 1; & fequen.
Libri Græci, & Hebraici facri per noftram editionem corrigendi funt. tomo 13. 148.1.
Libri Sacræ Scripturæ quinam antiquitus non erant canonici? to.7. 668. 2.

Libri Ezechielis.

Liber Ezechielis deuorandus traditus tres ftatus hominum fignificat. to.8.78.2.

Libri Hæreticorum.

Libri falsi Apostolorum nomine inscripto circumferuntur. to.1. 360. 2.

Libri Photij Constantinopolim miraculosè combusti. to.1. 363. 2.

Libri Hæreticorum examinati, damnati, exusti, & Romani Pontificis censuræ subiecti. to.1. 364. 1, & seq; & 365. 1.

Libri hæreticorum à Concilio Tridentino damnati, & prohibiti. to.1. 370. 2.

Liberatus.

Liberati Archidiaconi Carthaginensis Breuiarium de confirmatione Episcoporum à Romano Pontifice. to.19. 596.2.

Liberius Papa.

Liberius Papa non consensit in hæresim Arij; sed tantùm malè informatus consensit in exauthorationem D. Athanasij factam ab Arianis. to.12. 81. 1.

Liberius Papa nihil addi, vel minui Episcopatui Romano passus est. to.6. 59. 1.

Liberij Epistola. to.6. 660. 2.

Liberius in exilium pulsus à Constantio. tom.6. 647. 2.

Liberij Papæ causa excutitur. to.6. 897.4.

Liberij errores. to.11. 495. 7; & seq.

Liberij Papæ fides ostenditur. tomo 8. 154. 2.

Liberius Papa accusatus Arianismi à Magdeburgensibus. to.8. 440. 2.

Liberius Papa tyrannicè, & violenter ab Imperatore Ariano fuit depositus. tomo 8. 917.1.

Eius depositio. to.14. 441. 2.

Liberij Papæ defensio ab hæresis calumnia. tom.7. 681. 1; & 723. 2; & tom.10. 465. 2.

Liberius Papa ob tædium exilij an subscripserit Arianorum professioni fidei? tom. 15. 121. 238; & to.17. 382.2; & seq; & to.18. 42.1;& 53.1;& to.20.86.1;& to.4.809.48; & seq; & to.9. 724. 2.

In hæresim non incidit, quia formula professionis fidei Arianorum erat apparens potiùs catholica, quàm hæretica; & ideo æquiuoca. to.15. 121.245.

Liberius Papa an Arianis consenserit? to.18. 86. 2;& 91.1.

Liberij Papæ reprehensio. tomo 18. 640. 2.

Liberius Papa Constantinum Imperatorem repressit. tom.20. 19. 1.

Liberius Papa, an communicauerit cum Arianis, & ratam habuerit sententiam damnationis in D.Athanasium. tom. 5. 128. 32.

Liberium Papam conatus fuit trahere in suam sententiam hæreticam Valens Imperator, & recusantem plurimùm eum vexauit. tom.16.56. 2.

Liberius Papa, quomodò se hæresi subscripsisse? tom.10. 27. 2.

Liberius Papa & Iulius Athanasium confirmarunt ab Arianis persecutum? to. 13. 205.1.

Liberius Papa, in exilium pulsus propter Catholicæ fidei constantiam. tomo 1, 10.

Liberius Papa *Omousion*, idest consubstantialitatem Filij admisit contra Arianos. tomo 1. 94. 2.

Liberius Papa Concilium Ariminense damnauit. tom.1.98, 2; & to.3. 957. 1; & sequen.

Alexandrinam Synodum partim probauit, partim improbauit. to.1. 99. 1.

Liberius Papa Eustachium, & alios Macedonianos iudicauit. tom.1. 292. 2.

Eius constantia contra Arianos in fidei confessione. tom.1. 340. 1.

Pertactus fuit ad Imperatorem, quo cùm peruenisset, magna quoque, & ibi libertate dicendi vsus fuit. tomo 1. 340. 2.

Quomodò se contra Macedonianos hæreticos gesserit? to. 1. 341. 1.

Nunquam hæresi, sed tantùm damnatione Athanasij fuit maculatus. tomo 1. 341. 2.

Anathema omnibus dixit, qui Filium Patri in substantia, alijsque rebus dissimilem blasphemarent. tomo 1. 341. 1.

Liberius Papa dona à Constantio Imperatore Diuo Petro consecrata reiecit. to. 1. 355.2.

Liberium Papam non fuisse Arianum comprobatur. tom. 2. ex Alano. 16. 1; & sequen.

Et in hæresim non incidisse plurimi Sanctorum Patrum id asseruerunt. tom.2. ex Alano. 18. 1.

Mendacissimè crimen hæresis ei impingitur. to.2. ex Pighio. 86. 2.

Liberius, & Fælix Papæ fuerunt legitimi, sed non eodem tempore. tom. 3. 863. 2.

Eorum historia. tom.3. 863. 2.

Liberius Papa iniquè, & iocassum submotus. tom.4. 778. 39.

Liberius Papa quamuis tædio exilij victus, & metu Tyranni coactus polluerit se hæreticorum communione, per hoc tamen dici non potest hæreticus. to. 4. 505. 55; & 635. 2; & sequen.

Eius constantia aduersùs Constantium Imperatorem Arianum. to.4. 670. 2.

Nicenam fidem contra Conciliabulum Ariminense ab errore resipiscens strenuè propugnauit. tom.9. 725. 1.

Liberij Papæ Epistola ad Anastasium, & alios Ægyptiorum Episcopos. to.3.691.2.

Alia ad Orientales Episcopos mendum subijt. tom.17. 255. 1.

Libertas Ecclesiastica.

Libertas Ecclesiastica quæ sit? tomo 3. 846. 1.

Libertas Ecclesiastica violari potest dupliciter. tom. 5. 369. 282.

Libertatem Ecclesiasticam violantes incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini. to.5. 369. 281; & seq.

Libertas Ecclesiastica quomodò exemplo Christi Domini sit defendenda, & affectenda. tom.1. 538. 1.

Libertas hominis.

Libertas hominis quatuor sit? tom.12. 370.1. & sequen.

Libertas est necessaria ad validitatem alienationis rei Ecclesiasticæ; item ad manumissionis; item ad confessionis; item ad donationis iurisdictionis. to.9.116.129.

Liberum.

Liberum.
Liberum aliquid esse quot modis dicatur? to. 9. 337. 188.
Licentia.
Licentia sine iusta causa denegata perinde habetur, ac si esset concessa. tomo 9. 37. 176.
Licitum.
Licitum de se aliquando, si deducatur ad pactum, fit illicitum. to. 9. 353. 288.
Ligare, & soluere.
Ligare, & soluere quid significet? tomo 3. 804. 1.
Ligare, & soluere in Cœlis quid sit? tom. 4. 751. 55.
Ligandi, & soluendi potestas quomodò collata Episcopis, & Sacerdotibus? to. 13. 590. 1.
Ligandi, & soluendi facultatem dare idem est, ac potestatem, & iurisdictionem tradere. to. 16. 16. 2.
Limina Apostolorum.
Limina Apostolorum ab Episcopis, Archiepiscopis, & Primatibus visitanda ex constitutione Sixti V. to. 1. 437. 2; & seq.
Limina Apostolorum, ibi sunt, vbi est Papa. to. 9. 394. 18.
Lindanus.
Lindani opinio an Papatus de iure Diuino sit Romæ? to. 3. 67. 1.
Linguarum vnitas.
Linguarum vnitas per superbiam Babylone scissa; Hierosolymis per Spiritum Sanctum fuit in Apostolis restituta. to. 16. 353. 2.
Linteum.
Linteum ostensum Petro Act. 10. fuit figura totius Ecclesiæ D. Petro tamquam capiti subordinatæ. to. 4. 30. 1.
Linteum ostensum Petro quid significet? to. 13. 300. 1.
Occidere, & manducare in hac visione quid significet? to. 4. 300. 2.
Linus Papa.
Linus Petri coadiutor, & successor. to. 12. 598. 1.
Linus Papa an fuerit primus auctor pallij? to. 6. 280. 1.
Linus Papa defenditur à Centuriatorum iniuria. to. 8. 437. 1.
Linus coaditor D. Petri in Vrbe Roma; sicut Cletus in Suburbijs in absentia eiusdem D. Petri. to. 7. 74. 1.
Scripsit historiam passionis D. Petri, & Pauli. to. 7. 74. 1; & seq.
Lini Papæ libellus de passione D. Pauli. to. 7. 81. 1; & seq.
Lini Papæ reprehensio ab hæreticis facta. to. 18. 638. 1.
Linus Papa præcipiens mulieribus velari capita irridetur à Centuriatoribus. tomo 1. 338. 1.
Linus, & Cletus adiutores D. Petri. tom. 4. 181. 1; seq; & 576. 23; & 24.
Linus à D. Paulo consecratus fuit Episcopus Romanus. to. 4. 619. 251; & 252.
Lino error ab hæreticis attributus. tom. 10. 464. 1.
Lyranus.
Lyranus considerauit mortem Dini Petri, & non locum, in quo mortuus est. tomo 3. 822. 2.
Lyrani depositiApostolici interpretatio. to. 1. 175. 2.
Litania.
Litaniarum institutio. to. 5. 475. 11.
Litanias canere nequit Archiepiscopus pallio inductus. to. 14. 175. 1.
Lis.
Lite pendente non potest procedi ad vlteriora. to. 9. 301. 166.
Lite pendente quis non potest priuari vsu iuris sui, siue illius exercitio, & fallit in aliquo casu. to. 9. 301. 167.
Litera.
Literæ multorum Pontificum testantes primatum eorundem. to. 10. 50. 1; & seq.
Litera Marciani Imperatoris ad S. Leonem de cogendo Concilio Chalcedonensi. to. 10. 17. 2.
Litera S. Leonis correcta à S. Petro ad Concilium Chalcedonense. to. 10. 19. 2.
Literæ Episcoporum Galliæ ad Innocentium X. circa Iansenij controuersias. to. 10. 30. 2.
Literæ Innocentij X. ad Regem, & Episcopos Galliæ. to. 10. 31. 1.
Vid. Epistola.
Liturgia.
Liturgia S. Marci Euangelistæ, & S. Iacobi Apostoli in comprobationem ritus de imiscenda aqua in calice. to. 1. 227. 2.
Liturgia S. Basilij. to. 1. 228. 1.
Locus.
Locus dexteræ manus an sit dignior loco sinistræ? to. 12. 159. 1.
Locus sedendi in Concilijs, & in Ecclesia. to. 12. 161. 1.
Locus tutus ad comparendum quis dicatur? to. 6. 17. 49.
Locus auctoritatis negatiuæ nullius est roboris. to. 3. 810. 1.
Locus medius tutus est. to. 4. 58. 2.
Locus non tutus quis dicatur? tomo 9. 288. 102.
Locus iudicij debet esse tutus. tomo 9. 288. 101.
Locus medius aliquando est locus infimus. to. 9. 691. 35.
Logomachia.
Logomachia quid sit? to. 1. 275. 2.
Longinus.
Longinus greco nomine dicitur lancea, seu hasta. to. 4. 12. 1.
Longobardi.
Longobardorum in Italiam innasio. tom. 11. 324. 1; & seq.
Locutio.
Loqui in persona aliorum stat tripliciter? tomo. 9. 637. 2.
Lotharius.
Lotharij Francorum Regis diuortium cum Theuperga telatum ad Nicolaum I. to. 6. 611. 1.
Lotharius contra Patrem Ludouicum Pium insurgit, & eo deposito Imperator eligitur. to. 6. 755. 10.
Lotharius ab Imperio deponitur, & duo eius fratres in eius locum sufficiuntur. tom. 6. 756. 11.
Lotharij aduentus ad Vrbem. to. 5. 51. 2; & seq.
Lotharij Ludouici Imperatoris filius in de-

 fen-

scusiouem Eugenij Papæ Romam missus. to. 1. 11. 1.
Promulganit constitutiones aliquas circa electionem Pontificum. to. 1. 11. 1. & seq.
Lotarius propriam vxorem repudiat, & defenditur à Conciliabulo Metis coacto.10.1. 103. 2. & to. 16. 137. 2.
Lotharius cupiens vsurpare beneficiorum collationes à D. Bernardo compescitur, vnde à prætensione desistit, & ipsius exemplum sequuntur plurimi Principes. to. 1. 420. 1.
Lotharius Gallorum Rex ob vxorem dimissam, & aliam superinductam iudicio Sedis Apostolicæ subijcitur. to. 1. 519. 2.
Eius causa fusè narratur. to. 1. 519. 2.
Lotharij Regis insania, & repudium vxoris. to. 16. 137. 2.
Lotharij coniugium in Metensi Concilio approbatum, in Romano damnatum sub Nicolao Papa. to. 16. 138. 1.

Lotharius Rex Longobardorum.

Lotharin Rege Longobardorum regnante in omnibus ferè Italiæ Vrbibus fuerunt duę Ecclesiæ, vna Catholica, alia Ariana. to. 20. 13. 1.

S. Lucas.

S. Lucas cap. 6. describens missionem Discipulorum factam à Christo Domino an asserat tunc eis dedisse potestatem iurisdictionis? to. 9. 245. 71.
Item explicatur illud de potestate eijciendi dæmones, & sanandi infirmos. to. 9. 583. 221.
Item illis verbis: *Quis me constituit iudicem* cap. 12. ostenditur Christum Dominum in hac vita non habuisse dominij exercitium rerum temporalium. to. 19. 678. 1.
Item Luc. 22. *Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua*, quomodò explicentur? to. 9. 719. 1. & seq.

Lucianus Episcopus.

Lucianus Adrianopolitanus ab Ecclesia priuatus se Romæ defendit, & Ecclesiæ suæ à Papa restituitur. to. 2. ex Pighio. 106. 2.

Lucifer Calaritanus.

Lucifer Episcopus Calaritanus ex auctoritate Papæ consecrauit Paulinum. to. 6. 655. 2.
Lucifer Episcopus Calaritanus quid dixerit de non parcendo delinquentibus in Deum? to. 2. ex Adolpho 34. 1.
Lucifer, & Eusebius Episcopi missi ad pacificandam Ecclesiam Cœsareæ, & Cappadociæ. to. 13. 198. 2.
Luciferi epistola ad Constantium magnam animi, & fidei constantiam ostendens. to. 19. 418. 2. & seq.

Lucifer.

Lucifer quare dictus Belial? tom. 3. 229. 1.
Luciferi superbia quanta, & qualis? tomo 3. 195. 1.
De quot, & de quibus superbierit? tom. 3. 195. 2.
Lucifer ante ruinam erat caput Angelorum. to. 10. 157. 2.

Luciferiani.

Luciferianorum origo. to. 15. 443. 24.

Lucius Papa.

Lucius Romanus electus fuit anno Domini. 255. to. 3. 775. 1.
Lucij Papæ verbis non enervatur, sed D. Petri primatus confirmatur contra Anonymum Anglum. to. 16. 15. 2. & seq.
Lucij Papæ epistola ad Episcopos Galliarum, & Hispaniarum appellationes de infallibilitate Ecclesiæ Romanæ. to. 3. 775. 1. & to. 18. 83. 1.
Alia eiusdem epistola ad Ducem Portugalliæ relata ab Innocentio IV. qua monetur Dux Ducatum Portugalliæ spectare ad Apostolicam Sedem; eumque, ac eius filios in Ecclesiam suscepit. to. 10. 121. 2.
Lucius Papa dispensauit super bigamiam cum Archiepiscopo Panormitano. to. 5. 115. 12.

Lucius III. Papa.

Lucius III. Papa recusantes Ecclesiæ opem ferre honoribus expoliari iussit. to. 2. ex Adolpho. 30. 2.

Lucius Rex.

Lucius Britanniæ Rex conuersus fuit ad fidem, & baptizatus à Fugatio, & Damiano missis à Papa Eleutherio duodecimo à Petro Pontifice. to. 17. 448. 2.

Lucius Adrianopolitanus.

Lucius Adrianopolitanus ab Arianis damnatus an ad Sedem Apostolicam appellauerit? to. 7. 295. 2.

Ludouicus I. Imperator.

Ludouicus I. Imperator Ecclesiasticæ immunitatis zelator. to. 1. 557. 1.
Ludouicus Imperator mortuo Patre Romanis libertatem restituit, & ius eligendi summum Pontificem concessit. to. 2. ex Pighio. 178. 2. & seq.
Ludouicus Imperator de genere Caroli vltimus à Longobardis execratur. to. 3. 68. 1.
Ludouicus Imperator Caroli Magni filius, & Romanorum Imperator confirmauit Paschali Papæ, & successoribus omnia intra circa Romanam Ciuitatem cum Ducatu suo, & Suburbanis, & territorijs eius montanis, & maritimis, & eius Ciuitatibus, Castellis, & oppidis, & Villis in Tusciæ partibus. to. 9. 681. 1.
Ludouicus Imperator Caroli Magni filius renunciauit concessioni eligendi Summum Pontificem. to. 10. 167. 1.

Ludouicus II. Imperator.

Ludouici II. Oratores cur in electione Adriani II. vocati non fuerint, licèt præsentes? to. 2. ex Pighio. 179. 1.

Ludouicus IV. Imperator.

Ludouici IV. Imperatoris degradatio per Ioannem XXII. to. 6. 492. 2.
Ludouici IV. edictum circa propositiones Conuentus Parisiensis. to. 11. 307. 1.
Ludouici IV. historia. to. 11. 346. 1.
Ludouicus IV. à duobus Pontificibus excommunicatus à Clemente VI. deponitur. to. 2. ex Adolpho. 120. 1.
Ludouicus IV. Imperator suam auctoritatem tanquam ab Ecclesiastica independentem defendit. to. 2. ex Pighio. 196. 1. & seq.
Ludouicus IV. Bauarus ab Alexandro III. Papa Imperio eiectus. to. 9. 671. 1.
Ludouicus IV. Imperator fuit anathemate percussus. to. 10. 422. 2.
Absolutionem petijt. to. 10. 224. 2.
Ludouicus IV. Imperator non obtinuit confirmationem petitam à Pontifice. tom. 5. 97. 2.

Ludouicus IV. Imperator Imperium fine Romani Pontificis consensu sibi approprianit à Ioanne XXII. anno 1319; à Benedicto II. anno 1332; & à Clemente VI. anno 1343. fuit excommunicatus. tomo 9. 691. 2; & 815. 2.
Ludouicus IV. Imperator fuit schismaticus. to.3. 223. 1.
Legem fecit, ne liceret Sedem Pontificiam aliò transferre. to.4. 393. 10.

Ludouicus Pius Imperator.

Ludouicus Pius Imperator misit Romam iudicandum à Papa Fortunatum Gradensem Archiepiscopum licèt læsæ maiestatis reum. to.6. 116. 1.
Romanas appellationes affirmat. to.6.177.1.
Ludouici Pij Imperatoris depositio. tomo 6. 755. 10.
Ludouicus Pius Imperator Caroli Magni filius donationes prædecessorum suorum Ecclesiæ Romanæ factas in Conuentu Aquisgranensi confirmauit. to.4. 335. 1.
Ludouicus Pius Imperator ob suam erga Romanam Ecclesiam deuotionem à Deo multos fauores recepit. to.10. 111. 2.

Ludouicus Occidentis Imperator.

Ludouicus Imperator Occidentis à Michaele Balbo Imperatore pro sententia circa imagines rogatus Pontificem consuluit. to. 1. 214. 1.

Ludouicus III. Rex.

Ludouicus III. Rex Galliæ primus principum cogitare cepit de inuestituris Ecclesiarum. to.16. 133. 2.

Ludouicus Rex Germaniæ.

Ludouici Germaniæ Regis, & Caroli Calui Regis Galliarum fratrum dissensio ad Nicolaum Papam deducta. to.6. 756. 12.

Ludouicus Arelatensis.

Ludouicus Arelatensis Cardinalis vitæ genere, doctrinæ splendore, & sanctitate illustrissimus promouit Gallos ad amplectendum Basileense Concilium. to.3. 421. 1.
An sanctus fuerit, & miraculis clarus? to. 3. 421. 1.

Ludouicus Crassus.

Ludouici Crassi controuersia de inauguratione Summi Pontificis cognita, & decisa. to.1. 522. 2.

Lugdunense Concilium.

Lugdunense Concilium de celebratione Paschæ. to.15. 382. 1.
Fuit celebratum ab Irenæo Lugdunensi Episcopo. to.1. 78. 1.

Lugdunense Concilium generale I.

Lugdunense Concilium generale I. sub Innocentio IV. priuauit Fridericum II. Imperatorem. to. 9. 779. 2; & to.6. 758. 17; & to.4. 112. 1; & to.11. 345. 1.
Condidit decretum de depositione Principum etiam sæcularium. to.2. ex Adolpho. 55.2.
Docuit Papam esse Ecclesiæ vniuersalis Rectorem, & caput. to. 1. ex Tannero. 49. 2.

Lugdunense Concilium II.

Lugdunense Concilium generale II. celebratum sub Gregorio X; & Rodulpho Imperatore fuit coactum contra errores Græcorum, & pro recuperanda Terra Sancta. to.9. 779. 2.
Quo anno celebratum fuerit? to. 2. ex Adolpho. 125. 2.

Luitprandus Cremensis.

Luitprandus Cremensis quid scripserit Phocę Nicephoro Imperatori de pallio D. Petri, & de eius epistola? to.6. 276. 2.

Luitprandus Rex.

Luitprandus Rex donationem Alpium Cottiarum Gregorij II. tempore confirmat. to.4. 216. 1.

Lumen naturale, & Diuinum.

Lumen naturale quid sit? to.11. 523. 6.
Lumen Diuinum certius est lumine rationis. to.18. 302. 1; & seq.

Luna.

Luna est figura dignitatis temporalis; Sol potestatis Episcopalis; & stellæ auctoritatis doctoralis, & sacerdotalis curam habentis animarum. to.4. 104. 2.
Luna varietatis initium,& figura. to.4. 105.2.
Luna habet humiditatis dominium. tomo 4. 105. 2.
Antiqui eam appellauerunt Reginam Cœli. to.4. 105. 2.
Luna deficiente omnia elementa patiuntur. to.4. 105. 2.
Luna serenitatis præsagium. to.4. 106. 1.
Lunæ quatuor passiones, scilicet luminis defectio, itineris consueti ordinatio, maculę infusio, sanguinis infectio. tom 4. 102. 2; & 108. 1; & seq.

Lupicinus Episcopus.

Lupicinus Episcopus appellauit ad S.Leonem. to.6. 328. 2.
Lupicini causa commissa fuit Synodo Africæ à S. Leone epistola 85. to.4. 206. 1.

Lutherus.

Lutheri vita. to.4. 249. 1; & seq.
Lutheri mores. to. 11. 3. 1.
Lutheri peruersionis causa. to. 6. 734. 3.
Lutheri hæresis. to. 6. 878. 8.
Lutherus vult primatum Ecclesiæ manasse à Constantino IV. to.12. 594. 2.
Asseruit Ecclesiam Romanam non esse Iure Diuino caput omnium Ecclesiarum. to. 6. 437. 2.
Lutherus à Caluinistis, & à Zuinglianis excommunicatus. to.11. 16. 2.
Lutherus negauit Petrum fuisse Romæ. to.11. 273. 2.
Dixit Episcopos, & presbyteros esse potestate pares. to.11. 239. 1; & seq; & to.2. ex Alano. 36. 2.
Lutherus negauit Papam esse iudicem controuersiarum fidei. to.8. 374. 1.
Damnauit festiuitatem Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis. to.8. 672. 1.
Dixit miracula, quæ in Ecclesia patrantur, esse illusiones, præstigia, fictiones, & mendacia Papistarum. to.8. 625. 1; & seq.
Negauit Ecclesiam Romanam esse vniuersalem. to.8. 738. 1.
Lutherus voluit Imperatori, non Papæ concessum esse conuocare Concilia. tomo 8. 785.
Voluit Episcopos in Concilijs non habere suffragium decisiuum. to.8. 869. 2.
Lutheri sententia circa simulationem D. Petri. to.8. 5. 1.
Lutherus negauit Ecclesiæ primatum fuisse D. Petro concessum. to.14. 49. 1.
Item quòd Ecclesia accepit claues. tomo 14. 49. 1.

Item dixit verba Christi Domini dicta D. Petro dicta fuisse toti Ecclesiæ, etiam laicis. to.14. 52. 2.
Resuscitauit antiquum errorem Donatistarum priùs resuscitatum à Waldensibus, Wicleff, & Ioanne Huss. to.14. 54. 1.
Lutheri obiectiones contra D. Petri primatum. to. 14. 56. 1; & 60. 2; & 63. 1.
Item contra canones Anacleti. to. 14. 72. 1; & seq.
Item contra canones Leonis I; & Leonis IV. to.14. 78. 2; & seq.
Item contra canonem Nicolai. to. 14. 81. 1; & seq.
Item contra canones omnes. to.14. 87. 2.
Lutherus voluit Ecclesiæ primatum esse in Ecclesia Hierosolymitana. to.14. 210. 2.
Eius inconstantia in doctrina. to.14. 288. 1; & seq; & to.4. 247. 2; & seq.
Negauit Papæ titulum Summi Pontificis, & vniuersalis; & primatum Ecclesiæ ait accepisse à Concilio Chalcedonensi. to.14.326. 1; & seq; & 329. 1.
Lutheri inconstantia circa numerum sacramentorum, to.14. 348. 2.
Lutherus voluit nec Papam, nec Episcopum, nec Concilia posse quidquam in hominem statuere. to.14. 348. 2.
Eiusdem conditiones. to.14. 349. 1; & seq.
Lutherus dixit Episcopos, & præsbiteros non differre. to.14. 405. 1.
Putauit Ecclesiam Hierosolymitanam esse matrem omnium Ecclesiarum. to.14. 450. 1.
Dixit ante annos quatuorcentum non fuisse sub D. Petro. to.14. 448. 1, & seq.
Eius errores circa D.Petri successores. to.14. 556. 1; & seq.
Lutheri hæresis initium. to.7. 813. 1.
Lutherus iactabat se euersurum fidem, si per duos annos tantùm suos errores prædicasset. to.15. 275. 2.
Lutherus induxit Diabolum secum loquentem de missæ sacrificio. to.15. 346. 2.
Lutherus negauit Ecclesiæ traditiones. to.19. 55. 2; & to.10. 210. 1.
Negauit sacramentum ordinis. to. 19. 59. 2.
Voluit Papam subijci ad Concilium. to. 19. 288. 1.
Item posse Papam errare. to.19. 289. 1.
Item decreta Romanorum Pontificum esse frigidissima, & à 400. annis nota. to. 19. 289. 2.
Negauit Ecclesiam Romanam esse Ecclesiam catholicam. to.19. 290. 2.
Asseruit Deum impossibilia iubere. tom. 19. 290. 2.
Item potestatem D. Petri datam fuisse omnibus sacerdotibus. to.19. 291. 1.
Item Papam non posse per indulgentias remittere pœnas peccatorum. to.19. 291. 2.
Negauit Purgatorium. to. 19. 300. 2; & seq; & to.13. 214. 1.
Item Papam posse tantùm declarare peccata esse à Deo remissa, non autem illa remittere. to.19. 315. 2.
Irrisit decretum Leonis IV. to.19. 354. 2.
Impugnauit decretum Anacleti. to. 19. 356. 1; & 358. 2.
Item decretum Nicolai Papæ. to.19. 357. 1.
Item decretum Paschalis. to.19. 360. 1.
Item sacerdotes non posse peccata retinere, vel soluere. to.19. 382. 1.
Diuisit varijs sectis totam Germaniam. tomo 19. 417. 2.
Excommunicatus fuit à Leone X. to.19. 417. 2.
Docuit omnes Christianos in baptismo fieri sacerdotes. to.20. 576. 1; & seq.
Narrat se doctrinam suam didicisse à diabolo. to.5. 8. 1.
Confessus est primatum Ecclesiæ Romanæ. to.5. 22. 2.
Dixit Pontifici Romano tributum fuisse primatum. to.5. 50. 1.
Eius epistola monitoria ad omnes Christianos. to.5. 98. 1.
Eius blasphemiæ in Papam, & instantiæ contra indulgentias. to.9. 697. 1.
Eius verba, quibus negat infallibilitatem in Papa. to.9. 718. 1.
Lutheri ratio circa impossibilitatem obseruandi votum castitatis. to.9. 754. 1.
Lutheri celeberrima sententia de primatu Romani Pontificis ante lapsum. to. 16. 7. 1.
Eiusdem post lapsum contradictio. tomo 16. 7. 1.
Lutheri, & Caluini argumenta de primatu D. Petri diluuntur. to.13. 16. 1.
Lutheri, Caluini, & Sectariorum argumenta contra primatum D. Petri proponuntur,& diluuntur. to.13. 120. 1.
Lutherus vocat indulgentias meras imposturas ad nihil valentes, nisi ad perdendam hominum pecuniam, ac Dei fidem. to.13. 213. 2.
Lutherus quare damnabat Boemorum schisma? to.13. 214. 2.
Lutherus excommunicatus in blasphemias prorupit. to.13. 214. 2.
Triplici vinculo fuit adstrictus. to. 13. 215. 2.
Lutherus dixit bona Pontificum dissipanda esse. to. 13. 278. 1.
Fatetur se à esse Sathana victum agendo de Sacrificio missæ. to.10. 58. 2.
Familiariter egit cum Dæmone,& fuit victus. to.10. 58. 2.
Conceptus fuit ex incubo. to.10. 59. 1.
Spreuit vota castitatis, & paupertatis matrimonio nefando. to.10. 59. 2.
Sacram Scripturam corrupit, violauit, & vertit. to.10. 60. 1.
In Beatam Virginem, ac Sanctos debachabatur. to.10. 60. 1.
Concilium Nicænum reprobauit, & sibi cogendi Concilium facultatem arrogauit. to.10.60. 2.
SS. Patrum dicta reprobauit. to.10. 60. 2.
Duxit monialem. to.10. 61. 1; & seq.
Accomodauit sua dogmata voluptatibus, ac sensibus. to.10. 62. 1.
Dixit solos prædestinatos esse membra Ecclesiæ. to.10. 156. 2.
Lutherus, & Caluinus negarunt auctoritatem Pontificis Romani. to. 10. 304. 2.
Eius somnia circa auctoritatem Diuinarum Scripturarum. to.1. 232. 2.
Iudiciū de Angelis, & Ecclesia sibi arrogauit, & antiquitatē fuit aspernatus. to.1.239.2.
Quid de Caluinistis senserit? to.1. 242. 1.
Lutherus Iacobi epistolas reiecit. to. 1. 268. 1; & to.4. 247. 2; & seq.

Con-

Confessus fuit Christi Domini in sacramento præsentiam. to.1. 269. 1.
Quàm malè senserit de Concilijs? tomo 1. 270. 2.
Lutheri errores in diplomate Caroli V. recensiti,& interrogatus in Concilio de libris suis, quid responderit? tom. 1. 366. 2; & 367. 2.
Lutheri facta in diplomate Caroli V. contenta. to.1. 367; & 370. 1; & seq.
Lutherus fuit auctor nouæ hæresis. tomo 1. 365. 2.
Lutherus quàm malè senserit de verbis Christi Domini D. Petro dictis: *Tu es Petrus*, &c. to.1. ex Ecchellensi. 40. 1; & seq.
Lutherus asserens Scripturam esse regulam fidei conuincitur. tomo 1. ex Ecchellensi. 42. 1.
Lutherus distinguens duplicem Antichristi aduentum, vnum cum gladio spirituali, alterum temporali vtrumque in Pontificibus Romanis verificatum dixit. tom.1. ex Tannero. 27. 179.
Lutheri doctrina de non pugnando contra Turcas. to.2. ex Adolpho. 3. 1; & 76. 1.
Lutherus totum ius canonicum flamis adiudicauit. to.2. ex Adolpho. 39. 1.
Lutheri, & aliorum hæreticorum errores circa potestatem Pontificis. to. 3. 4. 1.
Lutheri error circa Eucharistiam. to. 3. 269. 2.
Lutherus post apostasiam totus deditus ventri; & facetijs artis disputandi oblitus fuit. to.3. 874. 1.
Lutherus damnauit Zuinglium. to.4.681. 72.
Lutherus secum pugnat. to.4. 682. 78.
Lutheri hæresis multa damna, & mala Ecclesiæ attulit. to.4. 241. 1.
Lutheri tempus opportunum ad suscitandam in Ecclesia seditionem. to.4. 241. 2.
Lutheri secta ex varijs hæreticorum erroribus congesta. to.4. 244; & seq.
Lutherus negauit Sacerdotium, Matrimonium, Confirmationem, Sacram Vnctionem, & alij eius errores. tom. 4. 245. 2; & 246. 1; & seq.
Lutheri sectatorum diuisio in Lutheranos, & Zuinglianos. to.4. 246. 2.
Ab Eucharistia incepit; illi enim post prolationem verborum simul cum pane ponunt corpus Christi Domini; isti verò tollunt. to.4. 247. 1.
Lutherus quibus ex causis tam facilè tot seduxerit? to.4. 250. 2; & seq.
Eius scripta damnantur, & libri iubentur comburi. to.1. 321. 1.
Recensentur peruersi aliquot Lutheri errores. to.1. 321. 1; & seq.
Vid. Martinus Lutherus.
Lutherani.
Lutherani quid de Caluinistis dicant? to. 10. 28. 2; & to.1. 242. 1.
Lutheranorum sophisma circa fidei assensum. to.10. 153. 2.
Lutherani dixerunt Ecclesiam regi spiritu priuato. to.10. 158. 2.
Lutherani negant D. Petrum fuisse Romæ. to.10. 163. 1.
Lutherani negant Papam habere vim coactiuam condendi leges obligantes sub peccato mortali. to.10. 190. 1.
Lutherani negant de fidei mysterijs posse controuersias moueri. tomo 12. 194. 1.
Lutherani negarunt appellationem ad Papam. to.12. 591. 2.
Lutheranorum, & Caluinistarum dissensio circa doctrinam SS. PP. to.11. 3. 1.
Lutherani asserunt cum Caluinistis primatum Ecclesiæ fuisse à Phoca concessum Romano Pontifici. to.11. 19. 2.
Lutheranorum, & sacramentariorum controuersia de veritate corporis, & sanguinis Christi Domini. to.1. 243. 1.
Lutherani dixerunt Ecclesiam tot sæculis latuisse. to.1. 573. 2.
Lutheranorum multi errores turpissimi. to.4. 680. 64.
Lutheranorum secta falsa ex discordijs probatur. to.4. 241; & seq; & 250. 2.
Lutherani Pelagianis contrarijs circa iustificationem. to.4. 248; & seq.
Lutheranorum hæresis vnitatem religionis christianæ tollere conata est. to. 4. 613. 2; & seq.
Lutheranorum arrogantia, & peruersitas in deprauandis sacris Scripturis. tom.4. 654. 1.
Eorum errores, & alia circa eorum petulantia. to.4. 654. 2; & seq.
Lutheranæ hæresis in Germania facilis disseminatio fuit; primò propter simplicitatem Germanorum; secundò propter odium illorum in Pontificem, & Ecclesiasticos; tertiò quia iracundiæ subiecti minus rationis habent; quartò propter sacerdotum auaritiam. to.4. 655; & 656. 1.
Lybia.
Lybia aliquando accipitur pro Africa. to. 6. 325. 1.

M

MACARIVS ANCYRANVS.

Macarius Ancyræ Metropolita negauit infallibilitatem Romani Pontificis. to.6. 640. 1.
Scripsit librum aduersùs Barlaamum monachum. to.6. 640. 1.
Macarius Hierosolymitanus.
Macarius Episcopus Hierosolymitanus vnam tantùm voluntatem in Christo Domino admisit. to.4. 567. 202.
Nonam hæresim in Ecclesiam inuexit. to.4. 568. 205.
Fuit damnatus in VI. Synodo generali, & sacerdotio fuit expoliatus. to.4. 568. 202.
Fuit Hierosolymitanus Episcopus, non Constantinopolitanus. to.3. 556. 1.
Macedonia.
Macedoniæ Synodus quomodò conquesta fuerit in causa Bubalij, & Tauriani cum Romano Pontifice? to.6. 201. 1.
Macedonius Hæresiarcha.
Macedonius Hæresiarcha negauit Spiritus sancti Diuinitatem; & damnatus fuit in Concilio Constantinopolitano Primo anno 381. sub Damaso. to. 1. ex Tannero. 21. 135.
Eius hæresis damnata fuit etiam in Nicæna Synodo. to. 6. 621. 1.

Ten-

Tentauit oppugnare Apostolicam D. Petri Cathedram. to. 10. 11. 2.
Fuit Sedi Constantinopolitanæ intrusus. to. 1, 144. 2.

Macedoniani.

Macedoniani à Macedonio instructi homousion respuebant. to. 1. 144. 2.
Docuerunt Filium esse similem Patri in substantia. to. 1. 144. 2.
Item Spiritum sanctum nihil ad Patris, & Filij Diuinitatem pertinere. to. 1. 144. 2; & to. 16. 473. 1.
A S. Damaso fuerunt damnati. to. 8. 516. 2.
Item fuerunt iudicati à S. Liberio Pontifice. to. 1. 293. 2.

Macedonius Episcopus Constantinopolitanus.

Fuit Romæ, & ibidem prædicauit ex testimonio D. Dionysij, & Eusebij, Bedæ, D. Ambrosij, S. P. Augustini, & aliorum. to. 20. 282. 2; & seq.
Venit Romam anno quarto Claudij. to. 20. 283. 5.
Petrum Romæ fuisse, & Christi Domini fidem prædicasse habetur ex Martyrologio Ægyptio sub die 29. mensis Hatue, quo die S. Clemens Papa martyrio fuit coronatus. to.1. ex Ecchellensi. 49. 2.
Petrum, & Paulum Romæ occisos fuisse restatus fuit Mashudus Mohammedanus historicus. to.1. ex Ecchellensi. 49. 2.
Petrum in Vrbe Romæ moratum fuisse habetur etiam ex historia generali Conciliorum Arabicorum. to.1. Ecchellensi. 49. 1.
S. Cyrillus Hierosolymitanus homilia de obitu Virginis narrat Petrum Romam fuisse adductum Hierosolyma, Paulum ex Cilicia, & Thomam ex Indijs, vt interessent morti eiusdem Beatissimæ Virginis. to.1. ex Ecchellensi. 49. 2.

Petri amor in Christum.

Petrus summum amorem ostendit in Christum, cum ex impatientia fruendi illius præsentia, se proiecit in mare. tomo 18. 147. 2.
Petri amorem in Christum debuisse ad Christi

sti gregem extendi colligitur ex illis Christi Domini verbis: *Pasce oues meas* . tomo 18. 147. 2.
Petri amor in Christum Dominum omnem speciem amoris inclusit. to.18. 152. 1.
Eius amor in Christum Dominum fuit causa, cur fuerit electus pastor totius Ecclesiæ. to.7. 150. 1.
Eius amor auctus fuit ex negatione Christi Domini. to.8. 221. 2.
Illius amor in Christum Dominum fuit causa, cur super alios Apostolos euectus fuerit. to.17. 150. 1.
Ob amoris magnitudinem mortem dissuasit Christo Domino in monte Thabor. tom.8. 36. 1; & seq; & 44. 2.
Cur à Domino ter fuerit interrogatus, an illum amaret? to. 8. 34. 2; & to. 16. 376. 16.
Sæpe rogauit Ioannem, vt Christum Dominum interrogaret; quia sciebat Ioannem diligi plus alijs Apostolis. to.17. 62. 1.
Petrus interrogatus fuit à Christo Domino solùm de dilectione, quæ sola sufficit ad pascendum gregem. to.20. 48. 1.
Petri charitas exacta fuit à Christo Domino, vt constitueretur pastor Ecclesiæ. tom. 19. 543. 2; & seq.
Petrus quare fuerit de amore erga Christum Dominum examinatus priusquam pastura ouium Christi sibi decerneretur? tomo 16. 340. 6.
Petrus licèt consuluisset Christum Dominum eo tempore dicens: *Domine si percutimus in gladio*; nullam tamen responsionem expectauit eius amor inflammatus. to.16. 373. 17.
Petrus tanquam dux illorum, qui Iesu Christi partes agebant, eduxit gladium, & amputauit auriculam Malchi feruens amore Magistri, quem victum, & à suis derelictum aspiciebat. to.16. 372. 16.
Petri cathedra.
Petri cathedra ob suam firmitatem dicitur fundamentum Ecclesiæ. to.17. 90. 1.
Petri cathedra nunquam fuit hæresi infecta. to.14. 567. 2.
Petrus non decreuerat ex cathedra obseruantiam legalium. to.7. 720. 1.
Sola illius cathedra habet annexam infallibilitatem. to. 15. 52. 415.
Sola est fidei regula, quam agnouerunt nedum Sancti Patres, sed etiam hæretici. tom.15. 56. 445; & seq.
Sola est mater omnium aliarum sedium Episcopalium. to.15. 51. 409.
Petri cathedræ fundatio, & translatio. to. 4. 550. 100; & seq.
Sedens in Petri cathedra habet doctrinam infallibilem; sicut illam habuerunt sacerdotes summi veteris legis, qui sederunt in cathedra Moysis. to.4. 789. 68.
Petri cathedra fuit ab Ethnicis acerrimè impugnata. to.3. 899. 1.
Petri cathedræ primatus ostenditur. to.2. ex Pighio. 41. 2; & seq.
Petri cathedra cur potiùs Romæ, quàm Hierosolymis fuerit instituta? to.16. 383. 1; & seq.
Petri cathedra ab hæreticis fuit semper impugnata, quia fuerunt semper ab illa damnati. to.16. 389. 2; & seq; & to. 2. ex Pighio. 80. 1; & seq.
Petrus, & eius successores, quanuis possint errare, vt personæ priuatæ, non tamen vt definientes ex cathedra. to.16. 394. 1.
Petrus priùs cathedram fundauit Antiochiæ, quam postea transtulit Romam. tom.2. ex Aluarez. 14. 2; & to. 16. 383. 1.
Petri cathedra nunquam hæreses protulit. to.2. ex Pighio. 93. 2.
Ad illam appellarunt semper ab initio fidei nascentis in causis grauioribus omnes Orbis Ecclesiæ. to.2. ex Pighio. 98. 2.
Petri cathedræ vnitas. to. 2. ex Pighio. 102. 2; & to.1. 3.
Petri cathedra appellata fuit à Concilijs Ecclesia Romana. to.3. 345. 2.
Petri cathedram inuaserunt semper soli schismatici. to.1. 9. 2.
Petri cathedræ laudes, encomia, & prærogatiuæ. to.1. 34; & seq.
Petrum habere Paulum suæ cathedræ consortem non decuit ratione vnitatis, & perfecti regiminis. to.12. 143. 2; & seq.
Petri cathedram, quæ est Ecclesia Romana, eiusque supremum Pontificem, vtporè Christi in terris Vicarium, & S. Petri successorem ordinarium tenentur audire omnes Christi fideles, eique fidem, reuerentiam, & obedientiam præstare ex testimonijs Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum Orientis, & Occidentis, Conciliorum generalium, & prouincialium, ac Imperatorum Catholicorum, qui primis quingentis annis, & vltra floruerunt ostenditur. to.12. 97. 1.
Petri cathedra habet de iure Diuino dominium omnium aliarum Ecclesiarum. to. 3. 357. 2.
Petri cathedra idem est, ac Petri iurisdictio, seu potestas. to.17. 242. 2.
Nunquam errauit in fide. to.3. 863. 3.
Cur fuerit instituta? to.3. 654. 2.
Eius priuilegium à Christo Domino nobis fuit commendatum. to. 2. ex Pighio. 64. 66.
Eius propria, & singularis prærogatiua. to.2. ex Pighio 64. 1.
Eius vnitas ex vnitate Dei, Christi, & Ecclesiæ deducitur. to.1. 424. 2.
Petri Cathedra est tribunal Christi. tom.3. 927. 2.
Petri Cathedra duo significat. tom. 3. 489. 1.
Habuit à Christo priuilegium infallibilitatis, & perseuerantiæ in fide. to.13. 276 1.
Petri cathedra plenitudinem potestatis semper obtinuit. to.2. ex Aluarez. 3. 2.
Petri priuilegia fuerunt realia, idest annexa eius cathedræ; non personalia, idest annexa eius personæ. to.15. 229. 3; & seq.
Eius cathedræ subditur etiam Patriarcha Constantinopolitanus. to.3. 736. 2.
Petri cathedra est sola Romana Ecclesia ex testimonio SS. Patrum. to. 20. 62.
Petrus Romam transtulit cathedram suam, vt vbi erat caput superstitionis, illic quiesceret caput sanctitatis; & vbi gentilium Principes habitabant, ibi Ecclesiarum Principes morerentur. to.16. 384. 4.
Roma, quæ erat magistra erroris, per hanc

cathedram fieri debebat disciplina veritatis, vt caput Orbis effecta latiùs præsideret religione Diuina, quàm dominatione terrena. to.16. 384.7.

Petri cathedra Antiochia, iubente Domino, Romam translata fuit teste B.Marcello, & Anterio, vt ibi magis proficere posset. to. 16. 383.1.

Petri Claues.

Petro traditas fuisse claues à Christo, quibus constitutus fuit Ecclesiæ Caput, ostenditur contra hæreticos. to.2.ex Alberto Pio. 1.1; & seq; & to.7.186. 1.

Petrus ex traditione clauium Princeps totius Orbis fuit constitutus. to.2. ex Turrecrem. 8.2: & seq.

Petrus habuit claues diuerso modo, ac illas habuerint alij Apostoli.to.2.ex Turrecrem. 10.2; & ex Alano. 42. 2; & to. 12. 123. 2; & to.7. 140. 2; & to.13. 112. 2.

Ei fuerunt datæ claues solùm post Christi resurrectionem. to.2. ex Aluarez. 7. 2.

Petro tanquam capiti, & alijs Apostolis, tanquam membris, potestas clauium fuit concessa. to.2. ex Aluarez. 7. 2; & seq. & to.18. 101. 3.

Petro, non Ecclesiæ, claues datæ fuerunt. to.10. 233. 1; & to.14.17.2; & to.18. 482. 1.

Petri claues quid significent? to.3. 215. 1.

Petrus, & Paulus ambo claues acceperunt; sed Paulus accepit clauem scientiæ, & Petrus clauem potentiæ. to.9. 549.139.

Petrus an acceperit à Christo tantùm claues Regni Cælorum; vel simul etiam Regni terreni? to.9. 671. 2.

Petro simul cum clauibus plenissima potestas fuit collata. to.1.3;1;& seq. & 6. 2.

Petri claues eius dominium significant. to.1. 44.1.

Ei fuit collata vtraque clauis scientiæ, & potestatis. to.1. 95. 2.

Petrus ius clauium habuit; Apostoli verò solùm vsum clauium habuerunt. to.1.388. 2.

Nomine clauium fuit ei commissa cura ducendi, & introducendi in Cęlum ad Christum Dominum suum populum. tom. 18. 150. 1; & seq.

Petro soli claues datæ fuerunt ad ostendendam eius superioritatem inter Apostolos. to.1. 431. 2.

Ei fuerunt priùs promissæ, & postea collatæ claues à Christo Domino. to.10. 232. 2.

Non fuerunt ei traditæ claues, quando fuerunt ei promissæ; quia tunc viuebat Christus Dominus, qui erat Summus Pontifex visibilis;& vt post negationem disceret peccantibus, & pęnitentibus parcere. to. 18. 1022.

Quando claues receperit? tom.9. 492. 28; & 480.7; & 506. 66.

Ei soli fuerunt traditæ claues Ecclesiæ. to.2. ex B. Ægidio. 33. 2; & tom. 18. 484. 2; & seq.

Petro, & Ecclesiæ quomodò collata fuerit clauium potestas? tom.9. 506. 66; & 508. 70.

Petrus non accepit claues per Ecclesiam, nec per auctoritatem SanctorumEcclesię.to. 13. 380. 1.

Cùm claues accepit, tunc significabat Ecclesiam. to.3. 569. 2.

Cur soli Petro dictum fuerit: *Tibi dabo Claues Regni Cælorum*; non autem omnibus Apostolis? to. 12.8. 2; & 11. 1.

Ei traditæ fuerunt claues pro se, & suis successoribus, cæteris autem Apostolis fuerunt traditæ in quadam mensura inæquali, tanquam suis coadiutoribus. to.12.13. 1; & seq.& 14.1; & to. 14. 260.1; & seq.

Habuit claues quoad supremum regimen, cæteri autem Apostoli illas habuerunt solùm quoad potestatem ligandi, & absoluendi. to.20.46.1; & seq: & tom. 19. 126 1.

Petro soli dictum fuit: *Tibi dabo claues Regni Cælorum*: quia illa particula *Tibi* ad vnam tantùm restringit personam, sicuti cùm fuit dictum Magdalenæ: *Remittuntur tibi peccata tua*: ipsi soli,non omnibus peccata fuerunt remissa. to. 12. 120.1.

Ei soli tanquam omnium Apostolorum capiti datæ claues fuerunt. to.12. 120.2.

Petrus solus dictus fuit Ianitor Regni Cælorum, quia ipse solus claues accepit. to.12. 121.1.

Claues per Petrum datæ fuerunt Ecclesiæ, quia datæ fuerunt Petro, qui est in Ecclesia, tanquam caput ipsius. to.6. 693.1;& seq; & to.9.637.1; & to.12.122.2; & to.17. 549.1.

Petri claues significant scientiæ potestatem, per ordinem ad docendum ea, quæ spectant ad fidem; & potestatem potentiæ per ordinem ad regendam Ecclesiam. tom.7. 140. 2; & to.12. 126. 2.

Petrus, sicut solus Christum Dominum negauit; ita solus claues à Christo Domino accepit. to.6. 564. 1.

Quomodò potestate clauium vsus fuerit?to.1. 432.1.

Ei clauium potestas promissa fuit Matth. 18; & Io. vlt.fuit collata. to.21. 536. 1.

Nomine clauium significata fuit Ecclesiæ potestas. to.8. 341. 2.

Amplitudo potestatis significata fuit per Regnum Cęlorum. to.8. 342.2; & seq.

Petro immediatè claues fuerunt collatæ.to.6. 562.1;& to.7. 18. 2; & to.11. 265.1;& seq. & to.19. 576. 1. & seq.

Quomodò ei datæ fuerint claues ad soluendum, & ligandum in Cœlis in plurali, non in singulari? tom. 14. 252. 2; & sequen.

Quando accepit claues, iam erat Princeps, Apostolorum, & caput Ecclesiæ. tom.14. 260.1; & sequen.

Cùm ei traditæ claues fuerunt, ei traditus fuit primatus in totam Ecclesiam. to. 14. 16. 2.

Quantùm ad clauem, quæ significat potestatem ordinis, fuit æqualis alijs Apostolis, sed quantùm ad potestatem, quæ significat potestatem iurisdictionis, fuit illis superior. tom.7. 140.7.

Petro promissa fuit Ecclesiæ ædificatio, collatio clauium, & indefectibilitas fidei. tom.7. 190. 1.

Ipsi, & eius successoribus indefinita clauium potestas fuit collata. tom.7. 446. 1; & sequen.

Ei

Ei soli, non alijs Apostolis clauium potestas indefinitè fuit collata. tom.7. 644. 2.
Ei traditæ fuerunt claues post Christi Domini Resurrectionem, cùm illi dictum fuit; *Pasce oues meas*: quibus constitutus fuit Pastor vniuersalis Ecclesiæ. tomo 4. 755. 76; & seq; & to.15. 169. 1; & sequen.
Petrum accepisse claues ex persona Ecclesiæ, vt scilicet Ecclesiæ visui inseruirent; non autem ita, vt communes essent omnibus existentibus in Ecclesia, ex S.P.Augustino manifestè monstratur. tom.17.36.1; & 42. 1; & sequen.
Petrus fuit Princeps Apostolorum, quia habuit clauium potestatem; Paulus verò, quia habuit Magisterium totius Ecclesiæ. tom. 17. 50. 2; & sequen.
Petro quomodò fuerint datæ claues, vt Ecclesiæ figuram gerebat. tom. 20. 46. 2.
Petrus à Christo Domino accepit claues simul cum dignitate Capitis; & hoc modo claues non habuerunt alij Apostoli. tomo 17. 96. 1; & sequen.
Fuit superior alijs Apostolis in iure, & vsu clauium. tom. 17. 418. 1; & sequen.
Accepit claues in symbolum potestatis Monarchiæ. tom.5. 28. 2; & tom. 3. 127. 2.
An claues traditæ Petro vltra scientiam, & potestatem ordinis, & iurisdictionis in foro externo, & interno significauerint etiam potestatem Ecclesiasticam, & politicam. tomo 10. 114. 2; & sequen.
Significasse solam potestatem prædicandi Euangelium dixerunt hæretici. tomo 12. 117.1.
Claues datæ sunt Petro, vt clauderet indignis, & dignis aperiret ianuam Cœlorum. tom. 12. 123. 2; & tom. 20. 44. 2.
Clauium potestas, quæ fuit in Petro, transit in successores. tomo 12. 129. 1.
Claues fuerunt Petro collatæ propter eius confessionem. tomo 14. 234. 1; & sequen.
Petro soli, non alijs Apostolis fuerunt collatæ claues Regni Cœlorum. to.13. 7. 2; & to.19. 534. 2; & sequen.
Petro datæ fuerunt claues pro omnibus. tomo 13. 349. 2.
Quomodò ei datæ fuerunt claues pro omnibus? tom.13. 349. 2.
Accepit claues in signum dominij. to.10.6.2; & tom.1. 44. 1.
Petrus accepit claues nedum figuratiuè, sed etiam fundamentaliter, & principaliter. tom.9.229.33;& 225.93;& 523.88;& 527. 95; & 517. 2.
Simul cum clauibus accepit plenitudinem potestatis. tom.1.6. 2.
Quo sensu claues soli Petro, non alijs Apostolis, traditæ fuerint? tomo 17. 100.1.
Petro immediatè, & mediante Petro claues traditæ fuerunt Ecclesiæ, non è contra. to.6. 693.1; & seq; & to.7. 186.1; & to.14. 232.1.
Claues Petro collatæ significarunt plùs, quàm potestatem soluendi, & ligandi. tom. 8. 355.2.
Petrus solus habuit claues Pontificias totius Ecclesiæ. tom.4. 547. 86.
Petro an datæ fuerint claues, vt gerenti personam omnium Apostolorum? tomo 4. 751. 59; & sequen.
Habuit priùs clauem scientiæ, quàm potentiæ. tom.4. 752. 64.
Fuerunt ei promissæ, & collatæ claues in plurali, non in singulari. tom. 4. 753. 65.
Petri claues quid fuerint? tom. 4. 753. 66; & sequen.
In potestate clauium supereminuit alijs Apostolis. tom.4. 754.74.
Quomodò Ecclesiam significauerit, quando claues accepit? tom. 9. 485. 18; & 195. 13.
Cur singulariter ei dictum fuerit: *Tibi dabo claues &c.* tom.9. 517. 2.
Quare pingatur cum clauibus? tom.9. 535. 113.
Petro non tanquam piscatori, sed tanquam capiti Ecclesiæ promissæ fuerunt claues transfundendæ in eius legitimos successores. tom.13. 274. 2.
Ei promissa fuit plenitudo potestatis Ecclesiæ nomine clauium. tomo 20. 44. 2.
Habuit claues excellentiori modo. tom. 19. 123.2.
Quomodò claues acceperit? tom. 13. 389. 2.
Accepit claues præ, & pro omnibus, non vt Procurator, sed vt Rector. tom. 13. 596.1.
Vsus fuit vniuersali clauium potestate. tomo 4. 758. 98.
Accepit claues pro omnibus distributiuè, & collectiuè. to.9. 460. 47.
Petrus, & Paulus quomodò dicti sint præditi potestate clauium Regni Cælestis? tom.6. 642.2.
Petro data fuit duplex clauis, quia indiguit potentia, & scientia ad regendam Ecclesiam. tomo 17. 424. 1; & sequen.
Petri dignitatem non minuit, quòd Christus Dominus dederit claues etiam alijs Apostolis; sicuti Moyses dignitatem non minuit ex eo, quòd dederit eundem spiritum septuagintà Senioribus; & spiritum prophetiæ alijs ministris. tom. 18. 234.2.
Illi soli fuit promissa à Christo Domino clauium collatio. tom.7. 190. 1.
Potestas clauium à Christo Domino principaliter collata explicatur. tom. 9. 480. 7.
Clauium potestas data est Petro, & Ecclesiæ, sed principaliter Ecclesiæ. tom. 9. 506. 66.
Vnde probetur? to.9. 508. 70.
Clauium potestas, quando data fuit Petro, & alijs Apostolis? tomo 13. 393. 1.
Petrus accepit claues ex persona Ecclesiæ; quia

quia fuit caput Ecclesiæ, & illi traditæ sunt claues, quæ sunt in Ecclesia. to. 19. 459. 2.

Petri personæ, & non dono reuelationis, aut beatitudinis promissæ fuerunt claues Ecclesiæ. to. 19. 527. 1; & sequen.

Petri personæ, non vt gerebat personam Ecclesiæ, claues fuerunt collatæ. tomo 19. 531. 1, & sequen.

Petrus Ecclesiæ caput.

Petrus fuit caput vniuersalis Ecclesiæ; alij autem Apostoli fuerunt capita plebium particularium. to. 13. 257. 1.

Fuit caput extrinsecè tantùm, non intrinsecè influens in membra. to. 13. 309. 1.

Fuit Caput Collegij Apostolici, non tyrannicum, aut dominatiuum, sed paternum. to. 13. 252. 2.

Fuit Caput Ecclesiæ subordinatum, & ministeriale, non principale, & absolutum. to. 3. 816. 2; & to. 17. 6. 2; & seq.

Fuit Caput Ecclesiæ, sed non eodem modo, quo Christus Dominus. to. 17. 5. 1.

Constitutus fuit Caput Ecclesiæ illis verbis: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* to. 2. ex Pighio. 13. 2.

Constitutus fuit Caput ad tollendas Ecclesiæ scissiones, seruandamque vnitatem. to. 17. 121. 1; & seq.

Romam ad fidem conuertendo, quæ erat Orbis Caput, ostendit se fuisse institutum Caput totius Ecclesiæ. tom. 17. 440. 2; & seq.

Fuit Caput omnium Christianorum; sicut summus Sacerdos in lege veteri fuit caput omnium Hebræorum. to. 17. 452. 1.

Petrus à Christo Domino constitutus fuit Caput Apostolorum. to. 1. 45. 1; & seq.

Semper se gessit, vt Caput Collegij Apostolici. to. 2. ex Pighio. 34. 2.

Petrus præ alijs tanquam caput, quod præ alijs inuigilare debebat, increpatus fuit à Christo, quando in horto inuenit omnes Discipulos dormientes. to. 16. 372. 14.

Tanquam Caput, & Dux eorum, qui Christum sequebantur, videns ipsum apprehensum, & vinctum à Iudæis eduxit gladium, & seruo Principis sacerdotum amputauit auriculam. to. 16. 372. 2.

Non fuit Caput Ecclesiæ viuente Christo Domino, quia eiusdem corporis nequeunt esse simul duo capita. to. 6. 727. 2.

Tanquam Caput, & Dux Apostolorum defendit Apostolos à Iudæis die Pentecostes eos de ebrietate calumniantibus. tom. 16. 377. 2.

Vt Caput Ecclesiæ fuit primus omnium lacessitus, & persecutus. to. 4. 359. 105.

Dignitatem capitis accepit à Christo Domino simul cum potestate clauium. to. 17. 96. 1; & seq.

Constitutus caput in corpore Ecclesiæ debuit in alia membra influere. tomo 13. 596. 2.

Fuit verum Christi membrum, sed caput Ecclesiæ. to. 17. 8. 1.

Fuisse membrum Ecclesiæ quomodò sit intelligendum? to. 9. 582. 218; & 591. 236.

Caput Apostolorum fuit constitutus à Christo Domino. to. 4. 659; & seq; & tom. 6. 438. 1; & to. 13. 239. 2.

Petrus declaratus fuit caput visibile Ecclesiæ illis verbis: *Tu es Petrus, &c.* to. 8. 142. 2; & to. 12. 2. 1.

Petrus fuit caput omnium Episcoporum. to. 1. 399. 2.

Fuit caput vniuersale totius Ecclesiæ. to. 1. 78. 1.

Tanquam Caput conuocauit Apostolos ad eligendum Matthiam in locum Iudæ. to. 5. 31. 2.

Petrus solus fuit caput Ecclesiæ, quia plura capita confusionem peperissent. tomo 16. 583. 2.

Quomodò fuerit institutus Caput Ecclesiæ? to. 12. 204. 1; & seq.

Fuit Caput Apostolorum, & Ecclesiæ. to. 1. ex Tannero. 8. 46; & seq; & 10. 54; & seq; & 11. 59; & seq; & to. 2. ex Adolpho. 48. 2; & 50. 2.

Fuit Caput Ecclesiæ, & Apostoli corpus fuerunt. to. 9. 527. 94.

Petrus solus fuit à Christo Domino institutus Caput totius Ecclesiæ. to. 5. 649. 1; & 767. 2; & to. 11. 239. 1; & seq.

Ipse solus fuit Caput, & Pontifex. tomo 12. 138. 1; & to. 14. 421. 2.

Petrus est simul pars, & caput totius Ecclesiæ; sicut Rex est pars, & caput totius Regni. to. 14. 66. 2.

Petrum constitutum fuisse caput Apostolorum testatus fuit *D. Hieronymus*. tom. 7. 648. 2; & to. 15. 264. 1.

Petrus est caput Ecclesiæ quoad directionem externam; sicut Rex est caput Regni. to. 15. 201. 41.

Fuit constitutus caput Ecclesiæ à Christo Domino ascensuro ad Patrem, quod prius in Moyse fuerat figuratum. to. 2. ex Pighio. 23. 2.

A Christo Domino basis, & caput ædificij ecclesiastici fuit institutus, quia fuit illuminatus diuinitus ad cognoscendam illius diuinitatem. to. 2. ex Pighio. 71. 2.

Pluribus de causis constitutus fuit caput totius Orbis terrarum. tom. 2. ex Turrecremensi. 19. 2.

Petro, tanquam capiti, dictum fuit: *Si peccauerit in te frater tuus.* to. 16. 372. 2.

Constitutus fuit caput, & simul Pastor totius Orbis terrarum. to. 10. 8. 1.

Fuit caput nedum omnium hominum, sed etiam omnium Apostolorum. to. 3. 178. 2; & to. 10. 163. 1.

Non reliquit Antiochiæ auctoritatem capitis totius Ecclesiæ. to. 3. 347. 2.

Quomodò simul fuerit caput, & membrum Ecclesiæ? to. 3. 807. 2.

Petrum fuisse caput Apostolorum probatur ex verbis Christi Domini: *Pasce oues meas*; & ex eo, quòd defendit Apostolos ab irrisione Iudæorum; & ex eo, quòd puniuit Ananiam, & Saphiram, & Simonem Magum; & ex eo, quòd sententiam tulit in Concilio Hierosolymitano. to. 19. 233. 1; & seq.

Petrus vt caput Ecclesiæ fuit super omnes Apostolos, vt fuerunt oues Christi Domini. to. 19. 449. 2.

Ex eo, quòd sit Ecclesiæ minister, non desinit esse caput; sicut dicitur de Christo Domino. to. 19. 501. 1.

Pe-

Petri non esse Ecclesiam, sed Christi Domini non arguit Petrum non esse caput Ecclesię; sed solùm non esse caput principale, sed tantùm Vicarium. to.19. 501.1.

Petrum fuisse constitutum caput totius Ecclesiæ colligitur ex mutatione nominis. to.20. 37. 2; & seq.

Petrus fuit summus dignitate capitis; Paulus verò dignitate scientiæ. to.20. 371.2.

Petrus non fuit caput principale; ideò fideles non dicuntur Petrini, sed Christiani. to.19. 84. 1.

Sicut fuit caput omnium Apostolorum; ita eius Ecclesia est caput omnium Ecclesiarum. to.19. 93. 1.

Petrus licèt pro omnibus responderit, tamen ei, vt capiti dictum fuit: *Tues Petrus, &c.* to.16. 392. 12.

Petro impositum est nomen *Cephas*, quod interpretatur caput. to.16. 372. 13.

Petrus Princeps Apostolici ordinis ad arcem Romani destinatur Imperij, vt lux veritatis efficaciùs se ab ipso capite per totum Mundum corpus effunderet. tom.16. 384. 9.

Petrus tanquam caput aliorum respondit Christo Domino Ioan.6. *Domine, ad quem ibimus, &c.* to.16. 372. 10.

Petrus Ecclesiæ fundamentum.

Petrus à Christo Domino constitutus fuit fundamentum totius Ecclesiæ. tom. 2. ex Pighio. 15.2; & to.10. 5.1.

Fuit fundamentum Ecclesiæ, sed non eodem modo, quo est Christus Dominus. tom.17. 5.1.

Fuit Ecclesiæ fundamentum secundarium, Christus autem primarium. tom. 18. 48. 2.

Fuit fundamentum minùs principale, secundarium, vicarium, & purè ministeriale. to.17. 68.2; & 78. 2; & to. 8. 413. 1; & to. 13. 5. 2; & 163.2; & to.15.172.1; & to.19. 237.2.

Dictus fuit Ecclesiæ fundamentum, quia primus omnium Apostolorum iecit Ecclesiæ fundamenta inter gentes. to.17.89. 2.

Item quia propter suæ fidei indefectibilitatem habuit dotem immobilitatis, quæ conuenit fundamento. to.17. 89. 2.

Item propter prærogatiuam ei à Christo collatam confirmandi fratres suos; firmitas enim propria est fundamenti. to. 17. 90. 1.

Fuit constitutus fundamentum, & basis ædificij Ecclesiastici, quia fuit illuminatus à Deo ad cognoscendam Christi Domini diuinitatem. to.2. ex Pighio.71.2.

Christus Dominus, & Petrus non sunt duo, sed vnum tantùm Ecclesiæ fundamentum. to.3. 3. 1.

Quomodò Petrus sit fundamentum Ecclesiæ, & alij Apostoli etiam Ecclesiæ fundamenta dicantur? tom.3. 811. 1; & tom.14. 67. 2.

Petrus à SS. Clemente, & Ignatio dictus fuit Ecclesiæ fundamentum. to.4. 474.1.

Fuit Ecclesię fundamentum; quia ab ipso prouenerunt omnes Ecclesiæ dignitates. to.19. 85. 2.

Petrum esse Ecclesiæ fundamentum quid propriè significet? to.4. 168. 10.

Petrus primus omnium Apostolorum iecit Ecclesiæ fundamenta, dum die Pentecostes post acceptum Spiritum S. circiter tria millia hominum conuertit ad fidem, & baptizauit; ac Cornelium Centurionem cum suis ad Ecclesiam recepit. to.3. 302. 1.

Quomodò Petrus dici possit Ecclesiæ fundamentum; cùm non fuerit prior Ecclesia? to.13. 305. 2.

Petrus fuit fundamentum secundarium, minùs principale, & vicarium, seu substinens Christi Domini vices, qui est fundamentum primarium, principale, & perpetuum Ecclesiæ. tom.12. 4. 2; & 5. 2; & 65.2; & seq; & 580. 1; & to.2. ex Aluarez. 11. 1; & to.7. 641. 2; & to.8. 224. 2; & to.14.222. 2; & to.15. 172. 1.

Petrus dictus fuit Ecclesiæ fundamentum; sicut Ecclesia dicitur domus Dei composita ex viuis lapidibus. to.14. 572. 2.

Fundamenti pronomen diuersimodè conuenit Christo Domino, Petro, & Apostolis, qui etiam fundamenta duodecim dicti fuerunt. to. 14. 67. 2.

Petrus fuit fundamentum fundatum supra Christum Dominum, qui est primum fundamentum fundans omnia fundamenta, ac propterea fundamentum fundamentorum appellatur. to.15. 172. 2.

Aliter Petrus, & aliter Apostoli fundamenta Ecclesiæ fuerunt. to.18. 481. 2.

Fuit vera petra fundamentalis, supra quam ædificata fuit Ecclesia. to. 18. 478. 1.

Dictus fuit Ecclesiæ fundamentum, quia fuit prima petra, quæ debuit substinere onus aliorum lapidum viuorum. to. 18. 237. 1; & seq.

Non fuit fundamentum, sicut Christus Dominus; nam Christus Dominus fuit immobile per naturam, quia non potuit à fide deficere; Petrus verò per gratiam ei à Christo Domino communicatam. to. 18. 6. 2.

Petrus solus fuit fundamentum quod matrem Ecclesiam fundauit. to. 1. 425. 1; & sequen.

Illi soli fuit à Christo Domino promissa, tanquam fundamento, Ecclesiæ ædificatio. to. 7. 190. 1.

Cur à Christo Domino vocatus fuerit Ecclesiæ fundamentum? to. 2. ex Pighio. 16. 2.

Cur à D. Paulo vocatus fuerit fundamentum Ecclesiarum? to.3.2.2.

Quomodò dictus fuerit Ecclesiæ fundamentum? to.13.301; & seq.

Solum inter Apostolos fuisse Ecclesiæ fundamentum quomodò sit intelligendum? tom. 14. 237. 1.

Petrus considerando solùm gregem est fundamentum Ecclesiæ. to. 19. 578. 1; & sequen.

Petrus non ædificauit Ecclesiam, sed Ecclesiam ædificatam à Christo Domino substituit. to. 19. 530. 1; & seq.

Fuit constitutus fundamentum Ecclesiæ propter immobilitatem suæ fidei, propter primatum, & propter onus substinendi. to.20. 40. 1; & seq.

Petrus, & Christus Dominus non fuerunt duo fundamenta Ecclesiæ specie diuersa; sed vnum vice alterius. to. 20. 42. 2.

Petrus fuit constitutus fundamentum Ecclesię pro-

propter fidem; ficut Abraam propter fidem conftitutus eft Pater multarum gentium. to. 20. 44. 1.
Non fuit Ecclefiæ fundamentum, antequam Chriftum Dominum negaret, aliter periiffet Ecclefia. to. 20. 373. 1.

Petri electio, & etas.

Petrus quomodò inter Apoftolos fuerit primus electus à Chrifto Domino? tom. 2. ex Alano. 38. 2.
Cur potiùs Petrus, quàm Ioannes, qui erat Virgo, & fummè dilectus à Chrifto Domino, fuerit electus, vt effet Pontifex Ecclefiæ vniuerfalis? to. 9. 139. 231.
Petri trifitia, cùm à Chrifto Domino electus fuit Pontifex Ecclefiæ vniuerfalis. tom. 8. 133. 2; & feq.
Petrus præ alijs fuit electus, vt effet Chrifti Vicarius, & Caput totius Ecclefiæ. to. 2. 27. 1.
Electus fuit ad prædicandum Euangelium Iudæis; ficuti Paulus ad illud prædicandum gentilibus. to. 14. 534. 8.
Cur electus fuerit Chrifti Domini Vicarius? to. 3. 826. 2.
Quomodò in electione fuerit par, & æqualis cum Paulo? to. 13. 237. 2.
Fuit electus ex omnibus Apoftolis, vt inter eos primatum haberet. to. 4. 475. 18; & tom. 17. 58. 1; & feq.
Electus Paftor vniuerfalis Ecclefiæ ad quid teneretur? to. 13. 266. 2.
Quando fuit à Chrifto Domino electus, an fuerit fenior ætate omnibus alijs Apoftolis, ambiguum eft. to. 16. 474. 1.
Fuit à Chrifto Domino electus. to. 19. 500. 2; & feq.
Electus fuit ab Apoftolis quando non erant Epifcopi, fed folùm Petro affiftentes. to. 19. 83. 1.
Non fuit primus omnium vocatus ad Apoftolatum, nec fuit fanguine alijs præclarior. to. 19. 117. 1.
Cùm electus fuit ad Apoftolatum, non erat valdè fenex. to. 3. 822. 2.
Fuit iunior, & natu minor Andrea. tom. 19. 124. 1.
Non fuit primus vocatus à Chrifto Domino, fed fecundus, vel tertius. to. 17. 52. 1; & 57. 2.
Ab Andrea fuit adductus ad Chriftum Dominum. to. 17. 57. 1.
Eius amor in Chriftum Dominum fuit caufa, cur fuerit electus paftor Ecclefiæ. tomo 7. 150. 1.
An fuerit ætate maior Andrea? to. 17. 55. 1.
Fuit à Chrifto Domino antequam in cœlum afcenderet, declaratus fui Vicarius. to. 19. 570. 2.
Antequam effet declaratus Summus Pontifex fuit iudicatus alijs habilior, & dignior ex eo, quòd fe folus mifit in mare; quòd imperauit Difcipulis, vt laxarent retia; quòd foluerit æquale tributum; & quòd aliorum nomine refponderet. to. 19. 571. 2.
Petrus ex voluntate Apoftolorum, quomodò à Chrifto Domino fuit caput inftitutus? to. 20. 57. 2.
Electus fuit confentientibus Apoftolis, vt hanc electionis formam continuè Ecclefia feruaret. to. 19. 82. 2.
An fuerit ab Apoftolis electus? to. 19. 102. 2.

Petri encomia.

Petri encomia varia. to. 4. 477. 33.
Eius dignitas vniuerfalis afferta à SS. Patribus. to. 4. 756. 86.
Os Apoftolorum à Sanctis Patribus fuit nuncupatus. to. 4. 758. 97; & to. 3. 215. 2; & to. 11. 22. 1; & to. 17. 182. 2.
Abrahæ fuit comparatus. to. 2. 170. 1; & feq; & to. 17. 478. 2; & feq.
Eius varia encomia, & epitheta ex Sanctis Patribus collecta. to. 12. 409. 1.
Petrus fuit fanctitate præftans, paupertate eximius, humilitate maximus, & virtute fupremus. to. 4. 474. 13.
Supremum Theologorum omnium faftigium fuit appellatus à S. Dionyfio. tom. 4. 474. 14; & to. 7. 27. 2.
Eius encomia allata à D. Bafilio. to. 4. 750. 51.
Cur tam fingulariter fuerit commendatus à Chrifto Domino? to. 4. 770. 26.
A Nilo *epiftola ad Eufebium* vocatus fuit vertex, caput, & faftigium Apoftolorum. to. 18. 6. 1.
A S. Dionyfio vocatus fuit fidei petra, & Ecclefiæ magifter. to. 18. 6. 2.
A S. Ioanne Chryfoftomo fuit appellatus totius Orbis magifter. to. 16. 378. 9.
S. P. Auguftinus eum appellauit caput Ecclefiæ, & immobile fidei firmamentum. to. 16. 368. 9.
Sanctus Hieronymus autem caput Ecclefiæ, & principem Apoftolorum. to. 16. 368. 9.
Origenes etiam eum appellat verticem Apoftolorum. to. 16. 368. 9.

Petri fides.

Petro fuit conceffa à Chrifto Domino infallibilitas fidei. to. 8. 147. 2; & feq.
Eius fides infallibilis reddita fuit oratione Chrifti Domini. tomo 18. 74. 1; & tom. 5. 18. 2.
Debuit habere fidem infallibilem, quia debuit confirmare omnes in fide; plures enim in fide hæfitantes ad eius cathedram debebant recurrere. to. 18. 74. 1.
Eius fententia in Concilio Hierofolymitano firmauit animos Hebræorum, & Gentilium hæfitantes in fide. to. 18. 174. 1; & feq.
Quia debuit omnes in fide firmare, ideo primus omnium prædicauit Euangelium, in quo fides continetur, ad quam confirmandam tot miracula edidit. to. 18. 74. 2.
Petrus habuit donum infallibilitatis fidei nedum in Concilio, fed etiam extra Concilium. to. 12. 164. 2; & 165. 1.
Chriftus Dominus orauit folùm pro Petri fide, ne vnquam deficeret; non autem orauit pro fide omnium Apoftolorum æqualiter. to. 12. 14. 2; & 15. 2; & 167. 1.
Petri fidem redditam fuiffe oratione Chrifti Domini indefectibilem fignificatum fuit ei traditam fuiffe poteftatem infallibilem in iudicandis omnibus fidei controuerfijs. to. 6. 690. 2.
Eius fides poterat confiderari vel per ordinem ad eumdem Petrum, vt erat perfona priuata; vel vt erat caput Ecclefiæ. tomo 8. 314. 1.
Eius fidei infallibilitas transfunditur in Romanos Pontifices eius fucceffores, fimul cum

cum dignitate Pontificia. to. 8. 4c4. 2, & to.16. 312. 1; & seq.

Fidei infallibilitas colligitur etiam ex illis verbis : *Oues mea vocem meam audiunt* ; quia Deus loquitur per os Petri. qui est pastor loquens sensibiliter ouibus. tom.8. 415. 1; & seq.

In fidei infallibilitate de iure Diuino succedit Petro solus Romanus Pontifex. to. 16. 316. t; & seq; & 318. 1; & seq; & 319. 1; & sequen.

Petrus in fide nunquam errauit. to. to. 299. 2.

Tet negando Christum Dominum grauiter peccauit contra externum, non contra internum actum fidei. to.10. 100. 2.

Negando se nosse Christum fidem non amisit, sed tantùm in fide fuit tentatus. to. 1. 337. 1; & to. 3. 342. 1; & to. 5. 19. 1; & to.10. 301. t 2; & 186. 2.

Quo tempore Christi oratio Petro profuerit? to.10. 301. 2.

Petrus adiotus à Diuina gratia nunquam potuit deficere. to.1. 139. 1.

Petrum post confirmationem acceptam à Spiritu sancto errare potuisse erroneum est. to. t1. 36. 18.

Petri fides quomodò simpliciter indefectibilis fuerit? to.11. 395. 3.

Eius fidei indefectibilitas est argumentum primatus Ecclesiæ. to.14. 110. 1; & seq.

Petri, eiusque successorum infallibilitas in rebus fidei ex Diuinis Scripturis apertè monstratur. to.7. 671. t; & 672. 2; & 673. 2.

Petrus ex oratione Christi Domini duo priuilegia recepit ; vnum personale ; quòd scilicet eius voluntas nunquam in fide defecerit; alterum reale ; quòd nempe hæc infallibilitas esset transfundenda in successores ; quia nunquam eius fides poterit deficere ; & secundùm hoc munus infallibilitas est annexa Pontificatui. to.7. 227. 2; & seq.

Petro soli à Christo Domino fuit promissa infallibilitas fidei. to.7. 551. t.

Petri fides est id, supra quod fundata fuit Ecclesia ita tamen, vt fundata sit supra Petrum. tomo 15. 242. 14, & seq; & 244. 22; & seq.

An negando Christum Dominum errauerit in fide? to.3. 371. 2.

Quamuis negauerit Christum Dominum; quia tamen post negationum fleuit amarè, ideo fidem retinuit. to.9. 197. 18.

Petrus trinæ negationi reddidit trinam confessionem. to.17. 120. 1; & seq.

Petro soli promissa fuit fidei indefectibilitas, & Ecclesiæ ædificatio. to.7. 190. 1.

Ambulans super aquas penè submersus non dubitauit de Christi Domini potentia, sed tantùm non efferbuit in fide. to.3. 491. 2.

Fidelissimè seruauit depositum à Christo Domino ei commissum. to.1. t74. 2; & seq.

Fuit fidelissimus sacrarum Scripturarum interpres, & custos. to.1. 232. t.

Fertur dictasse Euangelium Matthæi, & Marci, to.t. 207. 2.

Petri fides fuit ratio, cur Ecclesia ædificata fuerit supra Petrum. tomo t8. 480. 2; & 7. 1; & seq; & to.15. 244. 22; & seq.

Petrus per fidem meruit, vt fieret caput Ecclesiæ, sicut Abraham per fidem meruit, vt fieret Pater multarum gentium. tom.18. 8. 1; & 484 t.

Petrus solus habuit fidem immobilem, quia aliorum fidem debebat firmare ; & post Christum Dominum fuit primus qui fidem indefectibilem habuerit. tom.18. 237. t; & seq.

Petrus fratres suos confirmauit in fide, quando in Concilio Hierosolymitano sedauit quæstionem à Sathana moram contra obseruantiam legalium. tom. t8. 8. 2; & t47. 1.

Omnes alios Apostolos confirmare debuit in fide. to.3. 804. 2; & to.8. 4t1. t.

Illi soli fuit promissa à Christo Domino indefectibilitas fidei. to.7. 190. 1.

Approbauit Pauli Euangelium, & ipsum confirmauit in fide, & consecrauit Apostolum gentium. to. 20. 273. 6.

Accepit fidei stabilitatem non vt persona priuata, sed vt Pastor Ecclesiæ; & ideo potestas confirmandi in fide debuit transire in successores. to. 20. 58. 2.

A Christo Domino accepit potestatem confirmandi in fide alios Apostolos. tom. 20. 47. 1.

Simulando legalia non peccauit in doctrina fidei. tom.20. 373. 1.

Fuit auctor cessationis legalium. Actor.15. to.16. 378. 7.

Petrus solus in communi omnium Apostolorum periculo à Christo Domino in fide fuit confirmatus. to.20. 47. 2.

Petri lacrymæ.

Petrus maiorem gratiam flendo acquisiuit, quàm peccando perdiderat. to.7. 149. 1.

Quia fleuit amarè, ideo fidem retinuit. to.9. 197.18.

Suum peccatum deflendo factus est fortior in fide. to.13. 302. 2.

Suis lacrymis penitus deleuit negationis delictum. to.8. 224. t; & seq.

Petri lacrymæ fuerunt amarissimæ. tom. 16. 373.19.

Petrus tam amarè fleuit propter negationem, vt eius faciem callos haberet, per quos lacrymæ decurrebant. to.16. 373. t9.

Sic abundanter fleuit Petrus, vt non duobus tantùm, sed mille, & amplius oculis lacrymas deduxisse videatur. to. 8. 225. t.

Felici præsagio Petrus in mare se immisit, quo denotaret se in lachrymarum pelagus immergendum, vbi submersa aquis culpa, purior exiret. to.8. 227. 2.

Petrus lachrymis suis exemplum singularis pœnitentiæ emulandum reliquit. tomo 8. 211.2.

Petrus lachrymis, quas profudit delicti sui grauitatem agnouit, & expiauit. tomo 8. 217.2.

Petrus salubriùs sibi displicuit quando fleuit, quàm sibi placuit quando præsumpsit. tomo 8. 218. 2.

Petrus non aliunde pœnitentiam suam, quàm à pudore, & lachrymis potuit auspicari. to.8. 225. 1.

Petri miracula.

Petri miracula varia. to.12. 171. 1; & to. 3. 148. 2; & seq; & to.19. t6. 1.

Petrus

Petrus solus ambulauit super aquas, quæ populos significabant. to.1n. 583. 1.
Petro soli mysteriosè de Cœlo submissus fuit discus plenus omnibus animalibus, quo significata fuit vniuersa Ecclesia, cuius plena potestas Petro iam fuerat collata. to.6. 564. 2.
Petrus claudum à natiuitate sanauit. tom.8. 22. 1; & seq; & to. 14. 558. 2; & tom. 16. 577.2.
Sanum reddidit Æneam Lyddum paralyticum. to.8. 24. 2.
Thabitam mortuam exsuscitauit. to.8. 26.1; & seq.
Sola eius vmbra sanabat infirmos. to. 8. 28. 1; & to.14. 559. 1; & to. 16. 378. 1.
Solo suæ vocis sono extinxit Ananiam, & eius vxorem Saphiram. tom.14. 358. 1; & 558. 2.
Petrus fuit primus, qui ante omnes Apostolos cepit patrare miracula. to.3. 805. 2.
Miraculosè ab Angelo liberatus fuit è carcere. to.16. 379. 2.
Constat Apostolum Paulum summoperè admirandam habuisse Diui Petri beatitudinem, & præcipuè ei præ cæteris Apostolis semper adhæsisse, vt quantis Diuus Petrus miraculis, & virtutibus micaret. tom. 19. 81. 2.
Diui Petri opera mirabilia enumerantur explicitè. to.19. 81. 1.

Petri mors.

Petrus mortuus est Romæ. to. 17. 627. 1; & to.18. 51. 1; & seq.
Eius mortis descriptio. to.1. 357. 2.
Post Christi mortem vixit triginta quatuor annis partim Hierosolymæ; partim Antiochiæ; & partim Romæ. to.4. 477. 35.
Petrus moriens viduam non dereliquit Ecclesiam. to.1. 9.
Eius martyrium ab Eusebio fuit narratum. to.1. 47. 1; & seq.
Quot annis vixerit? to.10. 429. 1; & seq.
Petri mors Ecclesiam firmauit. tomo 1. 7. 1.
Petri, & Pauli mors fuit eadem die, & in eodem loco. tom. 17. 627. 1; & sequen.
Iussu Christi Domini mortem Romæ subijt. tom.17. 352. 1.
Eius mors fuit illustrata luminibus per aliquot noctes ad locum eius Martyrij apparentibus. tom.18. 87. 2.
Martyrio coronatus fuit Romæ cum Paulo anno post Ascensionem Domini trigesimo octauo. tom.20. 288. 2.
Petrus ab illa principali petra, nempè à Christo, communionem, & virtutis, & nominis assumpsit, idèst continuum desiderium, vt sibi moriendi pro Christo daretur constantia. tom.7. 149.2.

Petri munus Apostolatus, seu prædicandi.

Petro datum fuit munus prædicandi ad eos, qui erant ex Circuncisione ad similitudinem Christi, qui primò missus fuit ad eos, qui sunt ex Israel. tom.16. 395. 24; & tomo 18. 494. 2.
Aliquando fuit etiam vocatus Apostolus gentium. tom.2. ex Pighio. 40. 2.
Ei fuerunt à Christo Domino collata plura munera, quàm alijs Apostolis. to. 16.481. 1; & sequen; & tom.7. 189. 2.
Petro soli præceptum fuit, vt gentes ad Ecclesiam admitteret; cùm linteum animalibus omnium generum plenum è Cœlo ei fuit demissum; eique dictum fuit: *Surge, & manduca*. tom.14. 559. 2; & tomo 16. 378. 1.
Verbum salutis primus omnium gentibus annunciauit. tom.1. 435. 1.
Petrus prædicauit Iudæis, & Gentibus. tomo 20. 56. 2.
Quomodò fuerit Apostolus Circuncisionis? tom.19. 582. 1; & sequen.
Petrus fuit Apostolus Circuncisionis, quia ei præcipuè commissa fuit conuersio, & cura Iudæorum. tom.2. ex Pighio. 39.2; & sequen.
Tria munera principalia accepit à Christo Domino; scilicet rationem capitis, Apostolatus, & Episcopatus. tom.4. 302. 6.
Petro, & alijs Apostolis quædam munera fuerunt concessa pertinentia ad communes, & maximas Ecclesiæ necessitates; quædam verò tanquam priuilegia personalia. tom.4. 476. 26.
Fuit primus prædicator Iudæorum, & Gentium. tom.4. 759. 101.
Habuit à Christo Domino aliqua munera tantùm pro sua persona; alia verò pro se, & pro suis successoribus; sicut Adam habuit aliqua dona à Deo tantùm pro se; alia verò etiam pro suis posteris. tom.13. 323.1.
Solus decreuit prædicandum esse gentibus Euangelium. tom.3. 839. 1.
Vnde hauserit suam doctrinam, cùm aliunde esset rudis piscator? tom. 1. 174. 2.
Docendi munus primus omnium accepit, & illud incepit exercere. tom. 1. 254. 1.
Quoad munus Apostolicum fuit par alijs Apostolis. tom.12. 127. 1.
Ei soli cur reuelata fuerit à Patre Christi Diuinitas? tomo 14. 140. 1; & sequen.
Petrus quomodò dictus fuerit Apostolus præputij, & Paulus circuncisionis? tom. 20. 373.1.
Missus fuit prius ad Iudæos, & postea ad Gentes. tomo 14. 268. 1; & sequen.
In munere Apostolatus fuit æqualis alijs Apostolis. to.7. 192. 1; & seq; & to.17. 38. 1; & sequen.
Petri ampliorem curam, quàm cæterorum Apostolorum, habuit Christus Dominus, quàm explicuit illis verbis: *Sequere me*. tom.16. 376. 2.
Transtulit circuncisionem carnis in circuncisionem spiritus. tomo 17. 479. 2.
Quomodò ei commissum fuerit Euangelium circuncisionis? tomo 17. 588. 1; & sequen.
Habuit speciale mandatum à Christo Domino prædicandi Euangelium priùs Iudæis, & postea gentibus. tomo 18. 494. 1.

Post Christi Ascensionem in Cœlum primus omnium prædicauit, & ministrauit Iudæis baptismi, & pœnitentiæ Sacramentum. tom.1.338.2.

Quamuis fixerit Sedem Antiochiæ, & postea Romæ; attamen semper ibat ad alias Ciuitates prædicans Regnum Dei, pabulum prædicationis Christi ouibus præbens, & alias oues adducens ad ouile sibi collatum. tomo 3. 820. 2.

Petri munus fundandi Ecclesiam.

Petrus verè fundauit Ecclesiam Romanam, cuius fuit Episcopus. tomo 16. 515. 1; & sequen; & 519. 2; & sequen; & 520. 1; & sequen.

Eius sollicitudo pro Ecclesia fundanda, post Christi Ascensionem in Cœlum. tomo 1. 435. 1.

Fundauit tres Ecclesias Patriarchales, Romanam scilicet, Antiochenam, & Alexandrinam. tom.12. 162. 2.

Præter Ecclesias Patriarchales multas alias in Europa fundauit. tomo 12. 582. 2.

Petrus priùs fundauit Ecclesiam Hierosolymitanam, quam reliquit Iacobo Apostolo; deinde Antiochenam, quam dedit Euodio; & tandem Romanam, quam sibi vsque ad mortem retinuit. tom. 1. ex Tannero. 22. 143; & sequen, & tomo 14. 57. 1.

Iussu Dei fundauit, & retinuit Ecclesiam Romanam; & ideo Romanus Pontifex de iure Diuino est Petri successor in Ecclesiæ vniuersalis regimine. tom.14. 57. 2.

Quo anno Ecclesiam Antiochenam, & Romanam fundauerit? tom. 17. 232. 2; & sequen.

Eius intentio in fundandis, & erigendis Ecclesijs. tom.4. 30. 7.

Illius diligentia in Ecclesia fundanda. to. 1. 47. 1.

Priùs fundauit Sedem Antiochiæ, quam posteà transtulit Romam. tomo 10. 162. 2.

Petrus decentiùs fuit Episcopus Romanus, quàm Hierosolymitanus; quia sic eius primatus magis fuit declaratus. tom. 19. 122.2.

Ei soli commissa fuit Ecclesia his verbis: *Pasce oues meas, &c.* tomo 19. 546. 2.

Petri munus in Concilijs.

Petrus ex officio conuocauit Apostolorum Collegium ad eligendum in locum Iudæ Matthiam. tom.10. 238. 2.

In Collegio Apostolico solus expressè fuit nominatus. tom. 10. 238.1.

In Concilio locutus est priùs, quàm loquerentur alij Apostoli. tomo 4. 759. 107.

Ipse solus præfuit, vt Iudex Concilio. tom.1. 247. 2; & tom.4.763. 128.

In Concilio præsedit, vt Caput. tom. 4. 534. 13.

Eius præsentia, & stylus, quem in Concilijs seruabat. tom.13. 504. 1.

Illius sententia quæ fuerit? tom.7. 542. 1; & tom.15. 264. 2.

Petri sententiā non confirmauit, sed promulgauit D.Iacobus tanquam Episcopus in diœcesi. to.8. 944. 2; & to.14. 432. 1; & seq; & to.19. 181.1.

Fuit præsens omnibus Concilijs suo tempore institutis. to.7. 764. 1.

Ipse solus conuocauit Apostolos ad Concilia. to.5. 15.2;& to.8. 787. 2.

Ex officio protulit sententiam in Concilio Hierosolymitano. to.10. 239.1.

Non congregauit concilium necessitate compulsus. to.3. 860. 1.

In Concilio impleuit partes boni Pastoris. to.18. 321. 1.

Quomodò quæstionem ortam circa obseruantiam legalium sedauerit? to. 18. 324. 1.

Petrus cur electionem septem diaconorum commiserit Apostolis? to. 19.234. 1.

Petrus in medio Concilij surrexit, & constitit tanquam Princeps reliquorum,& caput, & iure suo proposuit reliquis, quæ fieri oportebat. Igitur dum asseritur Apostolos congregasse Concilium, intelligendum est illud fecisse iuxta sententiam B. Petri Præsidis. to.4. 688. 15.

Petri munus pascendi.

Petrus fuit à Christo Domino institutus Pastor Pastorum. to.3. 905. 1.

Ei fuit à Christo Domino cōmissum officium Pastoris secundùm tres rationes, scilicet pascendi, sanandi, & gubernandi Christi oues. to.16. 480. 2.

Constitutus fuit Pastor vniuersalis Ecclesiæ. to.4. 289.

Omnes oues ei fuerunt vniuersaliter commissæ. to.2. ex Pighio. 39. 1; & seq; & to.16. 479.2; & seq.

Illi soli, non omnibus Apostolis, dictum fuit: *Pasce oues meas.* to. 16.479. 2; & to. 19. 546. 2.

Ei fuerunt commissæ oues omnium Ecclesiarum. to.16. 483. 2; & 484.1; & seq.

Quando ei fuerit promissus Pastoratus totius Ecclesiæ? to.16. 371. 1; & 373. 1.

Illi fuit collatum Pastoris officium illis verbis: *Pasce oues meas.* to.16. 375. 10.

Petri Pastoratus ex solutione didrachmatis rectè colligitur. to.16. 372. 8.

Cur ei dictum bis fuerit. *Pasce Agnos meos*; & semel tantùm: *Pasce oues meas*? tom. 3. 445. 1.

Ipsi, & eius successoribus concessa fuit cura totius gregis Ecclesiæ. to.1. 3.2.

Solus omnium ouium Ecclesiæ curam gessit. to.1. 425.1; & seq.

Fuit constitutus Pastor agnorum, & ouium; idest omnium fidelium. to.4. 756. 9.

Functus fuit officio Pastoris coram omnibus alijs Apostolis. to.4. 758. 94; & seq.

Ei soli munus proprij Pastoris à Christo Domino fuit collatum. to.4. 788. 60.

Quid ei collatum fuerit illis verbis: *Pasce oues meas*? to.9. 149.16.

Petro, & Apostolis collatum fuit munus pascendi, sed inæqualiter. to.13. 295. 2.

Quo tempore acceperit munus pascendi? tomo 13. 315. 1.

Ante Christi Domini mortem accepit munus pascendi in spe; non autem in actuali possessione. to.13. 317. 2.

Munus pascendi oues quid importet? tom. 13. 295. 2; & to. 3. 804. 1.
Quomodò ipse, & eius successores gregem sibi commissum à luporum inuasione defenderint? to. 1. 572. 1.
Admonuit suos successores, vt diligenter exercerent suum officium, to. 1. 568. 1.
Cur ei fuerit Ecclesia comissa sub ouilis, & ouium parabola? to. 16. 339. 2; & seq.
Fuit Pastor etiam Apostolorum, & illos etiã pascere debuit. to. 3. 804. 1; & 814. 1; & 825. 2.
Quomodò fuerit simul Pastor, & ouis Ecclesiæ? to. 3. 807. 2.
Agnorum, & ouium nomine ei tradita fuit Ecclesia vniuersalis regenda. to. 12. 18. 2; & 19. 2.
Ei soli, non omnibus, dicta fuerunt hæc verba: *Pasce oues meas.* to. 12. 16. 1; & to. 14. 265. 1; & seq; & to. 18. 489. 2.
Hæc verba ad literam sunt accipienda. to. 18. 487. 1.
Ei traditi fuerunt omnes agni pascendi, idest minores, ac simpliciores Christiani; & omnes oues, idest Sacerdotes, & Episcopi qui sunt maiores in Ecclesia, & generant alios in fide. to. 8. 415. 1; & tom. 12. 19. 2.
Petro soli data fuit cura pastoralis totius gregis; alijs autem Apostolis datus fuit Spiritus Sanctus. to. 14. 232. 1.
Fuit Pastor etiam Apostolorum. to. 17. 37. 1.
Ei dicta fuerunt ea verba: *Pasce oues meas:* ad commendandam Ecclesiæ vnitatem teste S. P. Augustino. to. 17. 115.
Petro traditæ fuerunt oues pascendæ, nedum Israelitæ, quæ iam erant ad fidem connexæ; & erant Christi Domini oues; sed etiam Gentiles, qui erant oues ad Christi ouile per ipsum adducendæ. to. 17. 117. 1; & seq.
Eius officium principale, & primarium fuit pascere gregem sibi à Christo commissum. to. 17. 148. 1; & seq.
Petrus debuit, & potuit tripliciter oues pascere. to. 13. 292. 2.
Accepit munus pascendi oues Ecclesiæ, quo significata fuit plenaria in Ecclesiam potestas. to. 8. 383. 2; & seq.
Illis verbis: *Pasce oues meas:* ei tradita fuit potestas regendi totam Ecclesiam; & idem sonant, ac: *Esto loco mei Præpositus fratrum tuorum* teste S. Ioanne Chrisostomo. to. 18. 239. 1.
Ei commissum fuit munus gubernandi Christi Domini gregem; quia plùs alijs Apostolis amabat Christum Dominum; & ideo plùs alijs laborauit pro eius grege, quem Christus Dominus tantùm amauit, vt pro illo mortuus fuerit. to. 18. 239. 1; & seq.
Petrus quomodò deberet pascere Christi Domini oues. to. 19. 352. 2; & seq.
Petrum esse Pastorem ouium, non suarum, sed Christi Domini. concludit esse Pastorem Vicarium, & principalem. tom. 19. 503. 1.
Petro traditæ sunt oues pascendæ, non lupi, leones, aut vrsi. to. 19. 549. 2.
Petrus solus in præsentia aliorum Apostolorum iubetur pascere oues. to. 20. 48. 1.
Petro traditum fuit munus pascendi spiritualiter. to. 20. 49. 2.
Petro solo collatum fuit officium pascendi oues; idest pabulum præbendi, sanandi, defendendi, discernendi, malos corrigendi, & puniendi. to. 17. 114. 1.
Ex officio sui Pastoratus sanans claudum non etiam pro Ioanne, sed pro se solo respondit. to. 16. 377. 2.
Ei collatum fuit munus pascendi oues. to. 10. 335. 1.
Illis verbis: *Pasce oues meas:* administratio totius Ecclesiæ ei fuit commissa. tom. 3. 444. 2.
Solùm post pœnitentiam officium Pastoris recepit. to. 1. 6. 1
Cur de amore erga Christum Dominum fuerit interrogatus, antequam Ecclesiæ ouili præficeretur? to. 16. 340.
Ei traditæ fuerunt omnes, non aliquæ tantùm oues pascendæ. to. 14. 266. 2; & seq.
Aliqua ei dicta fuerunt à Christo Domino, vt personæ priuatæ; & alia, vt Pastori vniuersalis Ecclesiæ. to. 8. 282. 2; & seq.
Illis verbis: *Pasce oues meas:* fuit constitutus Pastor totius Ecclesiæ. tom. 14. 91. 2; & 93. 1.
Quomodò fuerit institutus Pastor, & Caput Ecclesiæ? to. 12. 204. 1; & seq.
Petrum constitutum fuisse vniuersalem Pastorem Ecclesiæ ostenditur ex SS. PP. Augustino, Cypriano, Hieronymo, Maximo, Chrysostomo, & Theophilo. tom. 14. 93. 1; & seq.
Item ex SS. Gregorio, Ambrosio, & Leone, & alijs. to. 14. 94. 2; & seq.

Petri munus piscandi.

Petrus solus post piscium capturam fuit interrogatus à Christo Domino, an eum diligeret. to. 12. 17. 1.
Dum piscaretur videns Dominum proiecit se in mare non metuens eius profunditatem. to. 16. 375. 1.
Discipuli sequentes Petrum ad piscandum euntem Christum Dominum meruerunt videre. to. 16. 375. 1.
Petrus mittens se in mare significauit se totius Ecclesiæ militantis gubernium susceptutum fuisse. to. 1. 4. 1.
Solus misit se in mare, quia non vnam nauim, idest vnam Ecclesiam, sed sæculum ipsum gubernandum debebat suscipere. tom. 4. 888. 61; & to. 16. 372. 1; & to. 20. 52. 1.
E nauicula se proijciens in mare insigne sui amoris in Christum argumentum ostendit. to. 8. 31. 2.
Eius incessus super aquas tripliciter fuit consideratus. to. 8. 33. 1.
Illius timor, ne mergeretur qualis fuerit? to. 8. 34. 1; & seq.
Petri nauicula fluctuat, sed non submergitur, nec potest submergi. to. 6. 9. 19.
Cur solus cum Domino super aquas ambulanerit? to. 3. 446. 1; & seq; & to. 10. 238. 1.
Petri nauis significauit Ecclesiam, quam Christus Dominus Petro gubernandam concessit. to. 6. 691. 1.
Petri ambulatio super aquas significauit se susceptutum fuisse potestatis plenitudinem in omnes gentes. to. 20, 52. 2.

Petri nauis non turbatur, sed nauis, quæ Iudam habet. to. 19. 35. 2.
Ambulans super aquas penè submersus non dubitauit de Christi Domini potentia. to. 3. 491. 2.
Petri piscatio designauit eius primatum; quia rete plenum piscibus, quod alij Apostoli trahere non valebant fuit tractum in terram ab ipso Petro, & rete non est scissum. to. 20. 49. 1.
Petri ambulatio super aquas cum Christo Domino significauit solùm Petrum simul cum Christo Domino debuisse calcare, & superare omnes hæreses. tom. 20. 52. 1; & seq.

Petri munus Pontificis.

Petrus quo tempore à Christo Domino consecratus fuerit Pontifex? to. 13. 321. 1.
Simul cum alijs Apostolis fuit factus Sacerdos in Cœna; & vt Sacerdos illis maior non fuit. to. 13. 321. 1.
In illius pontificatus initio nulli Ecclesiæ particulari fuit addictus. to. 4. 777. 33; & to. 17. 350. 2.
Multos Episcopos, & Sacerdotes tamquam Pontifex vniuersalis pluribus præposuit Ecclesijs. to. 1. 406. 2.
Dedit priùs Episcopos Sedibus Patriarchalibus Orientis, & postea Ciuitatibus Occidentis. to. 4. 46. 1.
Absque clericorum consensu diuersis in locis plures ordinauit Episcopos. tom. 3. 518. 2; & to. 19. 359. 1.
Accepit immediatè à Christo Domino dignitatem Episcopalem. to. 4. 129. 2; & 130. 2; & to. 9. 645. 2.
Ipse solus à Christo Domino fuit ordinatus Episcopus. tom. 2. ex Aluarez. 11. 1; & to. 10. 239. 1; & to. 12. 132. 1; & to. 13. 318. 1; & to. 19. 234. 2.
Quando fuerit ordinatus Episcopus? tom. 9. 540. 2.
Fuit ordinatus Episcopus post Christi Domini Resurrectionem. to. 19. 234. 2.
Petrus fuit potiùs Cardinalium promulgator, quam institutor. to. 19. 147. 1.
Romam veniens, cùm Apostoli erant dispersi in omnem terram aliud Collegium Sacerdotum instituit, vt sibi assisteret, quod fuit Cardinalium Collegium. tomo 19. 147. 2.
Constituit Iacobum fratrem Domini Episcopum Hierosolymitanum. to. 2. ex Pighio. 26. 2; & to. 20. 276. 4; & to. 19. 235. 2; & seq.
Quanuis alij præcurrissent ad Christi Domini monumentum post illius Resurrectionem; attamen ipse, vt Summus Pontifex, ex officio primus omnium intrauit. tom. 16. 374. 1.
Ei soli in Scriptura aliquando attribuitur iter ad sepulcrum. to. 16. 374. 2.
Tamquam Pontifex præcepit Hebræis conuersis ad fidem, vt agerent pœnitentiam. to. 16. 377. 2.
Constituit Episcopos, & Primates in Ciuitatibus Ethnicorum, in quibus erant flamines, & archiflamines, seu sacerdotes, & archisacerdotes Gentilium. tom. 16. 402. 1.
In sui Pontificatus munere habuit coadiutores omnes Apostolos. tom. 2. ex Aluarez. 5. 2.
Non debuit mittere ad prædicandum Apostolos, quia à Christo Domino missi iam fuerant. to. 16. 394. 2.
Multa fecit simul cum Apostolis, quæ sola ex sua Pontificali potestate facere potuisset, vt suam humilitatem ostenderet. to. 9. 577. 201.
Misit Apostolos, quò eos vocabat Ecclesiæ necessitas. to. 1. 254. 2.
Plures etiam Doctores misit ad plures Ecclesias. to. 1. 256. 1.
Ecclesiæ pacem, tamquam Pater vniuersalis primus post Christum Dominum procurauit. to. 1. 567. 2.
Clementem consecrauit Episcopum; ordinauit Linum, & Cletum, quos suos coadiutores constituit. to. 4. 181. 2; & tom. 9. 190. 1; & to. 10. 259. 1; & to. 12. 154. 2; & 598. 1.
Quomodò elegerit D. Clementem? tom. 19. 99. 1.
Petrus institutus fuit Pontifex à Christo Domino, & à Petro instituti sunt alij Episcopi. to. 19. 107. 2.
Pontificatum Antiochiæ septem annis exercuit; & discedens illi Ecclesiæ Euodium præfecit. to. 3. 702. 2; & to. 17. 598. 1.
Petro interueniente collatum fuit à Christo Domino munus Episcopale alijs Apostolis. to. 12. 217. 2.
Constituit plures Episcopos, & septem alios Ecclesiæ ministros. to. 14. 559. 1.
Ipse ordinauit Episcopos alios Apostolos. to. 14. 354. 2.
Accepit in propria persona Pontificatum totius Ecclesiæ. to. 14. 57. 1.
Ordinauit, & consecrauit Apostolos. to. 19. 27. 2.
Antequam esset Episcopus Romæ, iam erat Pontifex totius Ecclesiæ. to. 7. 198. 2.
Lino, & Cleto suis coadiutoribus non contulit potestatem in totam Ecclesiam. to. 7. 244. 2.
Septuaginta duobus Discipulis concessit potestatem; non autem illam concessit Apostolis, quia iam illam à Christo Domino habuerant. to. 12. 579. 1.
Petri verba ad Clementem. to. 9. 446. 155; & seq.
In Pontificatu non successit Christo Domino, nec in Sacerdotio; quia Christus Dominus manet Pontifex, & Sacerdos in æternum; successio autem fit per translationem Sacerdotij, & Pontificatus; ideo fuit tantùm destinatus Christi Vicarius. tomo 17. 16. 1.
Petrus solùm ad tempus accepit Pontificatum, quia post mortem illum transmisit in suum successorem. to. 17. 19. 1.
Tamquam Pontifex approbauit, & laudauit omnes D. Pauli epistolas. tom. 17. 179. 1.
Ab eo Sacramentorum dispensatio originem duxit. to. 19. 134. 1.
Quomodò Pontificatum acceperit? tom. 19. 87. 2.
Immediatè accepit à Christo Domino munus Pontificale. to. 19. 89. 2.
Scripsit duas epistolas. to. 14. 430. 1.

Fuit post Christum Dominum primus Pontifex. to. 15. 199. 34.

Multa ex humilitate, & pro Ecclesiæ pace, atque concordia permisit, & tolerauit. to. 9. 213. 154.

Cur petierit à Christo Domino, quoties deberet peccata remittere? to. 11. 552. 9.

Constitutus fuit à Christo Domino Vicarius in terris. to. 10. 163. 1; & seq.

Fuit immediatus Christi Vicarius. tom. 20. 288. 2.

Post Christum Dominum fuit magister vniuersalis Ecclesiæ. to. 20. 277. 1; & seq.

Petro à Christo Domino quatuor fuerunt promissa, quibus exceptus fuit Pontificatus Ecclesiæ. to. 19. 543. 1; & seq.

Petro soli dictum fuit: *Pasce oues meas* &c; quibus verbis constitutus est Pontifex totius Ecclesiæ. to. 19. 148. 1, & seq.

Petrus Antiochiæ celebrauit primam missam, & ritum instituit. to. 19. 135. 1.

Primus omnium contulit ordinis Sacramentum. to. 19. 135. 1; & seq.

Primus administrauit Sacramentum pœnitentiæ. to. 19. 136. 1.

Item extremam Vnctionem. to. 19. 136. 2; & seq.

Item Sacramentum matrimonij. to. 19. 137. 2.

Petri munus puniendi.

Petrus protulit sententiam mortis in Ananiam, & Saphyram, & in Simonem Magum. to. 1. 288. 1; & to. 10. 239. 1.

Hæreticos eiecit ab Ecclesia, & nos monuit, vt semper ab eorum versutijs caueremus. to. 1. 360. 1.

Eius successores Clemens Papiam, & Cerinthum, Enacistus Berboticas, qui inter cætera etiam communes vxores habebant, Eleutherus Tarianum, Victor Cataphrygas, & alios iudicarunt, & excommunicarunt. to. 1. 388. 1; & seq.

Petri munus regendi Ecclesiam.

Petro fuit specialiter commissum à Christo Domino regimen totius Ecclesiæ. tomo 2. ex Aluarez. 8. 1.

Ei datum fuisse regimen totius Ecclesiæ declaratum fuit in Concilio Nicæno. to. 1. 8.

Cur fuerit à Christo Domino præfectus regimini totius Ecclesiæ? to. 4. 474. 1.

Quomodò vnus Petrus pro totius Ecclesiæ regimine suffecerit? to. 4. 757. 90.

Rexit priùs Ecclesiam Antiochenam, & posteà Romanam. to. 4. 776. 32.

Septem annis Ecclesiam Antiochenam rexit. to. 9. 393. 11.

In regimine, & administratione Ecclesiæ vniuersalis successit Christo Domino immediatè. to. 9. 604. 277; & to. 13. 297. 2.

Quamuis ei commissum fuerit regimen, & principatus totius Ecclesiæ; attamen non fuit vocatus Episcopus vniuersalis. to. 13. 243. 2.

Eius regimen, & cura circa nouella fidei germina quæ, qualis, & quanta fuerit? tom. 1. 476. 1.

Eius officium nedum fuit prędicare, sed etiam regere Ecclesiam. to. 14. 269. 1; & seq.

Petrum esse petram, supra quam ædificata fuit Ecclesia, nihil aliud significauit, quàm ei traditum fuisse munus regendi totam Ecclesiam. tomo 18. 481. 1; & sequen.

Munus regendi Ecclesiam, quod à Christo Petrus accepit fuit monarchicum. to. 10. 239. 2; & seq.

Item significatum fuit ipsi post Christum Dominum traditum fuisse munus regendi, & sustinendi totam Ecclesiam, & habendi sollicitudinem omnium Ecclesiarum. tomo 18. 233. 2; & 237. 1; & seq.

Petrus ostendit à Christo Domino sibi commissum fuisse munus regendi totam Ecclesiam illis verbis: *Sicut Deus elegit gentes per os meum audire verbum eius, & credere*. tomo 18. 148. 1.

Ei nomine clauium commissum fuit regimen, & cura ducendi ad Christum Dominum suum populum in Cęlum. tomo 18. 150. 1; & seq.

Illi soli dixit Christus Dominus: *Sequere me*: quia ipse solus debebat Christo Domino succedere in munere regendi totam Ecclesiam. to. 18. 75. 1.

Ita rexit Ecclesiam, & regimen ipsius ita firmauit, vt portæ inferi eam nunquam sint expugnaturæ. to. 4. 807. 9.

Ita rexit Ecclesiam, vt illius libertatem, & immunitatem statuerit. to. 1. 539. 1; & seq.

Pro bono Ecclesiæ regimine Antiochenam Sedem mutauit. to. 8. 173. 2.

Vt meliùs omnium regimini incumberet, omnium rerum suarum curam reliquit. to. 16. 372. 1.

Quomodò Ecclesiam rexerit in principio eius fundationis? to. 20. 271. 11.

Petro nomine ouium traditi fuerunt Ecclesiæ, & Episcopi, & pastores regendi; nomine autem agnorum traditum fuit vulgus fidelium. to. 20. 48. 2.

Petrus statuit Papæ electionem faciendam esse per Cardinales. to. 19. 102. 1.

Petri munus repræsentandi Ecclesiam.

Petrus repræsentauit Ecclesiam, non Ecclesia Petrum. to. 9. 394. 16.

Quomodò ipse solus gesserit personam Ecclesiæ? to. 4. 778. 41; & to. 8. 409. 2; & tomo 14. 52. 1; & to. 18. 482. 1; & seq.

Repræsentans Ecclesiam illius vnitatem significauit. to. 9. 485. 18.

Quomodò Ecclesiam repræsentauerit? tom. 7. 187. 1.

Quomodò responderit Christo Domino pro omnibus? tom. 14. 239. 1; & seq; & to. 18. 229. 2; & 483. 1.

Ecclesiæ nomine illis verbis: *Dic Ecclesiæ*: significatus fuit Petrus. to. 7. 549. 2.

Quomodò gesserit personam Ecclesiæ? tom. 5. 18. 1; & to. 12. 13. 1; & to. 17. 549. 2.

Fuit Ecclesiæ typus. to. 2. ex Aluarez. 2. 2; & 13. 1.

Sustinuit personam Ecclesiæ, sicut princeps sustinet personam Regni, Episcopus personam suæ Ecclesiæ, & Paterfamilias personam domus. to. 17. 41. 1.

Petrus non parabolicè, sed historicè Ecclesiam repræsentauit. to. 18. 462. 1.

Petri negatio, & confessio.

Petrus, quatenus homo erat, negauit Christum Dominum; sed fratres suos confirmauit, quatenus erat caput Ecclesiæ. tomo 16. 330. 1.

Quia ter negauerat Christum Dominum, ideo ter

ter fuit ab illo interrogatus, an illum diligeret? to. 10. 8. 2.
Negando Christum Dominum grauiter peccauit contra externum, non contra internum actum fidei. to. 10. 300. 2.
Negando se nosse Christum Dominum non amisit fidem, sed tantùm in fide fuit tentatus. to. 10. 301. 1; & 186. 2.
Verè negauit Christum Dominum. tomo 10. 301. 1.
Eius fides in negatione non defecit. tomo 3. 342. 1.
In trina negatione quomodò errauerit? to. 3. 371. 2.
Ore, non corde Christum negauit. to. 12. 82. 1; & to. 8. 215. 1.
Trina illius negatio maxima continet in se ipsa mysteria. to. 8. 213. 2.
Quodnam peccatum fuerit? tomo 8. 217. 1; & seq.
Cur à Christo Domino fuerit permissa? to. 8. 218. 2; & seq; & to. 3. 815. 1.
Fuit causa maioris erga Christum Dominum amoris. to. 8. 221. 2.
Aliæ causæ eiusdem negationis. to. 8. 221. 2.
Negationis delictum contritione ardentissima, & profusissimis lachrymis deleuit. tomo 8. 224. 1; & seq.
An negaerit Christum Dominum, postquam Christus Dominus orauerat, ne eius fides deficeret? to. 12. 168. 1.
Petri conuersio ad Christum Dominum, postquam illum negauerat. to. 12. 168. 2.
Ante negationem fuit factus Pontifex, sed solùm post negationem Ecclesiæ administrationem suscepit. tom. 4. 505. 52; & tomo 8. 152. 1; & to. 9. 541. 124.
Petri negatio quomodò sit intelligenda? tomo 6. 696. 1.
Negando Christum Dominum decidit à statu gratiæ, non è gradu Apostolatus. tom. 3. 898. 1; & to. 17. 103. 1; & 116. 1; & seq.
Negatio non obfuit, quominùs præficeretur Ecclesiæ regimini. to. 4. 766. 141.
In Ecclesiæ vertice collocandus cur fuerit permissum, vt caderet? to. 4. 766. 145; & seq.
Quanuis Christum Dominum negauerit, quia tamen fleuit amarè, fidem retinuit. to. 9. 197. 18.
Eius negatio in quo constiterit? to. 15. 113. 179; & seq.
Fuit tantùm peccatum infidelitatis externæ, non internæ. tomo 15. 114. 177; & seq; & to. 8. 215. 1; & seq.
Petri negatio fuit permissa, vt propriæ imbecillitatis conscius redderetur. tomo 8. 218. 1.
Vel vt lapsus in culpam ex S. P. Augustino superbiam decuteret, & præsumtionis elationem. to. 8. 218. 2.
Petrus lapsus est in negationem, quia Christum sequebatur ex curiositate, vt videret finem. to. 8. 219. 1.
Vel quia tentationis occasionem non declinauit. to. 8. 219. 2.
Aliæ causæ propter, quas permissa fuit Petri negatio. to. 8. 221. 1; & seq.
Petrus ter tantùm Christum negauit, & non septies, vt aliqui falsò putant. tomo 8. 212. 2; & seq.
Petri tres negationes in domo Caiphæ factæ fuerunt, & non in domo Annæ. tomo 8. 213. 1.
Petri negatio in domo Caiphæ fuit excusabilis, quia facta in domo, vbi non erat veritas. to. 8. 214. 2.
Petri negatio variè excusatur à SS. PP. to. 8. 214. 2; & seq; vsque ad 217.
Petrus propter mortis formidinem Christum Dominum negauit. to. 8. 216. 1.
Vel potiùs, ne expelleretur è domo Caiphæ à ministris, & à Magistro separaretur iuxta D. Cyrill. to. 8. 216. 1.
Petrus post negationem repentè resipuit, & pristinam recepit suo nomini congruentem fortitudinem. to. 8. 216. 2.
Petrus negando Christum iuxta Ambros. locutus est de eius diuinitate, quam mens humana capere non poterat. tom. 8. 216. 2.
Respondens: *ò homo non sum*, se ipsum potiùs visus est negasse, quàm Christum. tom. 8. 216. 2.
Cognato Malchi, qui in horto illum se vidisse testabatur respondens: *o homo nescio quid dicis*, non Christum, sed Iudæorum sacrilegia se nescire testatus est. to. 8. 216. 2.
Petri negationis verba quanuis fuerint ambigua, & in vtrumque sensum bonum, & malum detorqueri possint, non ex industria tamen ea sic protulit, quia reuera postea fleuit to. 8. 217. 1.
Petrus, quanuis excusabilis sit, verè tamen ter Christum negauit, aliàs non esset adimpletum Christi dictum: *Ter me negabis*. tomo 8. 217. 2.
Petrus dicendo: *Non noui hominem*, non negauit solam humanitatè Christi, sed etiam diuinitatem. to. 8. 217. 2.
Non fuit hæresis interna, & ideo fidem non amisit. to. 15. 114. 183; & seq; & tomo 8. 215. 1; & seq.
Petri negatio à Christo Domino fuit permissa, vt addisceret peccantibus, & pœnitentibus parcere, & compati. to. 18. 102. 3; & to. 8. 221. 1.
Eius charitas per negationem fuit sopita, non autem extincta. to. 2. ex B. Ægidio. 40. 2; & seq.
Post negationem factus est fidelior, & maiorem gratiam accepit, quàm amiserat. to 9. 197. 18; & 448. 176.
Eius negatio non præiudicauit illius primatui; sicut Moyses factus est Rector Synagogæ, postquam Ægyptium percusserat. to. 13. 267. 1.
Adhuc post negationem petra remansit. tomo 14. 262. 1; & seq.
Petrus postquam improborum societati se immiscuit adeò à constantia decidit, vt ad mulierculæ vocem consternatus negauerit Præceptorem. to. 8. 223. 1.
Petrus post negationem, quamdiù vixit, gallo canente vberrimo lachrymarum profluuio, in genua prouolutus veniam continuò postulabat. to. 8. 221. 2.
Petrus in Christi negationem lapsus est, propter prauorum societatem. to. 8. 222. 2; & seq.
Eius trina negatio trina confessione fuit deleta. to. 8. 212. 2.
Eius confessio de Christi Domini Diuinitate fuit singularis. to. 2. ex Pighio. 13. 2.

Con-

Confessus fuit Christi Domini Diuinitatem, et eius confessioni omnes Apostoli consenserunt. to. 17. 88. 2.

Primus omnium confessus fuit Christi Domini Diuinitatem. to.4. 759. 206.

Ex persona propria, non ex persona omnium Apostolorum confessus fuit Christi Diuinitatem. to.12. 7. 1.

Fuit constantissimus in confessione Diuinitatis Christi Domini. to.1. 174. 2.

Confitendo Christi Domini Diuinitatem quæ dona meruerit? to.2. ex Turrecrem. 9. 1.

Ob eximiam hanc confessionem solus à Christo Domino fuit vocatus beatus. to.1. 337. 1; & to.12. 7. 2.

Quomodò ex persona omnium Apostolorum confessus fuerit Christi Domini Diuinitatem? to.12. 8. 1; & 122. 1; & 580. 1.

Petrus trina confessione meruit totius Ecclesiæ primatum. to.5. 21. 2.

Petrus filium Dei viui confitendo confessus est filium naturalem. to.19. 528. 1; & seq.

Petri confessio in quo differat à confessione Nathanael, & aliorum Discipulorum. to.19. 573. 2; et seq.

Petrus quando fuit Domino contrarius Sathan fuit vocatus, quando confessus est eius diuinitatem fuit declaratus Caput Ecclesiæ. to.20. 317. 5.

Quia Christum confessus est filium Dei, ideò eum Christus Petrum, et petram, super quam ædificanda erat Ecclesia appellauit. to.2. ex Turrecrem. 9. 1.

Quia primus fuit in Domini confessione, ideò primus est in Apostolica dignitate. to.18. 483. 2.

Petri nomina, & appellationes.

Petro cur priùs dictum fuerit ei nomen fore mutandum; & posteà fuerit mutatum? to.4. 745. 19.

Cur ei soli nomen fuerit mutatum? to. 12. 582. 2; & to. 18. 8. 1.

Cur Petrus solus dictus fuerit Cephas? to. 10. 302. 1.

Nomen Cephas vnde suam originem duxerit? to.10. 230. 2.

Cephas significat petram, supra quam ædificata fuit Ecclesia. to.10. 231. 2; & to.12. 580. 1.

Quid significauerit hæc nominis mutatio? to.10. 237. 2.

Petræ nomen sumi potest pro Christo Domino, qui est petra, & pro Petro, qui pariter dictus fuit petra. to.3. 2. 5.

Petro Christus Dominus locutus fuit lingua Syriaca, quando ei dixit: *Tu vocaberis Cephas*. tom.4. 745. 20; & tom. 12. 579. 2.

Petri nomen magnis est plenum mysterijs. to.4. 474. 31; & seq. & 807. 7.

Petræ nomen Hebraicè, & Chaldaicè idem est, ac petra, seu rupes. to.1. ex Ecchellensi. 41. 2; & seq; & to.3. 143. 2; & to. 4. 748. 36; & to. 7. 817. 1; & to. 13. 4. 2; & 109. 2; & 110. 2; & 372. 2; & 446. 1; & to.14. 570. 1.

Petrus ex fragili Simone factus fuit firmissima petra. to.18. 146. 2.

Petro soli dictum fuit à Christo Domino: *Tu es Cephas*, seu petra; non autem hoc dictum fuit omni fideli; vt putauit Erasmus; nec Christo Domino, vt voluit Caluinus; neque confessioni fidei factæ à Petro, vt dixit Lutherus. to.17. 65. 2.

Petræ nomine quomodò intelligi possit quilibet fidelis? to.18. 479. 1.

Petrus vocatus fuit Cephas, idest Caput Apostolorum. to.18. 128. 10.

Solus Petrus secundùm sensum literalem fuit significatus nomine petræ; quamuis allegoricè significari possit quilibet fidelis. to.17. 67. 2.

Petra prima, principalis, & maxima fundamentalis Ecclesiæ est Christus Dominus; verba autem Christi Domini dicta fuerunt ad solum Petrum, qui fuit petra minùs principalis, secundaria, vicaria, & purè ministerialis. to.17. 68. 2.

Petrus meruit consortium nominis Christi, quia meruit consortium operis scilicet Ecclesiæ ædificandæ per fidei prædicationem to.17. 86. 2.

Petrus à petra dictus fuit, non autem petra à Petro. to.17. 70. 1; & to.9. 490. 23; & to.13. 267. 2.

Petræ significatio secundùm expositionem S.P. Augustini. to. 17. 70. 1; & seq; & to.9. 542; 1; & 513. 1; & to.14. 249. 2.

Petrus, qui est petra, ædificatus fuit supra Christum Dominum, qui est petra primaria, & fundamentalis. to. 17. 70. 2.

Petrum esse fundamentum, supra quod ædificata fuit Ecclesia, quomodò sit intelligendum? to.13. 301; & seq; & to. 17. 77. 1; & seq.

Petrus priùs vocabatur Simon, & postea cognomen ei fuit collatum. to.12. 404. 1; & to.13. 267. 2.

Petrus fuit petra vicaria, secundaria, & purè ministerialis; & ideo fuit fundamentum vicarium, secundarium, & purè ministeriale; Christus Dominus autem est fundamentum primarium, & principale. to.8. 413. 1; & to. 12. 5. 2; & 165. 2; & to. 15. 172. 1; & to. 18. 78. 2.

Christi Domini verba: *Tu es Petrus; & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: nequeunt intelligi, nisi de Petri persona, quatenus designatus fuit caput visibile Ecclesiæ; non autem possunt intelligi de Christo Domino, aut de fide, & confessione Petri. to.12. 2. 1; & to.8. 142. 2.

Ei soli dicta fuerunt hæc verba, non autem etiam alijs Apostolis. to.14. 53. 2; et to.18. 479. 2; et to.2. ex Pighio. 6. 1; et seq.

Petrus solus dictus fuit ianitor Regni Cælorum. to.15. 250. 8; et seq.

Mysterium huius nominis Cephas. to. 2. ex Pighio. 6. 1.

Petri nomen à Christo Domino fuit impositum. to. 9. 487. 2.

Petrus quare fuerit à Christo Domino appellatus Simon Ioannis? to.9. 540. 1.

Cur fuerit vocatus Bariona? to. 13. 4. 1; et to.16. 371. 2.

Petrum esse petram, supra quam ædificata fuit Ecclesia, quid significet? to. 2; ex Pighio. 10. 2; et to.11. 392. 2; et to.15. 198. 31; et to.18. 48. 2.

Petræ nomine quid Christus Dominus significare voluerit? to.14. 17. 1; et to.18. 5. 2.

Petri nomen idem significat, ac *agnoscens*, *dis-*

dissoluens, & *discalcians*, iuxta S. Hieronymum. to.14. 365. 1.

Petrum esse petram, supra quam ædificata fuit Ecclesia, SS. Patrum testimonijs ostenditur. to. 15. 170.2; et seq.

Petri nomine quid intelligatur? to.8; 341. 1; et 412.1.

Petrus vocatus fuit Sathan, idest aduersarius voluntatis Christi Domini. to.8. 36. 1; & seq; & 47. 1; & seq.

Cur Sathanæ nomine vocatus fuerit à Christo Domino? to. 8. 39.1; & seq; & to.14.60.1; & 256. 2;& seq; & to.16. 391. 1; & seq.

Quare dictus fuerit petra? to.3. 445. 2; & to. 10.4. 2.

Petri ethimologia, vnde sumatur? to.1. 42; & seq.

Petro omnia nomina superioritatis, & eminentiæ super alios Apostolos à SS. Patribus fuerunt collata. to.1. 46. 2.

Petri nomen ante nomina omnium aliorum Apostolorum in Euangelijs est positum. tom.16. 372. 1.

Petri nomen in antiquis literis ponebatur post nomen Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. to.10. 341. 2; & to. 17. 144. 2; & seq.

Petrus fundamentum omnium Ecclesiarum fuit à D. Paulo vocatus. to.3. 2.1.

Quare dictus fuerit Ecclesiæ fundamentum? to.13.301; & seq.

Cur fuerit dictus Cephas? tom.17.6.2;& seq.

Fuit prima petra, quæ debuit substinere onus aliorum lapidum, ex quibus componitur Ecclesia. to.18.237. 1; & seq.

Petrus non fuit petra, sicut est Christus Dominus; nam Christus Dominus est petra immobilis per naturam, quia naturaliter non potuit deficere; Petrus verò est immobilis per gratiam ei à Christo Domino communicatam. to.18.6. 2.

Habuit nomen commune cumChristo Domino. to.18. 8. 1.

Petrum esse petram, supra quam ædificata fuit Ecclesia, nullus vnquam ex SS.Patribus negauit, quanuis aliqui dixerint petram, supra quam ædificata fuit Ecclesia posse intelligi etiam de Christo Domino. to. 18. 81. 2.

Petrus fuit vera petra fundamentalis, supra quam verè ædificata fuit Ecclesia. to.18. 478. 1.

Dictus fuit Petrus, idest petra fundamentalis immobilis Ecclesiæ. to.18.130.1.

Vocatus fuit petra, supra quam ædificata fuit Ecclesia, idest quæ substentat onus totius Ecclesiæ. to.18. 233. 1.

Petrus est petra imposita supra petram, quæ est Christus Dominus. to.19. 380. 2.

Petrus est petra visibilis semper in se, & in suis successoribus. to.19.427.2.

Petrus vocatur Simon Ioannis, hoc est obediens gratiæ. to. 19. 545. 2.

Petrus fuit petra, supra quam ædificata est Ecclesia, non è contra to.20. 280. 2.

Est princeps omnium Apostolorum. to. 20. 287; 4; & seq.

Petrus vocabulo Principis Apostolorum fuit insignitus à D. Dionysio, & alijs SS. Patribus. to.7. 56. 2;& seq; & to.17. 49.

Apostolorum Principes, & vertex Apostolici cetus fuit appellatus. to. 11. 31. 1.

Dictus fuit origo Sacerdotalis auctoritatis. Principatus Ecclesiastici,& Christianæ vnitatis non solùm in fieri, sicut Adam in Mundi exordio, & Noe post diluuium, sed etiam in permanere, & conseruari. to.13. 265. 2.

Vocatus fuit initium Christiani Sacerdotij. to.2. ex Pighio 16; & 17.1.

Appellatus fuit Monarcha, Hierarcha, & Princeps Oecumenicus totius Ecclesiæ. to. 2. ex Turrecremen. 1; & seq; & tom.18. 398.

Item omnium Princeps, & Archimandrita, ex similitudine primi Pastoris, tom.2. ex Turrecremen.13. 2.

Item Episcopus Vrbis, & Orbis. to.10.161. 2.

Item totius Orbis Primas. tom.1. 43. 1; & seq.

Item Ecclesię primogenitus, & caput Apostolorum, Ecclesiæ Nauarcha, Rector vniuersalis, Episcopus Episcoporum. to.1. 45. 1; & seq.

Solus fuit appellatus Ecclesię Catholicæ fons, & origo. to.17. 152.1; & seq.

Item Pastor vniuersalis, imò Pastor Pastorum. to.7.56. 2;& seq; & to.17.111.2.

Petrus fuit designatus nomine petræ, supra quam ædificata fuit Ecclesia. to. 20. 40.1; & seq.

Petro traditum fuit Christi nomen; quia eius vicea debuit substinere. to.14. 82.1.

Petrus quomodò fuerit vocatus beatus?to.19. 81.1; & seq.

Petrus Filij Dei confessor, Ecclesiæ fundamentum, cæelestis Regni Ianitor, & in terreno iudicio Iudex cęli nuncupatur. to.18. 482. 2.& seq.

Petrus quando dictus fuit Sathan à Christo Domino, ly *Sathan* non significauit diabolum, sed aduersarium. to.18. 483. 1.

Petrus os Apostolorum à Chrysostomo appellatur. to.18. 483. 1.

A Concilio Nicæno, & alijs SS.Patribus fuit appellatus Christi Domini Vicarius.to.12. 172.2.

Fuit vocatus primus Christi Domini Vicarius gerens sollicitudinem omnium Ecclesiarū. to.18.233. 2.

Item gerens Christi Domini personam.to.18, 148. 1.

Item gerens Christi Domini vices in generatione noui populi. to.18. 319. 2.

Petrus fuit vocatus maior Moyse. tom.17. 429. 1.

Item primus Rex Ecclesiæ visibilis. to. 1. ex Turrecrem. 5. 2.

Antonomasticè appellatus fuit PrincepsApostolorum. to. 4. 763. 128.

Fuit verus Princeps Ecclesiæ. to. 5. 14. 2.

Vocatus fuit fidelis seruus, & prudens,quem constituit Dominus super familiam suam. to. 17. 355. 2.

Appellatus fuit *Simon Bariona*, idest filius hominis fragilis, & miseri. to.18. 230.1.

Quanuis fuerit toti Ecclesiæ prefectus, non tamen habuit nomen Episcopi vniuersalis. to.13. 243. 1.

Appellatus fuit *Bariona* hoc est filius columbæ, quasi Filius Spiritus Sancti Hie-

Hieronymo. tomo 16. 371. 3.

Petri notæ, & prærogatiuæ.

Petri duplex prærogatiua ex nominis mutatione colligitur. to.18.495. 2.

Secunda prærogatiua Petri est, quòd ab Euangelistis primo loco nominetur. to.18.496. 1; & seq.

Tertia est, quòd solus cum Christo Domino super aquas ambulauit. to.18. 497. 1.

Quarta, quòd ei soli reuelata fuerit à Deo Christi Domini diuinitas. to.18. 497. 1.

Quinta, quòd ei tantùm promissa fuerit perpetua Ecclesiæ stabilitas. tom.18.497. 1.

Sexta, quòd ipse solus soluerit æquale tributum pro se, & pro Christo Domino. to.18. 497. 1.

Septima est, quòd ante Christi mortem laxauit retia in capturam piscium indifferenter ad dexteram, & ad sinistram; quo fuit significatum teste S.P.Augustino, & bonos, & malos pertinere ad Ecclesiam militantem, quæ figurata fuit in illa prima piscatione; rete autem penè rumpebatur, quia Ecclesia propter hæreses, schismata, & scandala malorum penè frangi debebat: in secunda autem piscatione, quæ significat Ecclesiam triumphantem, mittitur rete solùm in dexteram partem, quia solos electos ad salutem, & vitam æternam Petrus debebat colligere. to.18. 498.1; & seq.

Octaua est, quòd Christus Dominus pro fide Petri tantùm orauit, ne deficeret. to.18. 498. 2.

Nona est, quòd Christus post resurrectionem Petro priùs, quàm alijs Apostolis apparuerit. to.18. 498. 2.

Decima est, quòd ei priùs pedes lauerit, quàm alijs Discipulis. to. 18. 499. 1.

Vndecima est, quòd Christus Dominus soli Petro mortem crucis prædixit; vt sicut ei suum nomen donauerat, ita & in morte consortem haberet. to.18. 499.1.

Duodecima est, quòd solus Petrus collegit Apostolos ad eligendum in locum Iudæ Matthiam. to. 18. 499. 1.

Tertiadecima est; quòd post acceptum Spiritum Sanctum Petrus primus omnium prædicauit Euangelium, & prima concione tria millia hominum conuertit. to.18.499. 1; & seq.

Quartadecima est, quòd Petrus in confirmationem fidei primum miraculum fecerit claudum sanando. to.18. 499. 2.

Quintadecima est, quòd solus Petrus hypocrisim, & fraudem Ananiæ, & Saphiræ damnauit, & eos solius vocis sono extinxit. to.18. 499.2.

Sextadecima est, quòd solus Petrus, tanquam Dux omnium quocumque pergebat, & circumcursabat, & vbique primus omnium inueniebatur. to.18. 499. 2.

Decima septima est, quòd Petrus, sicut primus omnium Iudæis prædicauerat, ita primus omnium prædicauit Gentilibus. tomo 18.499. 2; & seq.

Decima octaua est, quòd pro Petro in carcere constituto sine intermissione ab Ecclesia fiebat oratio. to. 18.500. 1.

Decima nona est, quòd Petrus in Concilio Hierosolymitano tulerit sententiam, quam statim secuti sunt Iacobus, & omnes alij Apostoli. to.18. 500. 1.

Vigesima est, quòd Paulus, post tres annos Hierosolymam ascenderit videre Petrum. tomo 18. 500.1.

Vigesima prima est, quòd Christus Dominus suis manibus Beatissimam Virginem Mariam, & solum Petrum baptizauerit teste Euodio Petri successore. to.18.500. 2.

Vigesima secunda est, quòd solus Petrus à Christo Domino fuerit ordinatus Episcopus; cæteri autem Apostoli à Petro fuerint consecrati. to.18. 500. 2; & seq.

Vigesima tertia est, quòd Petrus primum Hæresiarcham, ac Principem omnium hæreticorum Simonem Magum damnauit, & damnatum extinxit. tomo 18. 501. 2; & seq.

Vigesima quarta est, quòd Petrus Romæ potiùs, quàm in alijs ciuitatibus fixerit suam sedem iussu Dei. to.18. 502. 1.

Vigesima quinta est, quòd Christus Dominus Petro Roma exeunti, vt mortem, quam ei Nero decreuerat, vitaret, apparuit. tomo 18. 502. 1.

Vigesima sexta est, quòd solæ illæ Ecclesiæ, quas Petrus fundauit, habitæ sint, tanquam Patriarchales, & primæ. tom. 18. 502.2; & seq.

Vigesima septima est, quòd solius cathedræ S.Petri festum ab Ecclesia celebretur. to.18. 504. 1.

Vigesima octaua est, quòd in literis antiquis formatis ab Ecclesia post nomen Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ponebatur nomen Petri Apostolorum Principis teste Attico Episcopo. to.18.504.1; & seq.

Petri duplex prærogatiua principalis, & primaria. to.8. 411. 2.

Eædem, & plures aliæ Petri notæ, & prærogatiuæ ei soli propriæ. to.4. 15 0; & to.5. 652. 1; & seq; & to.8.141.1; & seq; & to.14. 556.1; & seq; & to.16.591.1; & seq; & to.17. 520. 2; & seq; & 123; & 419. 1; & seq; & to.18. 49. 1.

Petri notæ, & prærogatiuæ singulares, & ei propriæ quæ fuerint? to.4.744. 9; & seq.

Ideo fuit à Christo Domino prærogatiuis singularibus insignitus, vt à cæteris Apostolis, tanquam ipsorum Princeps, distingueretur. to.4. 770. 24

Petri notæ, & prærogatiuæ ex pluribus Euangeliorum textibus eruuntur. tom. 13. 272. 2.

Eius prærogatiuæ Ecclesiæ primatum ei soli fuisse concessum euidenter ostendunt. tomo 14. 556. 1; & seq.

Prærogatiuæ post Christi Domini ascensionem in Cælum Petro concessæ demonstrant Petri primatum super omnes alios Apostolos. to.17. 420. 2; & seq.

Duodecim Petri prærogatiuæ demonstrantes illius primatum. to.4. 150; & seq.

Petrus transtulit in suos successores prærogatiuam capitis, & Principis totius Ecclesiæ vniuersalis; non autem transtulit omnes suas prærogatiuas personales. to.12.177. 2.

Vna ex prærogatiuis à Christo Domino Petro collatis est, quòd potuerit transferre suam potestatem in suos successores, quòd alijs

alijs Apostolis non fuit concessum . to. 16. 392. 2.

Cur ei soli apparuerit Christus Dominus post resurrectionem ? to. 12. 583. 1.

Petri summa prærogatiua fuit summus eius amor in Christum Dominum, quem ostendit, cùm ex impatientia proiecit se in mare . to. 18. 147. 2.

Eius maxima prærogatiua fuit, quòd solus agnouerit ex Diuina reuelatione Christi Domini Diuinitatem, non ex miraculis, sicuti illam nouerunt alij Apostoli, & Discipuli, inter quos Nathanael. tomo 18. 231. 1.

Petri solius prærogatiua fuit Christo Domino interroganti : *Quem dicunt homines esse Filium hominis*: respondere tacentibus alijs Apostolis . to. 18. 229. 2.

Magna quoque prærogatiua fuit, quòd viderit Christum Dominum in omni illius apparitione . to. 7. 149. 2.

Petri prærogatiua fuit magna eius humilitas, quam ostendit, cùm nolebat pedes à Christo Domino sibi lauari . to. 8. 198. 1.

Petri tbiara Pontificia,& eius dignitas significata fuit per aurum optimum, seu lapidem, aut sphærulam auream . tomo 20. 361. 2.

Petrus quæ dona, sicut Adam acceperit, propria suæ personæ, & quæ transfundenda in successores ? to. 19. 101. 1.

Petri parilitas, & imparilitas cum alijs Apostolis.

Petri, & aliorum Apostolorum imparilitas . tom. 16. 28. 2; & 35. 1; & 40. 1; & tom. 19. 540. 1; & seq.

Petrus fuit omnium Apostolorum Princeps, & Archimandrita ex similitudine pastoris, præcipui . to. 2. ex Turrecremen. 13. 2.

Verba dicta Petro à Christo Domino : *Erit solutum & in cælis* : in plurali, non in singulari indicant Petri superioritatem ad alios Apostolos, quibus dictum fuit in singulari : *Et in cælo* . to. 2. ex Turrecrem. 11.

Solum Petrum baptizatum fuisse à Christo Domino ; alios verò Apostolos baptizatos fuisse à Petro declarauit eorum inequalitatem . to. 10. 239. 1; & to. 17. 479. 1.

Petri, & aliorum Apostolorum discrimina, quibus eorum imparilitas demonstratur . to. 10. 164. 2.

Petro priùs, quàm alijs Apostolis à Christo Domino pedes loti fuerunt, vt illius supee eos superioritas ostenderetur . to. 10. 238. 2.

Petri excellentia super alios Apostolos in quo consisterit? to. 3. 38. 1; & to. 16. 378. 1; & to. 1. 3.

Petro promisit Christus Dominus omnem præeminentiam, scilicet Regni, & Sacerdotij . to. 3. 46. 1.

Petrus ostendit suam superioritatem ad alios Apostolos, cùm post acceptum Spiritum sanctum primus omnium cepit prædicare Euangelium . to. 3. 805. 2.

Quare Petrus pingatur cum magna barba, vbi cuius ætatis fuerit ? to. 3. 822. 2.

Habuit prælaturam in omnes alios Apostolos, & in omnes Ecclesiæ Antistites . to. 4. 547. 87.

Fuit interrogatus à fidelibus, tanquam omnium Apostolorum superior, vt causam legalium aperiret, & exponeret . to. 4. 547. 87.

Illius præstantissima, & sublimissima dignitas demonstratur . to. 1. 3.

Ordini sacerdotali ipse solus prębuit initium. to. 2. ex Aluarez . 3. 1; & 10. 2.

Ei specialiter à Christo Domino fuit Ecclesia commissa . to. 2. ex Aluarez . 8. 1.

Illi solùm fuit collatus totius Ecclesiæ principatus, & Christi Domini Vicariatus . tomo 1. 3.

Eius amor in Christum fuit causa illius præeminentiæ super Apostolos . to. 1. 45. 2; & to. 17. 150. 1.

Petri superioritas deriuatur in omnes illius successores . to. 1. 46. 1; & seq.

Semper habuit epitheta denotantia superioritatem, & eminentiam super alios Apostolos . to. 1. 46. 1.

A Petri sententia nemo vnquam appellauit . to. 1. 133. 2.

Tanquam maior visitatus fuit à Paulo in Hierusalem . to. 1. 138. 1.

Qua ratione fuerit constitutus summus, & præcipuus Ecclesiæ Pastor . to. 2. ex Turrecremen. 5. 2.

Cur post tertiam interrogationem Christi Domini fuerit conturbatus ? to. 3. 145. 1; & seq.

Petri præeminentia super alios Apostolos ; & illius successorum super omnes Episcopos ostenditur contra Marsilium de Padua . to. 2. ex Pighio . 160. 1; & seq.

Colligitur etiam ex eo, quòd in Apostolorum catalogo semper Petrus primo loco ponatur. to. 2. ex Pighio . 29. 1; & seq.

Petrus ab alijs Apostolis fuit missus in Samariam, non vt inferior, aut æqualis, sed vt princeps collegij Apostolici ; vt in negotio magni momenti, in quo est necessaria principis præsentia, fieri solet . to. 2. ex Pighio . 36. 1.

Iuit in Samariam, non iussus, sed rogatus ab alijs Apostolis . to. 7. 25. 1; & to. 17. 550. 2; & to. 18. 494. 2; & seq.

Quomodò præfectus fuerit cæteris Apostolis? to. 17. 104. 2; & seq.

Abundantiori gratia fuit vnus, idemque primus Apostolus iuxta S. P. Augustini doctrinam . to. 17. 105. 2.

Eminentiori modo fuit Christi Domini Vicarius, quàm fuerint cæteri Apostoli. to. 17. 441. 1; & seq.

Alij Apostoli fuerunt quidem pastores, sed Petrus fuit pastor pastorum . to. 17. 111. 1.

Petro à S. P. Augustino fuit comparatus Sanctus Cyprianus in excellentia martyrij, non autem in Apostolatus principatu . tomo 17. 112. 1.

Non fuit minor Moyse, qui tamen habuit à Deo sacerdotium Regale . to. 17. 429. 2.

Fuit superior alijs Apostolis nedum honore, sed etiam iurisdictione . to. 17. 550. 2.

Petrus solus in signum singularis eminentiæ inter alios Apostolos proiecit se in mare, quia ipse solus suscepit mare, quod significat sæculum, gubernandum, cæteris Apostolis in nauicula ad Christum Dominum venientibus, quia gubernando vnam particularem Ecclesiam ad aliam vitam erant

transituri. tomo 4. 888. 61; & tomo 16. 372. 1.
Soluit æquale tributum pro se ipso, & pro Christo Domino, quia tanquam illius Vicarius cæteris Apostolis præferri debebat. to.6. 690. 2; & to.12. 582. 2; & to.14. 112. 2; & 261. 2; & seq.
Petrus à Paulo, & alijs Apostolis fuit cognitus, vt superior omnibus. to.14. 201. 1; & seq.
Solum inter Apostolos fuisse totius Ecclesiæ fundamentum, quomodò sit intelligendum? to.14. 237. 1.
Petrus intrando primus in monumentum post Christi Domini resurrectionem ostendit suam prioritatem, & superioritatem inter alios Apostolos. tomo 14. 242. 1; & to.16. 374. 1.
Petrum fuisse superiorem alijs Apostolis manifestè conuincitur. tomo 14. 282. 1; & seq.
Petrus, Iacobus, & Ioannes fuerunt à Christo Domino magis honorati, quàm alij omnes Apostoli. to.14. 336. 2.
Petrus nedum fuit superior omnibus alijs Apostolis, sed etiam tota Ecclesia. tom.7. 547. 2; & seq. & 650. 1.
Fuit constitutus à Christo Domino caput omnium Apostolorum teste S. Hieronymo. to.7. 648. 2.
Item fuit declaratus princeps omnium Apostolorum. to.4. 659; & seq; & to.19. 117. 1.
Petri, & aliorum Apostolorum discrimen vnde colligatur. to.4. 756. 84.
Petri præeminentia est præeminentia ipsius Ecclesiæ. to.9. 485; & 486. 18; & seq.
Non semel ostendit suam superioritatem super alios Apostolos. to.9. 520. 81.
Cur ante Christi Domini mortem fuerit præfectus alijs Apostolis; & solùm post eius resurrectionem executionem suæ Præfecturæ receperit? to.9. 549. 122.
Duplici gradu fuit superior omnibus alijs Apostolis. to.13. 10. 1; & 114. 2.
Fuit origo cuiusuis auctoritatis Sacerdotalis, & Ecclesiasticæ. to.13. 265. 2.
In actis Apostolorum semper tribuitur à Sancto Luca plus eminentiæ ipsi Petro, quàm tribuatur alijs Apostolis. to.13. 272. 2.
Petrus in signum suæ prælationis super omnes alios Apostolos semper pro illis, vel respondebat, vel interrogabat Christum Dominum. to.13. 290. 2.
Non solùm fuit super omnes Apostolos, sed etiam super omnes fideles existentes intra totam Ecclesiam. to.13. 299. 2.
Cur in Diuinis Scripturis non semper primo loco fuerit positus in signum suæ superioritatis, & excellentiæ super alios Apostolos? to.9. 496. 41.
Petrus superioritatem ad Apostolos ostendit, quando præsentibus ipsis Apostolis protulit sententiam excommunicationis in Ananiam, & Saphiram. to.14. 411. 1.
Qua ratione fuerit cæteris omnibus Apostolis superior? to.12. 128. 1.
Petri excellentiæ. to. 12. 404. 1.
Ex mera voluntate Christi Domini habuit inter alios Apostolos Ecclesiæ principatum. to.12. 409. 2.
Petrus à Christo Domino totius Hierarchiæ Ecclesiasticæ Princeps fuit constitutus. tomo. 2. ex Pighio. 3. 2.
Fuit maior, & æqualis alijs Apostolis secundùm diuersas considerationes. to. 3. 248. 2.
Ostenditur Petrum fuisse superiorem Iacobo Apostolo. to. 18. 507. 1; & seq.
Ex humilitate se submisit aliorum Apostolorum iudicio in Concilio Hierosolymitano. to.18. 124. 4.
Petrum pari consortio cum alijs Apostolis honorem, & potestatem habuisse quomodò sit intelligendum? to.18. 103. 1.
Multa fecit simul cum Apostolis ex humilitate, quæ potuisset facere solus propter superioritatem, quam super illos habebat. tomo 9. 377. 201.
Petrus ante Christi Domini resurrectionem non erat Primas Apostolorum; & tamen respondit Christo Domino interroganti etiam pro alijs Apostolis, quia debebat esse illis superior. to.3. 811. 2.
A Christo Domino fuit Ecclesiæ vniuersali, & consequenter etiam ipsis Apostolis præfectus. to.2. ex Pighio. 11. 1.
Fuit omnium Apostolorum Præses. tomo 4. 550. 95; & seq.
Antepositus fuit omnibus alijs Apostolis. tomo 4. 550. 98.
Ptrus fuit primogenitus omnium Apostolorum, Ecclesię Nauarca, Rector vniuersalis, & Episcopus Episcoporum. tom. 1. 45. 1; & seq.
Petrus, & Apostoli pari consortio honoris, & potestatis. to.19. 196. 2.
Petrus, & Apostoli in potestate Apostolatus, idèst in potestate gubernandi fideles, docendi, faciendi miracula, eijciendi Dęmones, & sanandi infirmos fuerunt æquales. to.19. 448. 2; & seq.
Petri, & aliorum Apostolorum potestas fuit diuersæ rationis. 1. Quia potestas Petri fuit ordinaria; potestas verò Apostolorum delegata. 2. Quia vnus Apostolus non habebat potestatem super alios Apostolos; Petrus autem habuit potestatem super omnes. 3. Quia potestas non debuit transire in successores, sicut potestas Petri. 4. Quia potestas Apostolorum fuit executiua; Petri verò preceptiua. to. 19. 449. 2; & seq.
Petrum gessisse personam omnium Apostolorum tripliciter potest intelligi. to.19. 535. 2.
Petro, & alijs Apostolis inæqualis potestas fuit collata. to.19. 593. 2.
Petrus primo loco fuit nominatus. tomo. 20. 275. 2.
Sicut fuit primus auctoritate, ita fuit primus humilitate. to.20. 274. 8.
Petrus præ, & pro omnibus potestatem accepit. to.19. 7. 1.

Petri, & Pauli comparatio.

Petri, & Pauli comparatio quomodò, & in quibus sit facienda? tomo 5. 656. 1; & seq.
Petrum non habuisse Paulum sui Pontificatus consortem colligitur tum ex Summis Pontificibus Petri successoribus, qui nunquam asseruerunt Paulo, sed tantùm Petro se successisse; tum ex Concilijs; tum etiam ex ipsis Imperatoribus. tomo 12. 139. 1; & seq.

Pe-

Petrum habuisse Paulum suæ cathedræ Episcopalis consortem non decuit ratione vnitatis, & perfecti regiminis ipsius Ecclesiæ. tom. 12. 143. 2; & seq.

Petri, & Pauli tituli qui fuerint ? tomo 12. 152. 1.

Petrus, & Paulus non habuerunt æqualem potestatem in Ecclesia. to. 11. 31. 1.

Petrus in conuertendis Iudæis eximia quadam gratia pollebat; Paulus verò in conuertendis Gentilibus. to. 17. 119. 2.

Petrus, & Paulus supplicio affecti fuerunt anno tertiodecimo Neronis Imperij. to. 17. 237.

Petri, & Pauli mors secuta fuit eadem die, & in eodem loco. tomo 17. 627. 1; & seq.

Petri, & Pauli martyrium illustratum fuit luminibus per plures noctes ad loca martyrij apparentibus. to. 18. 87. 2.

Petrus, & Paulus Romæ iecerunt Ecclesiæ fundamenta imperante Nerone. tomo 18. 187. 1; & seq.

Petrus fuit superior Paulo. to. 10. 273. 2.

Petrus maior fuit Paulo auctoritate, Paulus autem fuit Petro maior scientia. tom. 18. 508. 1; & seq.

Petrum fuisse Paulo superiorem certum semper fuit apud omnes Ecclesias. to. 4. 537. 29.

Petrum fuisse caput etiam respectu Pauli ex pluribus Concilijs, & SS. Patribus colligitur. to. 4. 546. 83.

Petrus fuit maior Paulo auctoritate, & potestate iurisdictionis. to. 4. 546. 84.

Etiam respectu Pauli habuit primatum. tomo 4. 547. 85.

Petrum solum absque Pauli consortio fuisse Pontificem Romanum, quamuis à Concilijs non fuerit definitum explicitè, fuit tamen definitum implicitè. tomo 4. 566. 193.

Petrum solum excluso Paulo fuisse caput Ecclesiæ fuit definitum in constitut. *Licèt* contra Marsilium de Padua. to. 4. 569. 108; & seq.

Petro fuerunt collatæ duæ potestates, scilicet iurisdictionis vniuersalis in totam Ecclesiam, quæ illi soli fuit propria; & potestas docendi, quæ fuit etiam in Paulo immò excellentiori modo. to. 4. 578. 36.

Petrus, & Paulus dicuntur pares non in iurisdictione, sed in merito, & sanctitate martyrij. to. 4. 75. 2; & to. 10. 243. 1.

Petrum fuisse à Paulo reprehensum non arguit Petrum fuisse Paulo inferiorem. to. 4. 75. 2.

Petrus, & Paulus missi fuerunt ab alijs Apostolis in Samariam, non ex auctoritate, sed ex consilio. tomo 3. 916. 1; & tomo 4. 76. 1.

Fuerunt missi in Samariam non iussi, sed rogati ab alijs Apostolis. to. 7. 25. 1; & tomo 17. 550. 2; & to. 18. 494. 2; & seq.

Petrus, & Paulus non fuerunt ambo Caput Ecclesiæ, quia Ecclesia nequit esse biceps, nec eius corpus mysticum potest esse duplex. to. 4. 123; & seq.

Fuerunt æquales in Apostolatu, non in primatu, in quo Petrus fuit Paulo superior, & Paulus subditus Petro. to. 4. 127. 1; & seq; & 133. 2; & seq; & to. 16. 35. 1.

Quomodò fuerint pares, & dispares ? tom. 3. 444. 1; & to. 4. 128. 1; & to. 9. 364. 42;

Quomodò Paulus in faciem restiterit Petro circa obseruantiam legalium ? tom. 4. 146. 1.

Vid. Petri reprehensio.

Petrum simul cum Paulo constituisse vnum Caput Ecclesiæ fuit merum hæreticorum figmentum. to. 4. 131. 1.

Fuerunt æquales quoad clauem scientiæ, non quoad clauem potentiæ. to. 4. 135. 2; & seq.

Quomodò ambo vocentur Principes Apostolorum ? to. 4. 135. 2; & seq.

Petrus habuit Paulum collegam quantùm ad dignitatem Episcopalem, non quantùm ad Ecclesiæ primatum. tom. 4. 136. 2; & seq.

Quomodò à S. Epiphanio ambo vocati fuerint Episcopi Romani, seu fundatores Ecclesiæ Romanæ ? to. 4. 132. 2; & seq.

Petrus in iurisdictione fuit Paulo superior. to. 4. 155. 2.

Petrus, & Paulus prædicatione, & doctrina Ecclesiam Romanam fundarunt. tom. 4. 149. 1; & 151. 1.

Petrus, vt Apostolus æquatur Paulo; non verò, vt Papa. to. 4. 141. 1.

Petrus præcellitur à Paulo in doctrina, non autem in Apostolatu. to. 4. 141. 1.

Petro multa tribuuntur, quæ dicuntur etiam de Paulo, excepto Ecclesiæ primatu. to. 4. 141. 2.

Petri, & Pauli diuisio de Iudæis, & Gentilibus fuit quoad prædicationem, non quoad iurisdictionem. to. 4. 142. 2.

Petrus, & Paulus eodem honore digni habiti dicuntur quoad vocationem ad Apostolatum, non quoad primatum. to. 14. 151. 2; & 586. 77; & seq.

Petrus, & Paulus claues Regni Cœlorum diuersimodè acceperunt. tom. 4. 152. 1; & 599. 151.

Petro, & Paulo eandem gratiam fuisse concessam intelligendum est de gratia prædicationis, non primatus. to. 4. 152. 2; & seq.

Petro non est Paulus inferior in Apostolatu, prædicatione, & laboribus, vigilijs, & ceteris huiusmodi, sed tantùm in primatu. to. 4. 153. 1.

Petrus, & Paulus dicuntur duo duces, & eximia, ac principalis Apostolorum summitas in diuerso genere, scilicet Petrus in primatu; Paulus verò in prædicatione, doctrina, & laboribus. to. 4. 153; & seq; & 591. 118; & seq; & 605. 181.

Petrus, & Paulus Ecclesiæ brachia quomodò dicantur ? to. 4. 154. 2;

Petri, & Pauli encomia. to. 4. 477. 33.

Petrus quare in antiquis imaginibus pictus fuit ad sinistram Pauli ? to. 3. 243. 2.

Vid. Paulus.

Petrus reprehensionem Pauli humiliter suscepit. to. 4. 499. 33.

Petrus aliquando nominatus fuit post Paulum. to. 4. 602. 181; & seq.

Petrus, & Paulus quomodò à SS. Patribus dicti fuerint Ecclesiæ capita ? to. 4. 610. 103; & seq.

Petro, & Paulo quomodò dictum fuerit succedere

ct dere Romanos Pontifices? tom. 4. 618. 145; & seq.
Petrus reprehenditur à Paulo, quia nimis timidè, & longiori via Iudæos ducebat ad fidem. to. 4. 604. 1.
Petrus, & Paulus vbique prædicauerunt, & Ecclesiam constituerunt. tomo 4. 759. 104.
Petri, & Pauli nomina, quæ mysteria contineant? to. 4. 807. 8.
Petrus quare nominatus fuerit à Paulo, postquam nominauit Iacobum s. *ad Galatas*? to. 9. 602. 269.
Petrus, & Paulus apparent manu inter se conserta medij inter Romanos Episcopos. to. 9. 641. 5.
Petrus, & Palus quomodò dicantur duo Ecclesiæ capita à S. Cyrillo? to. 9. 645.
Petrus, & Paulus quomodò dicantur consortes eiusdem gloriæ? to. 4. 582. 26; & tomo 9. 642. t.
Petrus, & Paulus quomodò dicti sint clauium Regni Cœlestis potestate præditi? tom. 9. 642. 2; & seq.
Quomodò appellati sint duo Romæ oculi, duæ Ecclesiæ bases, duo duces, &c? to. 9. 648. 2.
Petrus in administratione Paulum præcessit. to. 9. 520. 81.
Petrus fuit Paulo superior, quanuis in dignitate Apostolatus æqualis. to. 13. 17. 1; & seq.
Petrus fuit vocatus à Paulo fundamentum Ecclesiarum. to. 13. 111. 1.
Petrus, & Paulus fuerunt pares in electione, & in administratione; nam licèt in Petro magis emineret potestas; in Paulo tamen magis eminuit sapientia. to. 13. 237. 2; & seq.
Petrus fuit reprehensus à Paulo, quia superior potest ab inferiori admoneri. tom. 5. 16. 1; & to. 7. 25. 1.
Petrus, & Paulus vltimo Neronis anno occisi fuerunt. to. 14. 522. 1.
Non fuerunt occisi Hierosolymis. tom. 14. 538. 1; & seq.
Fuerunt Romæ occisi, quanuis non constet de tempore. to. 14. 548. 2; & to. 15. 183. 1; & seq.
Petrus fuit Apostolus circumcisionis, quia fuit magis applicatus conuersioni Iudæorum; & Paulus Apostolus præputij, quia fuit magis applicatus conuersioni Gentilium. to. 14. 100. 2.
Quidam tentantes asportare extra Romam corpora SS. Petri, & Pauli tonitruis, & horrendis fulgoribus fuerunt perterrefacti. to. 15. 183. 1.
Petri, & Pauli controuersia circa legalia. to. 11. 257. 1.
Quomodò Ecclesiam Romanam fundauerint? to. 15. 181. 1; & 292. 2.
Petrus tentatus fuit, ne de se præsumeret; & Paulus colaphizatus, ne se extolleret. to. 7. 748. 1.
Quomodò ambobus conueniat titulus Principis Apostolorum. to. 16. 485. 2.
Petro quantum honoris, & reuerentiæ detulerit Paulus ex testimonijs SS. Patrum Augustini, & Hieronymimi? to. 2. ex Pighio. 37. 2.
Cùm Petrus sedit Antiochiæ, adhuc Paulus non erat Episcopus. to. 4. 541; & seq.
Petrus nihil contulit Paulo quantùm ad Apostolatum, quia hunc à Christo Domino receperat. to. 19. 121. 2.
Quomodò nihil Paulo contulerit? tom. 20. 56. 5.
Paulus fuit Petri coadiutor. to. 20. 372. 2; & seq.
Paulus, & Petrus, quòd Romæ fundauerint Ecclesiam, colligitur ex S. Irenæo auditore D. Polycarpi, qui Ioannis Euangelistæ discipulus fuit. to. 15. 181. 1.
Paulus operam nauauit Petro in instituenda Ecclesia Romana. to. 17. 218. 2.
Petrus, & Paulus non fuerunt vnum Caput Ecclesiæ. to. 20. 366. 2; & seq.

Petri peregrinationes.

Petrus, cùm iam esset Romæ, ex suo officio suscepit multas peregrinationes in diuersa Orbis prouincias, quò eum vocabat Ecclesiæ necessitas. to. 10. 246. 2.
Visitauit omnia loca, quæ indigebant eius præsentia, tamquam Pastor Orbis terrarum. to. 11. 758. 100.
Quo anno exierit ex Iudæa? to. 17. 238. 1; & seq.
Iuit in Samariam, non iussus, sed rogatus ab alijs Apostolis. to. 7. 25. 1; & to. 17. 550. 2; & to. 18. 494. 2; & seq.
Eius præsentia in Samaria cur fuerit necessaria? tom. 14. 559. 2; & to. 15. 264. 2; & seq.
Eius peregrinationes. to. 17. 596. 2, & seq.
Petrus iuit in Samariam, quia Philippus non erat Episcopus, & ideo Sacramentum confirmationis conferre non poterat. to. 19. 171. 2.
Petri missio in Samariam fuit consultoria, non auctoritatiua. to. 19. 357. 1.
Petrus Apostolus primo Neronis anno, vt ex Damaso intelligitur Roma discedens totum Occidentem, & Africam docendo peragrauit; ad extremum ouuissimis Neronis annis, eo in Christianos tamquam publici incendij auctores deseuiente, denuò Romam rediens, martyrio coronatus est. to. 17. 198. 1.

Petri potestas.

Petri potestas, & potestas aliorum Apostolorum quomodò eadem, & diuersa fuerit? to. 3. 808. 5.
Petri potestas, & potestas Romani Pontificis est potestas ipsius Christi Domini. to. 3. 838. 2.
Præsbiteri consecratio fit iciuniorum tempore, vt fidelium meritis eorum consecratio transeat in salutem animarum. to.19. 202.2.
Eius forma, & materia. to.19. 202.2.
Præsbiteri officium est de iure diuino. tomo 19. 203. 2.
Præsbiterum inter, & Ecclesiam contrahitur matrimonium spirituale. to. 19. 203. 2.
Præsbiteri sunt sacerdotes nouæ legis à græca dictione dicti seniores. to. 19. 202.1.
Iussu Domini in antiqua lege institutos fuisse in coadiutores Moysi ad populi regimen, refert Archidiaconus. to.19. 202. 1.
Præsbiteros qui inhonorauerit, Deum inhonorae. to.19. 202. 2.
Præsbiteris etiam malis est obediendum. to.4. 251. 2.
Præsbiteri mali dederunt occasionem Lutheranismi. to.4. 251. 2.
Præsbiteris, quæ concedantur in ordinatione sua? to.5. 137. 13.
In quatuor casibus possunt absoluere etiamsi sint simplices. to.5. 137. 14.
Ex officio datum est eis offerre, Eucharistiam dispensare, infirmos vngere, & munus

nus prædicandi exercere; Diaconis autem, & subdiaconis minimè. to.5.138.15.
Presbiteris incontinentia prohibetur in Concilio Niczno, & à SS.Patribus. to.5. 714. 1; & seq; & 734. 1; & seq.
Presbiteris post ordinationem prohibitum fuit habitare cum propria vxore. to.5. 734. 1; & seq.
Præsbiteri incontinentes officio priuantur. to.5. 740.1.
Præsbiteris calumniatoribus, quæ pœna debeatur? to.14. 384. 2.
Præsbiter in articulo mortis, quæ sacramenta possit ministrare? to.14. 466.1;& seq.
Præsbiteri etiam mali in summo honore sunt habendi. to.7.14.2.
Eorum munus est semper cum Deo agere, & Diuina tractare. to.18. 210. 2.
Eorum dignitas superat dignitatem Regalem. to.18.212.1;& seq.
Et excellit alias dignitates sæculares. to. 18. 206.2; & seq.
Præsbiter peccans non amittit potestatem ordinis. to.18. 223.1.
Præsbiteri non solùm debet docere, sed etiam verum Corpus, & Sanguinem Christi Domini conficere. to.20. 583. 2: & seq.
Item baptizare, extremæ vnctionis, & matrimonij sacramenta fidelibus ministrare. to.20. 584. 1; & seq.
Item à peccatis absoluere. to.20. 584.1.
Item hymnos, & psalmos canere in Ecclesia, preces pro populo fundere, & peccantes corrigere. to.20.584.2.
Præsbiteri in munere tantum sacerdotali, scilicet Eucharistiam conficiendi, baptizandi, & sacramenta ministrandi succedunt Apostolis. to.20.585. 1; & seq.
Præsbiterorum ordo semper fuit distinctus ab ordine Episcoporum. to.18. 17.2.
Præsbiteros in 72. Discipulorum, Episcopos in Apostolorum locum successisse omnes fatentur. to.11. 521. 1;& seq.
Presbiter solemniter degradatus licèt grauissimè peccet, & ideò grauissimè etiam puniendus sit, si Ecclesiæ intentionem habeat, conficit Eucharistiæ Sacramentum. to.11. 535. 1.
Præsbiteri si nimium ab Episcopo opprimantur possunt superiorem adire. to.11. 552. 1.
Præsbiteros, & Episcopos non differre fuit hæresis Lutheri. to.14.405.1.

Præsbiterium.

Præsbiterium quid significet? tomo 3. 319. 1.
Præsbiterium est nomen dignitatis, & honoris. to.19. 202. 1.

Præscriptio.

Præscriptionis, & vsurpationis discrimen. to.11.20. 1; & seq.
Præscriptio nulla valet contra Papæ obedientiam. to.16. 366. 30.

Præsentatio.

Præsentationis quasi possessio non tollitur per non vsum præsentandi. to.9. 62. 10.

Præsentia Christi Domini.

Præsentia Christi Domini in Eucharistia erit vsque ad sæculi consummationem. to.17. 42; & seq; & 7.2.
Præsentia Christi Domini in terris non derelinquit præsentiam in Cælis, quam habebit ad dexteram Patris vsque ad aduentum eius in terras in die iudicij. to.14. 550.1; & seq.
Præsentia Christi Domini ex illis verbis: *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* to. 18. 145.1.
Quomodò eadem verba de sua præsentia, vsque ad finem sæculi sint intelligenda? to. 9. 364. 44.
Tribus modis est in nobis scilicet per iustitiæ æquitatem, per doctrinæ veritatem, & per vitæ sanctitatem. to.4. 91. 1.
Existens in Cœlis adhuc manet, & manebit semper præsens Ecclesiæ militanti. tomo 16.466. 1.
Nunquam subtrahet præsentiam suę Ecclesiæ. to. 13. 132.1.
Est præsens omnibus fidelibus vsque ad sæculi consummationem, & per se ipsum, & per suum Vicarium. to.20. 354. 1.
Eius præsentia per suum Vicarium fuit Ecclesiæ necessaria. to.20.355. 2.
Manet visibilis in suis membris Ecclesiæ visibilis. to.17.416. 2; & seq.

Præsidere.

Præsidere quid sit? to.8.851.1; & seq.
Præsidere multitudini congregatę tribus modis esse potest. to.3. 552. 2.
Præsidentia triplex; alia auctoritatiua, & definitiua; alia honoraria, & attestatiua; alia simpliciter directiua. to. 8.852. 1.

Præsidens.

Præsidentes Tridentini Concilij loco Romani Pontificis enumerantur. to.1. 77. 2.
Quomodò cum summa Præsidentis auctoritate stet Concilij libertas? to.4.423.1.
Præsidentia tres effectus operatur. tom. 4. 422.1.
Quomodò Papa præsideat Concilio generali, & quomodò Imperator? to.4. 428. 1; & to.5. 151. 112.
Præsidem Conciliorum generalium esse Summum Pontificem est de fide. to.4. 726. 9; & seq.
Quare vnus Præses debeat tanquam capnt præsidere Concilijs generalibus? to.3. 552. 2.
Quare Papa præsideat per suos Legatos Concilijs generalibus? to.3. 553.1; & seq.
Præses Concilij generalis est solus Papa, vel eius legatus. to.8. 851. 1; & seq; & to.5. 689. 2; & to.1.77. 12.
Præsidere Concilijs spectat ad solum Papam vel per se, vel per alios. to.12.614.2; & to.8. 851.1; & to.13. 502. 1; et seq.
Papa tripliciter præsidere potest concilio. tomo 10. 521. 2.
Præsidentes vice Papæ in Concilijs, quæ munera debeant adimplere? to.18.312.1.
Præsidens Concilij generalis III. fuit S.Cyrillus. to.8.853.1.
Præsidentis auctoritas generalis denominat etiam Concilium generale. tomo 13.476. 1.
Ille solus, qui habet plenitudinem potestatis, vt Papa præsidere potest Concilio generali. to.8. 851.2; et seq.
Cur multoties Papa noluerit interesse Concilijs generalibus, quamuis ipse solus à iure sit

sit Præses? tomo 4. 725. 1; & sequen.
Sicut Christus Dominus præsedit Apostolis, & Petrus omnibus Concilijs ab ipso celebratis, sic solus Papa habet potestatem præsidendi Concilijs. to.2n. 110. 2.
Præsidentes in Concilio loco Papæ in actu aliquo gerendo, debent simul concorditer conuenire, aliter omnis contradictio totum inficit. to.9. 144. 36.

Præsumptio.

Præsumptio tollitur præsumptione fortiori. to.9. 126. 174.

Præterita.

Præterita ex sequentibus arguuntur.to.9.292. 127.

Prætor.

Prætor quid significet? to. 3. 493. 1.
Prętor tutorem seipsum dare non potest. tomo 9. 302. 168.
Prætor vnus tantùm à Tiberio fuit institutus, sed postea quadruplex à Constãtino. to.4. 369.4.
Prætorio Præfectus arma simul, ac iura tractabat. to.4. 369. 4.
Prætorio Præfectus Orientis præerat Ægypto, Lybiæ, Pentapoli, Cypro, Asię, Cappadociæ, Ciliciæ, Armeniæ, Syriæ, Traciæ, Mysiæ, & reliquis Orientis regionibus. to.4. 369. 4.
Prætorio Præfectus Illyrici præerat Illyrico, Daciæ, Triballi, Pannoniæ, Misiæ superiori, Macedoniæ, Thessaliæ, Græciæ, Peloponeso, Cretæ, & adiacentibus vndequaque Insulis. to.4. 369. 4.
Prætorio Præfectus Italiæ præerat Italiæ, Siciliæ, Africæ, & insulis circumpositis. tomo 4. 369. 4.
Prætorio Præfectus Galliarum præerat Galliæ Hispaniæ, Britanniæ,& Insulis circumstantibus. to.4. 369. 4.
Præfectus Augustalis erat Vicarius Ægypti. to.4. 369. 4.

Primas.

Primas in Africa vocabatur senex. tomo 6. 230.1.
A Donaristis appellabatur Princeps. tom. 6. 230.2.
Item dictus fuit primæ sedis Episcopus.to.6. 233.2.
Item Metropolitanus. to.6. 231. 2.
Primatis Africani electio. to.6. 233. 2.
Primatem proprium an habuerint sex Africæ Prouinciæ. to.6. 232. 2.
Primates Africani mortem, & electionem suorum Episcoporum referre debebant ad Carthaginensem Episcopum, & hic ad Papam. to.6. 248. 2.
Primatis Carthaginensis auctoritas fuit consecratio omnium per Africam Episcoporum. to.6. 248. 2.
Primatum ordo sedendi. to.6. 238. 1.
Primates Cantuariensis, & Toletanus. to. 6. 235.2.
Primates Galliarum sunt iuniores Africanis, & antiquiores à Carolo Magno. tomo 6. 236.2.
Primates prouinciarum an potuerint diuidere Episcopatus, & nouos erigere? tom. 6. 251.1.
Primates prouinciarum, quibus dignitatibus fuerint insigniti? to.6. 238. 1.
Primates prouinciarum Africæ potuerunt consecrare suos comprouinciales, & consecrationem delegare. to.6. 246. 1.
Primatum successio secundum ætatem. to.6. 233.2.
Primates à Græcis dicti Exatchæ, quę vox præsidentiam,& principatum significat.tomo 4. 367. 1.
Primatis vox multipliciter significat. tom.4. 367.1.
Primatis dignitas in Ecclesia est ordo Episcoporum, & à Concilio Chalcedonensi vocatur Exarchas Diæcesis. to.4. 368.1.
Primas de quo possit dici? to. 13. 243.
Primates instituti sunt, vt faciliùs Patriarchis Metropolitani vnitentur. to.4. 368. 3.
Primates Dięcesi prout ex pluribus prouincijs constat, præsunt. to.4. 368. 3.
Primates Occidentis, & eorum occasio de diuisione prouinciarum Ecclesiasticarum, & primatis in singulis institutio. tomo 4. 369.4.& seq.
De Primatum officio, & auctoritate singillatim. to.4. 371. 5; & seq.
Primatis nomen quid significet? to.3. 459. 2.
Primatis nomen quomodò Papæ, & quomodò alijs concedatur. to. 3. 459. 2.
Primas apud Afros an eguerit præuio examine, & confirmatione Archiepiscopi Chartaginensis? to.6. 236. 2.

Primatus Anglicanus.

Primatus Auglicanus Patrum testimonijs refellitur. to. 16. 158. 2; & seq; & 160. 1; & seq; & 163. 2; & seq; & 166. 2; & 168. 2; & seq; & 170. 1; & seq; & 177. 2; & 178; & 179. 2; & seq; & 182. 1; & seq; & 207. 1; & seq; vsque ad 215; & to. 18. 264. 1.

Primatus Ecclesiæ Romanæ.

Primatus Ecclesiæ Romanæ colligitur ex fundatione Diui Petri, ex SS. Patribus, ex Conciliorum decretis, & Imperatorum statutis. to. 17. 265. 2.
Primatus Ecclesiæ Romanæ fuit notus etiam ipsis Paganis. to.17. 461. 2.
Manifestè deducitur ex eò, quòd Petrus, qui fuit primus Apostolorum, illam firmitet fundauit. to.17. 440. 1; & seq.
Deinde etiam ex eo, quòd D. Petrus iussu Christi Domini Romam venerit ad Ecclesiam fundandam. to.17. 441. 2; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ probatur ex eo, quòd D. Petrus Romæ Simonem Magum deiecerit; quo facto significauit Ecclesiam Romanam omnes Orbis hæreticos fore semper deiecturam. to. 17. 442. 1; & seq.
Præterea ex eo, quòd Christus Dominus Diuo Petro Roma exeunti, vt mortem euaderet suasu fidelium, præcepit, vt Romam rediret mortem subiturus. to. 17. 442. 2; & seq.
Vlteriùs ex eo, quòd Romæ mortuus est non solùm D. Petrus, qui fuit caput circumcisionis, sed etiam D. Paulus, qui fuit caput gentium; quo fuit significatum in Romana Cathedra fuisse relictã potestatem, & fuisse constitutam iudicem omnium siue habentium præputium, siue præputio carentium. to.17. 443. 2.
Perinde ex eo, quòd Romæ, D. Petrus extensus in cruce mortuus est, significauit eius primatum extendendum esse ad successores,

res, qui sunt Romani Pontifices; D. Paulus autem minutus in capite significauit truncatam fuisse eum ipso eius potestatem. to.17. 444. 1; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ quid significet? to.13. 108. 2.
Item deducitur ex eo, quòd Romanus Pôtifex cum capite infidelitatis, idêst cum Imperatore totius Orbis debuit pugnare. tom.17. 445. 2;
Item ex eo, quòd nulla alia Ecclesia tot habuit Episcopos Martyres sicut Ecclesia Romana. to.17. 445. 2.
Item ex eo, quòd Romani Pontifices conuerterunt ad fidem etiam ipsos Imperatores. to. 17. 445. 2.
Item ex eo, quòd Ecclesia Alexandrina à Diuo Marco Euangelista illuc misso à D. Petro fundata secundum locum habuit post Ecclesiam Romanam; & post Alexandrinam fuit Ecclesia Antiochena. to. 17. 446. 2; & seq.
Præterea ex eo maximè, quòd Roma continuò docuit, & semper baptizauit nouas gentes. to.17. 446. 1.
Deinde etiam ex institutione Ecclesiarum Italiæ, Siciliæ, Sardiniæ, quæ ab Ecclesia Romana fuerunt erectæ. to.17. 447. 2.
Item ex eo, quòd Ecclesiæ Galliarum, & Hispaniarum ab Ecclesia Romana fuerint institutæ. to.17. 448. 1.
Denique ex institutione, & conseruatione in fide Britannorum. to.17. 448. 2.
Primatus Ecclesiæ Romanæ probatur ex S. Irenæo, & alijs SS. Patribus. tomo 18. 77. 2; & seq.
Insuper ostenditur ex S. Cypriano. tomo 18. 79. 2; & seq.
Item ex SS. Cornelio, & Lucio. to. 18. 79. 2; & seq.
Item ex S. Athanasio, ex Episcopis Ægypti, & ex Concilio Niceno. to.18. 83. 1; & seq.
Præterea ex SS. Ambrosio, Augustino, Ioanne Chrysostomo, & Thephilacto. tom. 18. 84. 1; & seq.
Demum ex Concilio Constantinopolitano sub Damaso, & Theodosio; & ex Concilijs Ephesino, & Chalcedonensi. tom. 18. 84. 2; & seq.
Primatum Ecclesiæ Romanæ nunquam potuerunt hæretici destruere. to.18. 85. 1; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ statuendus fuit propter tria; scilicet propter congreganda Concilia; si enim non esset vnus, qui posset cogere ad Concilium; nunquam venirent; & propter fidei vnitatem, quæ à pluribus diuersa sentientibus discerperetur; & propter grauiores causas Episcoporum, quæ nunquam dirimi possent, si non esset eorum superior. tomo 18. 85. 1; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ mirabili Dei iudicio affixus fuit, vt ostenderetur Ecclesiæ primatum ab Hebræis transiuisse ad Gentes, quarum sedes præcipua erat Romæ; & vt idololatria, quæ maximè Romæ regnabat per ipsum prosterneretur; & vt fidei potentia appareret, quæ in vilissimis Piscatoribus humiliauit, & deiecit potentissimos Imperatores. to.18. 88. 2.
Primatus Ecclesiæ Romanæ colligitur ex punitione Imperatorum, & aliorum, qui illum impugnare tentauerunt; quorum exemplum fuit Mauritius, qui quia ausus fuerat illum impugnare in S. Gregorio Magno, vidit sibi Imperium eripi à Phoca, suos filios, & vxorem interimi, à quo tandem, & ipse fuit occisus. to. 18. 89. 2.
Primatum Ecclesiæ Romanæ ad Reges, & Principes sæculares transferre ex illis verbis: *Regem honorificate*; est idem, ac Neronem constituere caput Ecclesiæ. tomo 18. 199. 1.
Primatus Ecclesiæ Romanæ ex epistola Hieronymi ad Damasum apertè colligitur. to.18. 247. 1.
Primatum Ecclesiæ Romanæ nouerunt Angli, Gothi, & Longobardi. tom.7. 807. 2.
Quomodò primatum obtinuerit? to. 2. ex Pighio. 203. 2; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ ostenditur. to.7. 152. 1; seq.
Ecclesia Romana non est prima ordine fundationis, sed iure primatus. to. 14. 57. 1.
Primatum Ecclesiæ Romanæ agnouerunt semper Episcopi Orientales, & Occidentales. to.15. 327. 2; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ iure Diuino ei fuit annexus. tomo 6. 439. 2; & tom. 19. 25. 1; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ ex S. Cypriani testimonio ostenditur. to. 2. ex Alano. 45. 1; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ, & ad eandem recursus. to. 2. ex Pighio. 77. 1; & seq.
Primatum totius Ecclesiæ esse affixum, & annexum Ecclesiæ Romanæ est de iure Diuino. to.6. 439. 2.
Fuit decens Ecclesiam Romanam habere primatum. to.1. ex Ecchellensi. 27. 1.
Primatui Ecclesiæ Romanæ non officiunt Ezechiæ gesta in confractione serpentis ænei. to.16. 164. 1.
Primatum Ecclesiæ Romanæ etiam ipsimet hæretici confessi sunt. tomo 1. 40. 1; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ fuit in solo Petro, non in alijs Apostolis. to. 10. 230. 1; & to.1. 43. 2.
Primatui Ecclesiæ Romanæ non officiunt Ezechiæ, Ioseph, & aliorum Regum antiquæ legis exempla. to.16. 184. 1; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ duplex. tomo 4. 607. 186.
Primatus Ecclesiæ Romanæ de iure Diuino conuenit Romano Pontifici. tomo 3. 455. 1; & seq.
Necessariò est annexus cum Summo Pontificatu. to.10. 252. 2.
Primatus Ecclesiæ Romanæ necessitas. to. 3. 315. 1.
Primatus Ecclesiæ Romanæ ex illis Verbis Christi Domini colligitur: *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili*: idêst Gentiles, qui non erant ex populo Hæbraico; & sicut pro populo Hebraico in lege veteri constitutus fuit Summus Pontifex Hierosolymis, quæ Ciuitas erat caput Iudæorum; ita pro constituendo ouili etiam ex Gentilibus, quorum multitudo superabat Iudæos, constitui debuit Summus Ponti-

sex Romæ, quæ erat caput Gentilium. tomo 7. 152. 2.
Primatus Ecclesiæ Romanæ arguitur etiam ex consensu communi totius vniuersalis Ecclesiæ, quæ semper agnouit Ecclesiam Romanam, tanquam Matrem omnium Ecclesiarum. to.7. 153. 1; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ ex comparatione ad res naturales; & ad Angelicos ordines probatur. to.7. 15. 2; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ ex absurdis, quæ sequerentur, si non daretur, ostenditur. to.13. 277. 1.
Ab obiectis Hæreticorum defenditur. to.13. 301. 1.
Primatum Ecclesiæ Romanæ Scripturæ, & SS. Patres apertè docuerunt. to.13. 196. 1; & seq; & to.15. 430. 3; & seq.
Item in omnibus synodis celebratis post Concilium Nicænum fuit declaratus. to.4. 667. 2; & seq.
Item ab omnibus Patribus Africanis fuit cognitus. to.13. 24. 1.
Primatus Ecclesiæ Romanę Petro illis verbis collatus: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: extenditur ad totius Ecclesiæ gubernium. to. 13. 111. 1; & seq; & 169. 1; & to. 14. 229. 1.
Primatus Ecclesiæ Romanæ est priuilegium, quòd per successionem ad Petri successores vsque ad sęculi consummationem pertransit. to.3. 823. 1.
Primatus Ecclesiæ Romanæ fuit declaratus à Concilio Chalcedonensi in causa Eutychetis, & à Tridentino. to.15. 218. 27.
Item ab Imperatore Iustiniano in epistola ad Ioannem Pontificem. tom.15. 218. 30.
Primatus Ecclesiæ Romanæ fuit à Christo Domino institutus, & Petro soli concessus. to.5. 595. 1.
Primatus Ecclesiæ Romanæ fuit in Petro, non in alijs membris Ecclesiæ; & est in Ecclesia, quia fuit in Petro, qui erat in Ecclesia, & transit ad eius successores, qui sunt in Ecclesia, & sunt caput Ecclesiæ. to.12. 205. 1.
Primatus Ecclesiæ Romanæ de iure Diuino, non humano, est coniunctus cum eadem Ecclesia Romana. to.14. 18. 2.
Primatum Ecclesiæ Romanæ negare est aperire viam hæresibus, schismatibus, rebellionibus, & discordijs. to.14. 39. 2.
Primatus Ecclesiæ Romanæ non confertur, nec conferri potest à populo. to.18. 215. 2; & seq.
Primatum Ecclesiæ Romanæ omnium fidelium Ecclesiæ semper nouerunt. to.13. 214. 2.
Primatum Ecclesia Romana habet, quia qui extra illam est, prophanus est. to.18. 246. 1.
Ecclesia Romana ab ipso Saluatore primatum obtinuit. to.19. 41. 1.
Ex Diuina institutione primatum habuit. tomo 19. 70. 2.
Cur potiùs, quàm alia Ecclesia, primatum habuerit? to.19. 71. 1.
Primatum tenet Ecclesia Romana super omnes Ecclesias. to.20. 193. 1; & seq.
Ita ei coniunctus est primatus Ecclesiæ, vt ab illa separari non possit. to.9. 610. 1.
Etiam ipsi hæretici coacti sunt confiteri Ecclesiam Romanam habere primatum. tom.12 40. 1; & seq.
Non ab hominibus primatum super omnes alias Ecclesias obtinuit, sed à Christo Domino. to.2. ex Pighio. 2. 2.
Illius primatum semper agnouit Ecclesia Gallicana. to.15. 296. 1.
Ipsam solam habere Ecclesiæ primatum confessæ fuerunt omnes Orientales Ecclesiæ. to.15. 297. 2.
Illius primatum nouerunt, & declararunt concilia generalia, & prouincialia. tom.15. 225. 27; & seq; & 297. 2.
Antequam esset Constantinus habuit primatum super alias Ecclesias. to.13. 331. 1.
Primatus Ecclesiæ Romanæ est maxima, & suprema dignitas inter alias dignitates. to.10. 3. 1.
Primatum Ecclesiæ Romanæ nouerunt SS. Patres etiam nascentis Ecclesiæ. to.16. 46. 1; & seq.
Illius primatum Græci cum alijs Patribus confessi fuerunt in Concilio Florentino. tomo.16. 125. 1.
Fuit semper ab hæreticis, & schismaticis impugnatus, & nunquam deiectus. to.16. 520. 1; & seq; & 530. 1; & seq; & 532. 2; & seq; & 533. 1; & seq; & 535. 1; & seq.
Primatus Ecclesiæ Romanæ euidenter ex illius vnitate colligitur. to.8. 181. 1.
Item ex virtutibus, quibus Ecclesia Romana semper enituit. to.8. 184. 1.
Item ex miraculis, quæ in illa omni tempore fuerunt patrata. to.8. 185. 1.
Item ex dono prophetiæ, quo fuit condecorata. to.8. 187. 1.
Item ex veneratione, quam illi exhibuerunt semper Imperatores, Reges, & Principes. to.8. 194. 1.
Item ex eo, quòd deposuerit octo Patriarchas primarios, & plures alios Primates, & Episcopos. to.18. 545. 2; & 546. 1; & seq.
Item ex Vicarijs in diuersis Orbis partibus constitutis. to.18. 549. 2.

Primatus Papæ.

Primatus Papæ multipliciter probatur. to.13. 192. 1.
Primatum Papæ semper impetiuerunt hæretici, sed nunquam illum potuerunt euertere. to.18. 85. 2; & seq.
Recognoscitur ex Nicęna Synodo. tom.1.79. 2; & 80. 1; & to. 1. ex Ecchellensi. 25. 2; & 26; & 27. 2; & seq.
Item ex canone sexto Nicænæ Synodi ex germano sensu propugnatus. to. 1. ex Ecchellensi. 36. 1, & seq.
Originem non habuit à Concilio Chalcedonensi. to.14. 329. 1; & seq.
Neque à SS. Patribus, & Imperatoribus, sed à Christo Domino. to.14. 478. 2; & seq.
Primatus Papæ colligitur ex Ecclesiæ Romanæ fundatione facta à D. Petro. tomo 17. 265. 2; & 440. 1; & seq.
Etiam cum magno rigore, vehementia, & intrepiditate. to. 7. 159. 2; & 440; & seq.
Item quia Papa eum exercuit in totam Ecclesiam ab exordio nascentis fidei. to. 7. 157. 2; & seq; & 159. 1; & seq.
Item ostenditur ex epistola D. Clementis ad Iacobum fratrem Domini. to.7. 157. 2.
Item ex verbis S. Anacleri Discipuli, & successo-

cessoris D. Petri, quibus omnes sacerdotes, & etiam sæculares causas difficiliores ad sanctæ Sedis apicem quasi ad caput referre iubet. to. 7. 157. 2; & seq.

Item ex epistola S. Euaristi ad Africanos Episcopos, & ad Episcopos Ægyptiorum. to. 7. 158. 1.

Item ex verbis Felicis Papæ, & Martyris ad Benignum Episcopum. to. 7. 158. 2

Item ex epistola Victoris Papæ ad Theophilum Alexandrinum, & vniuersam eius Ecclesiam. to. 7. 158. 2.

Item ex epistola B. Marcelli Papæ, & Martyris ad Episcopos Antiochiæ. to. 7. 158. 2; & seq.

Item ex B. Melchiade ad Marinum, Benedictum Leontium, & cæteros Hispaniarum Episcopos. to. 7. 159. 1.

Item ex auctoritate Legati Romani Pontificis ad regiones Orientales. to. 7. 159. 1.

Item ex recursu Attici Metropolitani Epyri cum suis suffraganeis Episcopis ad Leonem Papam contra Anastasium eius Legatum querelam exponentis. to. 7. 159. 2; & seq.

Item ex obedientia Leoni Papæ à remotis partibus exhibita. to. 7. 160. 2.

Item ex epistola Iulij Papæ ad Episcopos Orientales; & restitutione Athanasij Alexandrini Episcopi, Pauli Constantinopolitani, Marcelli Ancyrani, & Asclepij Gazæ in suas sedes per eundem Iulium factæ. to. 7. 161. 1; & seq.

Item ex literis, quas ad Agapetum Papam, tanquam totius Ecclesiæ caput, supplices miserunt Orientis Orthodoxi Episcopi, Præsbiteri, & Clerici contra Anthemium Trapezuntinum Episcopum, qui Seueri, & Petri Eutychianorum partes Iustiniani Imperatoris, & Theodoræ Augustæ fauori innixus prosequebatur. to. 7. 163. 1; & seq.

Primatus Papæ ex indictione Concilij ostenditur. to. 7. 172. 2.

Primatus Papæ colligitur ex eo, quòd Diuus Petrus Romæ mortuus fuerit extensus in cruce; significauit enim eius primatum extendendum esse ad Papam, qui illi in Ecclesia Romana succedit. to. 17. 444. 1; & seq.

Primatum Papæ confessa est Ecclesia Græca, & Africana. to. 7. 218. 1.

Item agnouerunt Ecclesia Africana, Gallicana, Germana, Græca, & Orientalis. tom. 15. 296. 1; & seq.

Item illum confirmarunt Concilia Oecumenica. to. 15. 297. 2.

Probatur ex verbis Christi Domini, & ex sanctis Patribus. to. 10. 4. 2; & seq.

Ostenditur etiam ex eiusdem firmitate aduersùs Tartareas potestates. to. 10. 9. 2.

Insuper colligitur ex Concilio Constantinopolitano. to. 10. 13. 2.

Item demonstratur ex Patribus Concilij Ephesini. to. 10. 15. 1; & seq.

Item declaratum fuit in Concilio Chalcedonensi. to. 10. 17. 1.

Item colligitur ex perpetua traditione Ecclesiæ. to. 10. 21. 1.

Item ex appellationibus ad Romanum Pontificem. to. 10. 22. 2.

Ex necessitate vnius iudicis in controuersijs fidei. to. 10. 24. 2.

Ex recursu, & appellationibus factis ante Concilium Nicænum. to. 10. 42. 2.

Ex D. Petri successione in Vicariatu Christi Domini. to. 10. 44. 1.

Ex eo, quòd Concilia, & Episcopi possint errare. to. 10. 46. 1.

Ex eo, quòd sine illo tolleretur vnitas, & pulcritudo Ecclesiæ. to. 10. 46. 2.

Item ex testimonijs summorum Pontificum. to. 10. 50. 1.

Item probatur ex testimonijs Cardinalium. to. 10. 51. 2.

Item ex testimonijs Patriarcharum Orientalium. to. 10. 53. 2.

Ex testimonijs Scholasticorum, & aliorum Doctorum. to. 10. 55. 2.

Insuper ex impugnatione Sectariorum. to. 10. 58. 1.

Ex Ordinum institutione, & primum ex Benedectino. to. 10. 66. 1.

Ex ordine Fratrum Franciscanorum, & aliorum. to. 10. 69. 1.

Ex mira electione Romani Pontificis. to. 10. 70. 2; & seq.

Ex multitudine Sanctorum insignium nostri sæculi. to. 10. 86. 1.

Ex honore Papæ delato ab Imperatoribus, & Regibus. to. 10. 92. 1.

Item confirmatur ex manifesta antithesi. to. 10. 63. 1.

Item ex veneratione Regum Angliæ. to. 10. 94. 1.

Item ex munificentia Imperatorum, & Regum erga Romanam Ecclesiam. to. 10. 96. 1.

Item ex Diuinis fauoribus collatis Principibus Ecclesiæ Romanæ fauentibus. tom. 10. 110. 1.

Item ex infælici exitu Imperatorum, & Principum Papæ infestorum. to. 10. 112. 1.

Item ex epistolis summorum Pontificum ad varios Principes. to. 10. 117. 1.

Item ex epistolis Principum ad Romanum Pontificem. to. 10. 155. 2.

Primatus Papæ probatur ex facto D. Ioannis Chrysostomi, Paulini, Euagrij, qui ab Episcopis Orientalibus in Synodo damnati, ab Innocentio Papa fuerunt absoluti. tom. 7. 164. 2; & seq.

Item ex præeminentia auctoritatis, quam Simplicius Papa demonstrauit in Oriente sufficiendo Primotheum in locum Protetij ab hæreticis trucidati. to. 7. 165. 1; & seq.

Item ex damnatione Acatij per Felicem II. to. 7. 165. 2; & seq.

Item ex epistola Damasi de D. Petri, & successorum auctoritate ad Stephanum Archidiaconum, & ad Concilium Mauritaniæ, aliosque Episcopos Africanos. to. 7. 169. 1; & seq.

Item ex epistola Iustini Imperatoris ad Hormisdam Papam. to. 7. 168. 1.

Item ex epistola Gelasij Papæ ad Dardanides Episcopos. to. 7. 169. 2.

Item ex epistola Innocentij ad Victricium Episcopum Rothomagensem. to. 7. 169. 2.

Item ex S. P. Augustino ad Innocentium Papam nomine Concilij Mileuitani scribente, & ex responsione eiusdem Innocentij ad Episcopos Concilij. to. 7. 169. 2; & seq.

Item ex actis Damasi Papæ, qui Sabellianos, & Ma-

& Macedonianos persecutus fuit,& anathematizauit. to. 7. 170. 1.

Primatus Papę in Concilio Sardicensi fuit declaratus. to. 16. 56. 1; & seq.

Plurimis argumentis ostenditur. to. 16. 107. 1; & seq; & 108. 1; & seq; & 117. 1; & sequen.

Primatus Papæ ab obiectis defenditur, & quantùm ab antiquis Patribus fuit reueritus ostenditur. to. 16. 215. 2; & seq; & 219. 2; & seq; & 231. 1; & seq.

Primatum Papæ Ecclesia Africana nunquam negauit. to. 16. 245. 2; & seq.

Solus Papa penes se habuit semper principatum Ecclesiæ. to. 2; ex Alano. 9. 2; & sequen.

Primatus Papæ agnouit Palestina, & Syria. to. 11. 293. 1; & seq.

Item Pontus, Asia, & Thracia. to. 11. 295. 1; & seq.

Item Illyricum cum tota Græcia. to. 11. 298. 1; & seq.

Item Ecclesia Gallicana. tom. 21. 299. 1; & seq.

Item Ecclesia Hispaniarum. to. 11. 301. 1; & seq.

Item omnes Ecclesiæ per totum Orbem dispersæ. to. 11. 305. 1; & seq.

Primatus Papæ primò fuit in Petro, à quo descendit in Romanos Pontifices. to. 14. 387. 2.

Primatus Papæ ex multis testimonijs summorum Pontificum. to. 13. 129. 1.

Primatus Papæ, & successio. to. 2. ex Adolpho. 52. 2; & seq.

Primatus Papæ originem duxit à ChristoDomino. to. 18. 540. 2.

Non fuit ei ab Apostolis collatus. tomo 18. 541. 1.

Neque à Concilijs generalibus. to. 18. 541. 1.

Neque ab ipsis Cardinalibus. to. 18. 542. 2; & seq.

Papæ primatus colligitur ex legibus, dispensationibus, & censuris latis in totam Ecclesiam. to. 18. 548. 1; & seq.

Item ex eo, quòd Papa à nemine possit iudicari. to. 18. 557. 2.

Item probatur ex Thoma Moro Angliæ, & Ioanne Roffensi martyre. to. 18. 70. 2.

Primatus Papæ primis sexcentis annis inconfessò semper fuit habitus. tom. 20. 124. 1; & seq.

Papam succedere Petro in primatu tradiderunt omnes sancti. Patres. tomo 20. 62. 1.

Non accepit à Phoca Ecclesiæ primatum. to. 20. 77. 2; & seq; & 377. 2.

Primatum Papæ confessi fuerunt etiam ipsimet hæretici ab Ecclesia rebelles. tomo 1. 40. 1; & seq.

Primatus Papæ probatur ex DD; & rationibus Theologicis. to. 19. 344. 2; & seq.

Item ex epistola Innocentij Papæ ad Diuum Hieronymum. to. 7. 170. 2.

Item ex damnatione Petri Antiocheni Episcopi. to. 7. 170. 2; & seq.

Item ex excommunicatione Stephani Papæ contra rebaptizantes hæreticos, vel rebaptizandos esse asserentes. to. 7. 171. 2.

Item ex excommunicatione lata à Cornelio Papa contra Felicissimum hæreticum Nouatianum. to. 7. 171. 1; & seq.

Item ex epistola Innocentij Papæ ad Concilium Mileuitanum contra Pelagium,& Cælestium. to. 7. 171. 2.

Item ex indictione Concilij in Oriente iussu Innocentij Papę ad cognoscendam causam Ioannis Chrysostomi. to. 7. 172. 2; & sequen.

Item ex epistola Iustiniani Imperatoris ad Ioannem II. Papam super excommunicatione lata à Leone Papa contra Dioscorum Episcopum Alexandrinum. to. 7. 172. 2.

Primatus D. Petri.

Primatus Diui Petri probatur ex testimonijs SS. Patrum. to. 19. 572. 2; & seq.

Primatus D. Petri ad totum Orbem extenditur. to. 19. 95. 2.

Probatur ex illis verbis: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. to. 18. 229. 1; & seq.

Ei soli à Christo Domino concessus fuit primatus totius Ecclesiæ. to. 18. 48. 1; & sequen.

Primatus Petri non fuit priuatus, & personalis, sed publicus, & perpetuus, idest pro illo, & successoribus traditus. to. 4. 768; & seq.

Primatus Petri institutus fuit ad formam maioratus. to. 4. 770. 25.

Primatus fuit collatus Petro intuitu Ecclesiæ vniuersalis. to. 4. 769. 16; & seq.

Primatus Petri non consistit in prioritate ætatis, vel ordine vocationis, vel in amoris feruore, & proprijs virtutibus, sed in potestate iurisdictionis. to. 16. 474. 1; & 475. 1; & 478. 2; & seq.

Primatus Petri cum suis successoribus supra Ecclesiam militantem, est præcipuum fidei dogma. to. 3. 758. 1; & seq.

Primatus Ecclesiæ soli Petro, non autem simul, & Paulo collatus est; quia supra Petrum,& non supra Paulum ædificauit Christus Ecclesiam. to. 7. 30. 1. & seq. & 651. 1; & seq.

Primatus Petri transijt in successores. to. 7. 641. 2.

Primatus Ecclesiæ collatus est Petro quando ei soli dictum est: *Pasce agnos meos; pasce oues meas*. to. 14. 18. 1.

Primatus Petri non fuit mundanus, aut sæcularis, sed Ecclesiasticus. to. 20. 56. 1.

A Christo Domino primatum obtinuit, cùm ei fuit dictum: *Confirma fratres tuos*; ex testimonio S. Ioannis Chrysostomi. to. 18. 102. 5.

Primatum Petri testati sunt Patres Græci, & Latini. to. 18. 104. 2. & seq.

Fuit cognitus ab ipsismet Apostolis. tom. 16. 508. 1; & seq.

Non negatur, sed asseritur à D. Paulo in suis scriptis. to. 16. 511. 1; & seq.

Primatus Petri probatur ex Tertulliano, Origene, Cypriano, Stephano Papa, Hilario, Basilio, Epiphanio, Gregorio Nazianzeno, Paciano, Cyrillo Alexandrino, & Ioanne Chrysostomo. to. 11. 261. 2; & seq.

Item ex Hieronymo, Ambrosio, Augustino, & Gregorio, ex Concilio Ephesino,& Chalcedonense. to. 11. 263. 7.

Item colligitur ex eo, quòd Christus Domi-

nus mysterium Trinitatis, & Incarnationis Petro priùs, quàm alijs ostendit, tomo 8. 169. 2.
Item ex transitu Petri per omnes. to. 8. 171. 2.
Item ostenditur nedum ratione naturali, sed etiam consuetudine, & antiquitate. to. 3. 820. 2.
Item probatur ex traditione, ex Concilijs, ex Bullis, ex SS. PP; Imperatoribus, & alijs. to. 4. 159. 2.
Item demonstratur testimonijs præclarissimis Patrum Græcorum. to. 1. 426. 1.
Idem docet vniuersa Euangelica historia, & præcipuè ex solutione didrachmaris. to. 2. ex Pighio. 13. 1; & seq; & to. 1. 47; & sequen.
Idem testantur Euangelia. tom. 13. 15. 1; & 117. 1; & 272. 2; & to. 16. 7. 2; & seq.
Idem ratio ipsa demonstrat. tom. 13. 18. 2; & seq; & 122; & seq.
Primatus Petri ex testimonijs SS. Patrum, Conciliorum Doctorum, & aliorum ab exordio Ecclesiæ nascentis, vsque ad nostra tempora ostenditur. to. 7. 37. 1; & seq; & to. 2. ex Pighio. 13. 1; & seq; & to. 1. 47; & seq.
Primatus Petri colligitur ex Actis Apostolorum, cùm claudum sanauit, cùm Thabitam resuscitauit. to. 14. 426. 1; & seq.
Item ex aduentu Pauli Hierosolymam, vt Petrum videret, tanquam primum Apostolorum, teste D. Ambrosio, to. 14. 560. 1; & to. 8. 172. 1.
Primatus Petri probatur ex sententia Petri in Concilio Hierosolymitano circa obseruationem legalium; quam sententiam Iacobus confirmauit. & publicauit in sua sede. to. 14. 560. 1; & to. 15. 173. 2; & seq; & to. 8. 172. 1.
Item ex eo, quòd solus Petrus fundauit Ecclesias Patriarchales. to. 17. 144. 2.
Item ex oratione Ecclesiæ facta pro Petro in carcere detento. to. 17. 136. 2; & to. 16. 379. 2; & to. 8. 172. 1.
Item ex visitatione Ecclesiarum tam longis itineribus facta. to. 17. 135. 2.
Item ex conuersione trium millium hominum. to. 19. 119. 1; & seq.
Item ex defensione Apostolorum, quando tanquam ebrij illudebantur. to. 19. 119. 1; & seq.
Item ex eo, quòd Petrus solitus fuit semper Christum Dominum interrogare, & ei respondere præ omnibus. tom. 17. 130. 1; & seq; & 547. 1; & to. 7. 145. 2.
Item ex eo, quòd post acceptum Spiritum sanctum primus Petrus concionatus est audientibus reliquis Apostolis. to. 17. 134. 2; & 420; & to. 8. 171. 2.
Item ex eo, quòd Christus Dominus resurgens priùs apparuit Petro, quàm alijs Apostolis. to. 17. 128. 2; & 420. 2; & to. 8. 170. 2.
Primatus Petri probatur ex epistola S. Anacleti Papæ, & martyris ad Episcopos per Italiam. to. 12. 8. 2.
Item ex Tertulliano, Origene, & S. Cypriano. to. 12. 8. 2.
Item sentiunt, & testantur Patres veteris, & primitiuæ Ecclesiæ. to. 12. 18. 2.
Primatus Petro fuit collatus à Christo Domino super omnes alios Apostolos, sic testantur Orthodoxi Patres primitiuæ Ecclesiæ tam Græci, quàm Latini. to. 12. 20. 2.
Primatus Petri probatur ex varijs in Matthæum locis. to. 12. 3. 1.
Item ostenditur ex Epiphanio Salaminæ Cypri Episcopo, ex S. P. Augustino, ex Maximo Taurinensi Episcopo, ex Paulino Nolano Episcopo, ex Cyrillo Alexandrino Episcopo, ex Theodoreto Cypri Episcopo, ex Leone Magno, ex Andrea Episcopo Cretę, ex Gregorio Magno, & ex vniuersa Ecclesia catholica in Concilio generali Chalcedonensi, quod fuit vnum ex celeberrimis. to. 12. 3. 2; & seq.
Viginti sex tum Orientis, tum Occidentis celeberrimi Patres, qui in primitiua Ecclesia diuersis temporibus, & locis floruerunt, & præfuerunt constanter, & apertè testantur Primatum Petri. tomo 12. 20. 2; & seq.
Item probatur ex eo, quòd Petro dictum est: *Duc in altum*; idèst in profundum disputationum. to. 14. 117. 1.
Primatus Petro fuit collatus, vt Ecclesiæ vnitas saluaretur. to. 17. 150. 1.
Vid. Petri primatus.

Primicerius.

Primicerius dicitur primus in qualibet arte, & antesignanus. to. 5. 541. 22.
Primicerius cantor, seu præcentor dicitur. to. 5. 541. 22.
Primicerij officium quale sit in Cathedrali? to. 5. 541. 22.

Primitiua Ecclesia.

Primitiua Ecclesia docuit Deum non esse auctorem peccati. 2. Deum non prædestinare quenquam ad mortem, nisi propter peccata. 3. Corpus, & sanguinem Christi Domini esse verè in Eucharistia. 4. Baptismum esse infantibus necessarium ad salutem. 5. Peccatum originale tolli per baptismum. 6. Fidem sine operibus, & obseruatione mandatorum non sufficere ad salutem. 7. Opera iustorum esse apud Deum meritoria. 8. Legem Dei non esse impossibilem. 9. Fidem, & sanctitatem simel habitam amitti posse; nec esse propriam electorum. 10. Deum per internam gratiam omnes vocare ad fidem, etiam reprobos, & quærere illorum salutem, quantùm in se est; quibus veritatibus euertuntur hæreticorum mendacia. to. 16. 461. 1; & seq; & 462. 1; & seq.
Primitiua Ecclesia debuit erudiri præsentia, vel scripto Apostolorum. to. 13. 157. 1.
Primitiuæ Ecclesiæ mos referendi ad Papam fidei controuersias. to. 1. 503. 2.
Primitiuæ Ecclesiæ non fuit opus rerum externarum splendore in suo summo Pastore. to. 2. ex Pighio. 202. 1.
Primitiuæ Ecclesiæ mos eligendi meliorem in Pontificem. to. 1. 21. 1.
Primitiuæ Ecclesiæ Patres statuerunt Episcopos non debere ordinari, nisi in Ecclesijs maioribus. to. 13. 260. 1.

Primosus.

Primosi Thiganensis apud Cæsarienses Mauros Episcopi Romana appellatio. tom. 6. 316. 2.

Primoſus à ſuo populo accuſatus apud ſuæ prouinciæ Synodum. to. 6. 316. 2.

Princeps Eccleſiaſticus.

Principes Eccleſiæ non iure ſanguinis eliguntur. to. 4. 742. 75.

Princeps Eccleſiaſticus leges Eccleſiaſticas abſque Concilijs prouincialibus, & generalibus ſancire poteſt, & fideles ad earum obſeruantiam pœnis adigere. to. 3. 432. 2.

Princeps ſpiritualis poteſt infligere etiam pœnas temporales. to. 2. ex Adolpho. 44. 1; & ſeq.

Principes Eccleſiaſtici an, & quomodo ſæcularibus ſubijciantur? to. 2. ex Adolpho. 40. 1.

Princeps vnus ſupremus dandus in ſpiritualibus, quia principatuum multitudo mala eſt. to. 16. 365. 6.

Princeps ſæcularis, & ſpiritualis.

Principes Chriſtiani ſunt oues Chriſti Domini Petro ſubiectæ. to. 3. 848. 1; & ſeq.

Principes ſeculares fideles ſunt filij ſummi Pontificis. to. 3. 848. 2.

Principes temporales nullum ius habent in Concilio. to. 3. 866. 2.

Principes, & Reſpublicas grauiter nonnunquā conqueri, ſe à Pontificibus graues iniurias pati, nullumque ad has depellendas efficacius remedium eſſe præter prouocationem ad Concilium generale. to. 3. 586. 2.

Ex Principum multitudine varias ſeditiones, confuſiones, & ſcandala proueniſſe oſtenditur. to. 16. 365. 5; & ſeq.

Princeps non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris naturalis. to. 9. 457. 20.

Principum, & Regum donationes, & confirmationes donationum ſuorum Regnorum factæ Romanæ, & Apoſtolicæ Sedi. to. 1. 480. 2; & ſeq.

Aliorum Principum, & Regum donationes Apoſtolicæ Sedi factæ enumerantur ex Archiuio Vaticano deſumptæ. to. 10. 97. 1; & ſeq.

Principis ſæcularis electio differt ab electione Papæ; quòd Cardinales non conferunt Papæ poteſtatem, quam recipit tantùm à Deo; Princeps verò illam recipit ab Electoribus. to. 18. 4. 1.

Principes ſeculares, & omnes fideles tenentur parere Papæ. to. 4. 511. 73.

Principes nedum, vt homines, ſed etiam vt Principes ſubijciuntur Papæ. to. 10. 179. 2.

Principes catholici in hæreſim lapſi an poſſint puniri à Papa? to. 4. 459.; & ſeq.

Principum poteſtas continetur in poteſtate Papæ, ſicut inferior in ſuperiori. to. 3. 153. 2; & to. 10. 142. 2; & 178. 1.

Principum, & Papæ poteſtas ſunt diuerſi generis; ideò non ſe habent, ſicut duæ manus, quarum vna alteri non ſubordinatur; ſed vt caro, quæ ſubordinatur ſpiritui. tom. 18. 411. 1; & 415. 1.

Principes poſſunt à Papa deponi. tom. 2. ex Adulpho. 54. 2; & 75. 1.

Princeps mittens ad Turcas remiges Chriſtianos, vt ibi remigent contra Chriſtianus inimicos eiuſdem Principis, an incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ? to. 5. 306. 183.

Princeps Chriſtianus nolens defendere alium Principem Chriſtianum à Turcis, cùm poſſit, an incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ? to. 5. 307. 184.

Princeps gladium portat etiam ad vindictam malorum in ipſum inſurgentium. tomo 8. 398. 2.

Princeps tollendo exceptionem dilatoriam non dicitur tollere ius. to. 9. 275. 31.

Princeps poteſt tollere etiam ſine cauſa ea, quæ ſunt inducta iure ciuili. tom. 9. 275. 33.

Princeps ſæcularis quia habet poteſtatem circa res naturales nequit eſſe iudex controuerſiarum fidei. to. 14. 9. 2.

Princeps quomodò ſolutus ſit legibus? to. 13. 606. 12.

Princeps, vt ſuperior dicit ſubditos habere ſocios. to. 13. 296. 1.

Princeps ſacerdotum in ſynagoga Iudæorum morte dignum reputabat eum, qui ſibi non obediebat. to. 13. 273. 8.

Principibus hebræis non fuit immediatè delegata à Deo poteſtas. tom. 16. 194. 1; & ſeq.

Principes ſæculares non habent ſupremum ius conuocandi Concilia. to. 16. 175. 2.

Principes ſæculares non debent ſe immiſcere negotijs ſacerdotum. to. 16. 166. 2.

Principes ſæculares ſunt ſubiecti poteſtati Eccleſiæ. to. 16. 165. 2; & ſeq.

Principes laici nullum ius habent in rebus ſacris. to. 16. 157. 1. & ſeq.

Principi legitimo ſubditi iure Diuino tenentur præſtare iuramentum fidelitatis. to. 16. 147. 2.

Principum quis fuerit primus, qui cogitare cepit de inueſtituris Eccleſiæ? to. 16. 133. 2.

Principum ſæcularium leges ſubiacent Papæ poteſtati. to. 3. 849. 2.

Principes habent dominium omnium, quæ ſunt ſubditorum. to. 4. 330. 1.

Princeps exercitui præficiendus. to. 16. 367. 5.

Princeps vnus inter Angelicos Spiritus. tom. 16. 365. 14.

Princeps Supremus in ſpiritualibus vnus dandus eſt. to. 16. 365. 8; & ſeq.

Principum genera ſunt duo, iuxta duplex in homine regimine. to. 2. ex Turrecrem. 34. 2; & ſeq.

Principes monentur, vt ſe, ſuaſque faſces Pontificiæ maieſtati ſubmittant. tom. 2. ex Turrecrem. 47. 2; & ſeq.

Principi eſt neceſſaria charitas eo, quòd miniſter ſit ſeruorum Dei. tom. 2. & Pighio. 146. 1.

Principum ſæcularium coactiuæ poteſtati ſubiectos eſſe Eccleſiaſticos oſtendere conatur Marſilius. to. 2. ex Pighio. 148. 3; & ſeq.

Principum Chriſtianorum zelus pro Chriſti nominis gloria qualis eſſe debeat? tom. 2. ex Pighio. 155. 1.

Principis aſſenſus qua ratione requiri conſueuit in electione Papæ? to. 2. ex Pighio. 177. 1; & ſeq.

Principes ſæculares correctioni, & Eccleſiaſticæ poteſtati, ſunt ſubiecti. to. 2. ex Alex. à S. Elpidio. 22. 1; & ſeq.

Principes ſæculares etiam in temporalibus

Papæ

Papæ sunt subiecti. to. 2. ex Alex. à sancto Elpidio. 26. 1; & seq.
Princeps sæcularis non debet electioni Episcopi se immiscere. to. 4. 51. 2.
Principes possunt dici Vicarij Dei implicitè, solus Papa explicitè. to. 4. 68. 1.
Principes sæculi nunquam intra Ecclesiam adeptæ potestatis culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. to. 4. 68. 1.
Principes rationem reddituri sunt pro Ecclesia, quam pro Christo tuendam suscipiunt. to. 4. 68. 1.
Princeps Pater est veluti patriæ, eiusumque custos vitæ, fortunarumque eorum. to. 3. 414. 1.
Principes potestatem habent ad defendendum, non ad inuadendum iura Ecclesiæ. to. 4. 68. 1.
Principis mens vel voluntas talis præsumitur, qualis de iure esse oportet. to. 4. 514. 107.
Princeps quod de iure est cogitasse præsumitur. to. 4. 514. 108.
Princeps semper iustitia plenus præsumitur. to. 4. 514. 108.
Princeps potest priuilegium suum gratiosum reuocare sine causa pro libito voluntatis suę to. 4. 515. 116.
Princeps solutus est legibus quoad vim coactiuam, non directiuam. to. 4. 522. 179; & to. 13. 606. 12.
Princeps Supremus donec non declaratur legitimè excidisse à Principatu, semper est, supremus iudex. to. 4. 729. 33.
Princeps Monarchicus patremfamilias imitari debet. to. 3. 454. 1.
Principes sæculares in quo casu possunt apponere manus ad Concilium congregandum? to. 9. 32. 149.
Princeps quòd in causa propria sibi ius dicat, limitatio. to. 9. 118. 139.
Principes impedientes congregare Concilium, qua pęna teneantur. tomo 9. 137. 4.
Princeps remittendo pœnam, in dubio non videtur remittere pœnam parti debitam. to. 9. 305. 3.
Item non censetur tollere ius tertij. tomo 9. 305. 3.
Princeps non censetur velle tollere ius tertij. & si auferat, dicitur denegata iustitia, & ablatum ius de facto, non de iure. to. 9. 305. 7.
Princeps licèt non possit tollere ius tertij, & tamen auferat, & bona fuerint alienata titulo oneroso, potest ille cui auferuntur, habere regressum contra fiscum. to. 9. 305. 8; & 307. 21.
Princeps ratione pacis potest auferre bona vnius, & dare alteri, & donare res priuatorum, & remittere iniurias, & damna illata priuatis. to. 9. 306. 11.
Princeps ratione publicæ vtilitatis si aliquem restituat, potest restituere etiam ad bona in alium translata, quando aliter pax haberi nequeat. to. 9. 306. 11.
Princeps nequit tollere ea, quæ habent subsistentiam à iure naturali. tom. 9. 316. 26; & 320. 58.
Princeps licèt sit solutus legibus, non tamen est solutus dictamine rationis. to. 9. 321. 65.
Principis verbum debet esse firmius, quàm aliorum. to. 9. 320. 60.
Princeps an obligetur subdito ex contractu ciuiliter, & naturaliter, vel tantùm naturaliter. to. 9. 320. 62.
Princeps an vtatur iure communi, vel proprio? to. 9. 320. 62.
Princeps licèt sit legibus solutus, tamen profitetur se legibus viuere siue ab eo, siue ab alio conditis. to. 9. 324. 89.
Princeps an possit legitimare proprium filium? to. 9. 335. 173.
Princeps ratione nouæ causæ potest infringere contractum à se gestum. to. 9. 346. 246.
Principes an possint præfigere terminum Papæ, vel duobus contendentibus de Papatu, intra, quod congregent Concilium? to. 9. 359. 1.
Princeps etiam non recognoscens superiorem ligatur iure gentium. to. 9. 361. 16.
Item non potest in totum tollere iustitiam subditi. to. 9. 361. 17.
Principes terreni quomodò possint dici Vicarij Dei? to. 4. 68. 1.
Princeps solùm Deum habet vltorem. to. 9. 363. 31.
Principis quælibet lex, & ordinatio præsumitur iusta, & ex causa rationabili facta. to. 9. 363. 29.
Princeps, qui superiorem non habet, solutus est ab omni lege quoad vim coactiuam, non directiuam. to. 9. 366. 53.
Princeps sæcularis, quo casu possit violentiam gladij Papæ repellere per gladium suum? to. 9. 444. 147.
Et non possit dici agere contra Papam. to. 9. 444. 147.
Princeps aliquid faciens etiam in præiudicium tertij in dubio pręsumitur facere cum causa. to. 9. 475. 41.
Princeps licèt non præsumatur velle tollere ius tertij, tollit tamen friuolas exceptiones, & concedit dilationem. tom. 9. 476. 49. & seq.
Princeps quando concedit duo priuilegia, secundum intelligitur saluo primo, & saluo iure alterius. to. 9. 535. 113.
Princeps regens politiam Christianam est vnus. to. 3. 61. 1.
Principatus particulares sunt plures in politia Christiana. to. 3. 63. 1.
Princeps primus post diluuium fuit Nemroth de genere Cham. to. 3. 70. 1.
Principes Christiani quando dicendi felices? to. 3. 197. 1.
Principes subduntur Imperatori ex *Ignatio*. to. 3. 290. 2.
Princeps prœmium expectare debet à Deo, minister expectat à Domino suo. tomo 3. 197. 1.
Principes sæculares habent potestatem in corpora, Ecclesiastici autem in animam. tomo 14. 291. 2.
Principes ob quam causam deponi possint? to. 2. ex Adolpho. 31. 2.
Principes catholici armantur prædicatore S. Dominico. to. 2. ex Adolpho. 33. 2.
Princeps sæcularis nihil omnino potest supra Episcopos. to. 2. ex Adolpho. 45. 1; & seq. & 117. 2.
Principum depositio decreta in Concilio Late-

teranensi, & Lugdunensi. tom.2. ex Adolpho. 55. 2.
Principis sæcularis potestas. to. 2. ex Adolpho. 59. 1; & seq.
Princeps politicus supremus non habet superiorem eiusdem ordinis. to.2. ex Adolpho. 61. 2.
Principum officium in Ecclesia quale sit? tomo 2. ex Adolpho. 62. 2.
Princeps sæcularis amoueri potest, quia suprema potestas est in Republica. to. 2. ex Adolpho. 79. 2.
Principes electores qui sint? to.2. ex Adolpho. 120. 1.
Principes an possint à subditis deponi? to. 2. ex Adolpho. 122. 1.
Principes deponi posse contra Rogerium, à Pontificibus probatur. to. 2. ex Adolpho. 122. 1; & seq.
Principes à subditis deponi posse docet Rogerius. to. 2. ex Adolpho. 127. 2.
Princeps non subditur suis legibus quoad vim coactiuam. to.7. 765. 1.
Principis laici suprema potestas inabdicabilis est. to.11. 520. 1.
Principes quoad vim directiuam non quoad coactiuam subduntur legibus. to. 11. 524 2.
Principes non ligant funibus, sed legibus. to.3. 842. 1.
Princeps, quæ debeat nutrire, & fouere in subditis? to.13. 285. 1.
Princeps spiritualis potest laicos punire pœna temporali. to.2. ex Adolpho. 85. 2.
Principes Christiani Papæ, & Concilijs sunt subiecti. to.2. ex Adolpho. 100. 1; & seq.
Princeps laicus contra Ecclesiasticum gladio vti non potest. to.3. 932. 1.
Principibus vim, & iniustitiam facientibus an sit resistendum? to.3. 932. 2.
Principes non possunt condere leges sacras. to.3. 926; & seq.
Principibus si collata fuisset potestas Ecclesiastica, non haberetur vnitas fidei, & religionis. to.3. 953. 1.
Principes sunt rerum sacrarum tutores. to.3. 953. 2.
Principi, vel plebi iure Diuino non inest ius eligendi Episcopos. to.3. 956. 2.
Principi laico nequit competere imperium circa res sacras. to.3. 926; & seq.
Princeps habet gladium gubernatiuum, & defensiuum. to.7. 424. 1.
Principes qui obtulerunt bona Ecclesiæ. to.5. 775. 2.
Principibus discolis obediendum est semper salua religione. to.11. 376. 2.
Principes sæculares habent iurisdictiones in schismaticos, & hæreticos. to.9. 40. 195.
Principum ordinationes, vt maneant post mortem ipsorum, vim statuti, & legis habere debent. to.3. 13. 1.
Principum amor in subditos. to.3. 198. 1.
Principes temporales inter se habent continua diffidia; ideo necessaria fuit in Papa super illos potestas; aliter Regna statim perirent. to.11. 316. 4.
Principes sæculares nullus ius habent in Concilio, quod est Tribunal Spiritus sancti, in quo tractantur solæ causæ spirituales. tomo 18. 4. 2.
Princeps sæcularis an possit compellere Cardinales ad ingrediendum Conclaue? to.18. 107. 7.
Princeps hæreticus, & infidelis.
Principes infideles non sunt Papæ subiecti. to.3. 849. 1.
Principes infideles aliquando puniri possunt à Papa. to.3. 849. 1.
Principes hæretici pœnis Ecclesiasticis possunt à Papa ex antiqua consuetudine puniri. tom.4. 461. 4; & tom. 2. ex Adolpho. 108. 1.
Principes hæreticos etiam pœnis temporalibus Papa potest punire, principatu priuate, eorumque subditos à iuramento liberare. to.4. 461. 5.
Princeps infidelis est omninò deponendus; an autem si inuentus fuerit infidelis, sit deponendus? to.2. ex Adolpho. 83. 1.
Princeps natus infidelis tentans trahere fideles in suam sectam est deponendus. to. 2. ex Adolpho. 83. 1; & seq.
Princeps infidelis, quæ pericula fidei perniciosa secum trahat? tomo 2. ex Adolpho. 87. 1.
Principes nedum hæretici, postquam abiurarerint; sed etiam catholici iuramentum fidelitatis debent præstare. to. 2. ex Adolpho. 96. 1; & seq.
Principibus infidelibus est obediendum. to.2. ex Adolpho. 91. 2; & 108. 1.
Principem infidelem exauctorari posse probant SS. Patrum exempla, & Summorum Pontificum sententia. to. 2. ex Adolpho. 117. 1; & seq.
Princeps hæreticus similis est lupo. to. 2. ex Adolpho. 103. 2; & seq.
Princeps hæreticus nedum excommunicandus, sed etiam deponendus est contra Rogerium. to. 2. ex Adolpho. 108. 1; & seq.
Principes scelestos deponi posse à pluribus asseritur. to.2. ex Adolpho. 66. 2; & seq.
Princeps hæreticus non potest à quonis occidi. to.2. ex Adolpho. 108. 1.
Principatus Ecclesiasticus.
Principatus Ecclesiasticus multo tempore præcessit Imperatores catholicos etiam in iurisdictione coactiua. to.13. 335. 1.
Principatus Ecclesiasticus qualiter fuerit institutus? to.9. 544. 129.
Principatus Ecclesiæ fuit à Christo Domino soli Petro collatus. to.1. 3. 1.
Eius dominium non est tyrannicum, & seruorum; sed Regale, paternum, & pastorale. to.19. 67. 2.
Ab eius dominio dependent omnes Reges, & Principes. to.19. 68. 2.
Item possunt Concilium indicere. to.19.163. 1.

Nequeunt tamen deponere Episcopos. tom. 19. 163. 1.

Possunt anathematizare Papam intrusum. to.19. e63. 2.

Sede vacante Cardinales non habent potestatem coactiuam. to.19. 163. 2.

Neque possunt beneficia conferre. tom. 19. 163. 2.

Sede ficte, vel verè vacante possunt congregare Concilium. to.9. 38. 184.

Sede

Sede vacante Cardinales quando sunt omnes concordes, possunt conuocare Concilium per viam auctoritatis citando omnes: quãdo autem non sunt concordes, solùm per viam requisitionis. to.9. 38. 184; & seq.
Sede vacante Cardinales non succedunt Papæ in potestate. to.9. 327. 113; & 297. 145.
Non habent Papæ potestatem suppletiuè ita, vt sede vacante possint supplere exercitium potestatis Papæ; sicut populus, vel communitas supplet potestatem Principis. to. 18. 4. 1.
Sede vacante Cardinales nequeunt aliquem Cardinalem creare. to.9. 240. 2; & to. 18. 126. 1; & to.4. 345. 11.
Sede vacante an Concilium ex causa necessaria possit creare Cardinales? tom.9. 240. 1.
Sede vacante Cardinales non habent potestatem capitis, sed tenent solùm locum Curię. to.9. 240. 3.
Sede vacante Cardinales quemadmodùm non possunt creare aliquem Cardinalem de nouo, ita nec iam Cardinalem possunt creare Legatum inuitum, bene tamen volentem. to.9. 240. 5; & 12.
Sede vacante Concilium potest intrusum in Paparum anathematizare, & hoc propter necessitatem, quia non est, ad quem possit recurri, ita ex necessitate dicendum, quòd possit creare Cardinales. tomo 9. 241. 10.
Sede vacante potestas Cardinalium quæ sit? to.9. 8. 2.
Sede vacante Cardinales non habent potestatem canonizandi Sanctos. tom. 9. 739. 2.
Ad eos potest vacante sede appellari. to. 19. 14. 2.
Sede vacante, & discordantibus Cardinalibus, ad quos spectet congregare Concilium? to.9. 39. 186.
Sede vacante Concilium nequit cognoscere de casibus Papæ reseruatis. tom. 18. 128. 9.
An sede vacante Concilium possit facere decreta reformationis tam ad membra, quàm ad caput spectantia? to. 13. 606. 7; & seq.
Sede vacante Concilium immediatè recipit à Deo auctoritatem. to.19. 266. 1.
Sede vacante Concilium generale potest exequi ea, quæ sunt necessaria pro regimine Ecclesiæ; & quæ nequeunt protogari vsque ad creationem noui Pontificis; & quibus nequit prouideri per iuris dispositionem. to.13. 531. 1; & seq.
Sede vacante Concilium potest exequi, & administrare ea, quæ sunt fidei. to. 13. 532. 1.
Mortuo Papa potestas clauium remanet in manu Christi Domini. tom.18. 484. 2; & to.9. 253. 3; & seq.
Sede vacante potestas Papæ non est in Ecclesia quoad omnia; quamuis in Ecclesia sit potestas eligendi Papam. to.11. 462. 6; & seq.
Defuncto Papa remanet potestas in Episcopis. to.19. 126. 2.

Sedes D. Petri.

Sedes D. Petri semper habuit ius confirmandi synodos generales. tom. 15. 446. 3; & seq; & 450. 9.
Semper fuit consulta in controuersijs circa fidem exortis. to.15. 612; & seq.
Sedes D. Petri cur Romæ fuerit, non Hierosolymis? to.19. 317. 2; & 320. 7.
Tres sedes D. Petrus erexit. tomo 20. 346. 6.

Vid. Petri Cathedra.

Saldenus.

Saldenus Anglus multa attribuit Eurychio, quæ nunquam somniauit, aut illi in mentem venerunt, quæ de origine nominis Papæ scripsit. tom. 1. ex Ecchellensi. 7. 1; & seq.
Saldeni ars in labefactanda Papæ existimatione. to.1. ex Ecchellensi. 7. 2.
Saldeni interpretatio de nomine Papæ examinatur, & expenditur. to.1. ex Ecchellensi. 7. 2.
Saldenus Arabica vocabula malè explicat. to.1. ex Ecchellensi. 7. 2; & seq.
Saldenus malè vertit verba Eutychij de origine nominis Papæ. to. 1. ex Ecchellensi. 9. 2.
Saldeni interpretatio ex serie narrationis Eutychianæ de origine nominis Papæ, & orationis connexione refellitur. to. 1. ex Ecchellensi. 10. 1; & seq.
Saldenus Papam Auum malè interpretatur. to.1. ex Ecchellensi. 10. 1.
Saldenus falsò asserit Patriarcham Alexandrinum Papam vocatum fuisse. tom. 1. ex Ecchellensi. 10. 1.
Eiusdem Saldeni interpretatio, & sententia ex notione, seu significatione ipsius nominis Papæ. to. 1. ex Ecchellensi. 10. 2; & seq.
Item Saldeni interpretatio, & sententia ex praxi, & continuato nomenclationis Papæ vsu tam sub Alexandro, quàm proximè post. to. 1. ex Ecchellensi. 12. 1.

Senatores, & Senatus.

Senatorum dotes sunt sapientia, prudentia, & scientia. to.4. 345. 12.
Ad senatum iure communi vocandi sunt soli illi, quibus ex officio conuenit res talis Reipublicæ gerere, & vtiliter administrare. to.4. 696. 19.
Senatus non potest soluere Principem à lege naturæ, & æterna. to.9. 321. 65.
Ecclesiam habere senatum quid sit? to.9. 228. 23; & 234. 76.
Senatores sunt coadiutores Imperatorum, habent ius suffragij in foro Regio. to.4. 705. 87.
In Senatorum numero ponitur Imperator, non autem in numero Prælatorum. to. 4. 705. 87.

Seneca.

Senecæ, & Pauli epistolæ an sint veræ? to.17. 625. 1; & seq.
Senecæ, & Pauli epistolæ an sint suppositititiæ? to.14. 534. 1.
Seneca approbauit Monarchiam, & eam laudauit. to.4. 739; & seq.

Senior.

Senioris nomen quare non sit ampliùs in Ecclesia? to.3. 962. 1; & seq.
Senior idem est, ac præsbiter. to. 14. 187. 1; & to.19. 202. 1.
Senior significat viros dignos veneratione, & ob-

& obseruantia, non tam annorum, quàm motum, & prudentiæ canitie insignitos. to.4. 703. 71.
Senior idem sonat, quod Hispano sermone Señor. to.4. 703. 71.
Seniores huiusmodi necessariò non sunt vocandi ad Concilium, tanquam iudices. to.4. 703. 71.
Seniores, qui cum Apostolis conuenerunt in Concilio, an fuerint laici, vel sacerdotes? to.13. 492. 1.
Seniores illi licèt conuenerint cum Apostolis consultando; nihilominùs determinatio, & definitio facta fuit per Apostolum Petrum. to.13. 492. 1.

Sennacherib.

Sennacherib abrasi fuerunt capilli ab Angelo in ignominiam. to.6. 497. 1.
Sennacherib, qui dicitur Assur, Iudæos puniuit. to.3. 44. 2.

Sententia.

Sententia iniusta non est exequenda. to. 18. 455. 1.
Sententia inferioris non tollit ius superioris. to.18. 122. 22.
Sententia iudicis non est lex, sed interpretatio legis. to.8. 380. 2; & 382. 2.
Sententia inferioris contra superiorem, quanuis ex iusta causa procedat, est nulla ipso iure. to.9. 367. 61.
Sententia contra ius litigatoris lata, quantumcumque iniusta, per transitum in rem iudicatam valet. to.9. 370. 3.
Sententia facit notorium. to.9. 401. 9.
Sententiæ Iudicum præsumendæ sunt veræ. to.3. 34. 1; & seq.
Sententia lata super matrimonium numquam transit in rem iudicatam. to.9. 68. 7.
Sententia iudicis retractatur, quando fundat se super notorio, & non est notorium. to.9. 289. 110.
Sententiam Principis haberi pro lege quomodò sit intelligendum? to.9. 298. 3.

Sententia Concilij.

Sententia Concilij quæ sit? tomo 3. 547. 2.
Sententia Concilij dupliciter accipi solet. to.13. 548. 1.
Sententia Concilij in causa fidei, an sit maior Papæ sententia? to.9. 471. 7.
Sententia Concilij, qua potest Papam de hæresi conuictum hæreticum declarare, est potiùs declaratiua potestatis abdicatæ, quàm inductiua depositionis. to.9. 404. 39.
Sententia Concilij est appellabilis ad Papam. to.9. 343. 227.
Sententiæ Conciliorum, si inter se sint contrariæ, standum est illi, quæ lata est à Concilio maioris auctoritatis, & antiquitatis. to.9. 215. 3.
Sententiæ priorum Conciliorum declarantur per Concilia posteriora. tomo 9. 216. 12.
Cùm plura Concilia discordant in sententia circa ea, quæ sunt iuris positiui, cui potiùs sit adhærendum? to.9. 217. 17.
Sententia Concilij quando sit præferenda Papæ sententiæ? to.9. 203. 59.
Sententia Concilij quando sit ferenda? to.18. 115. 4.
Sententiæ Conciliorum, & decisiones an obligent ad firmiter illas tenendas? to. 3. 871. 1.
Sententia Conciliorum Papæ sententiæ est postponenda. to.5. 127. 31.
Sententia vnanimis Concilij discordans à sententia Papæ nequit dari. tom.10. 541. 2.
Sententia Concilij quoad maiorem partem posthabenda est vnius Papæ sententiæ. tomo 10. 542. 1.
Sententia Concilij dependet à sententia Papæ, non è contra. tomo 4. 720. 47; & seq.
Sententia Concilij, quando sententiæ Papæ est contraria, est relinquenda. tom.9. 212. 137; & 145.
Sententiæ Concilij an standum esset, si Papa vellet contra illam statuere? to.9. 201. 47; & 202. 50.
Sententiæ Concilij tunc solùm standum esset, quando Papa vellet aliquod, quod esset contra ius Diuinum, vel naturale. tom.9. 202. 52.
Sententijs Conciliorum generalium non acquiescens Christianus non est. to. 19. 407. 1.
Sententiam Conciliorum esse munitam Spiritu sancto quomodò sit intelligendum? to.9. 208. 106.
Quomodò sit præferenda sententiæ ipsius Papæ? to.9. 479. 3.
Sententia Concilij præferenda est sententiæ Papæ ex eo, quòd Orbis est maior Vrbe. to.9. 479. 3.

Sententia Concilij prouincialis.

Sententia Concilij prouincialis præualet sententiæ Archiepiscopi. to.9. 198. 26.
Si plurium Conciliorum celebratorum in diuersis prouincijs sententiæ discordent inter se, cui magis sit adhærendum? tom.9. 217. 19.
Prouinciale Concilium profert sententiam per potestatem immediatè receptam à Romano Pontifice. to.13. 579. 2.

Sententia Concilij Constantiensis.

Sententiam Concilij Constantiensis in Ioannem XXII. Pontificem quæ fuerit? to. 11. 186. 2.
Eius sententia circa Papæ depositionem tempore schismatis. to.14. 216. 1; & seq.
Item sententia in Wicleff iam defunctum, & in sepulcro iam repositum. to. 10. 429. 2; & seq.
Item sententia in Marsilium de Padua. tom.6. 691. 1.
Sententia damnationis libelli Fratris Ioannis Falkenbergh crudelissimas hæreses continentis non fuit publicata, sed ei fuit silentium impositum. to. 11. 123. 1; & seq. & 124. 2.

Sententia Damasi.

Sententia iudicialis Damasi Papæ super appellationes sibi exhibitas. to.3. 745. 1.
Sententia eiusdem Damasi Papæ aduersùs aliquos Episcopos Numidiæ illicita, atque prohibita agentes. to.3. 745. 2.

Sententia Doctorum.

Sententia Doctorum tenentium Papam errare non posse. to.10. 37. 1.
Sententia Doctorum, & Patrum omnium con-

cors debet haberi in definiendis controuersijs fidei. to.13. 171. 1.

Sententia S. Leonis.

Sententia S.Leonis lata in Dioscorum. to.10. 18. 1.

Sententia Papæ.

Sententia Papæ semper præsumitur ratione fulcita. to.9. 208. 103.
Sententia Papæ præfertur etiam in eo, quòd est contra ius politicum, quia Papa est supra ius politicum, & non ligatur legibus iuris positiui. to.9. 202. 55.
Sententia Papæ adhærens minori parti Patrũ Concilij semper præualet. to.9. 224. 60; & seq.
Quæ sententia debeat præferri Papæ, an Concilij, si inuicem contrariantur? to. 9. 195. 1; & seq. vsque ad 207. 97.
Sententiæ Papæ standum est, si Concilium ei contradicat. to.9. 343. 224.
Sententiæ Papæ standum est, etiam si totus mundus contra illum sentiret. tom.9. 201. 45.
Sententiæ Papæ potiùs, quàm Concilij standum est. to.4. 113. 1; & to.8. 942. 2; & seq.
Sententia Papæ, an Concilij præferatur, quando est dubium, an aliquid sit peccatum ex lege Dei, an verò contra ius naturale? to.9. 206. 84.
Discordantibus Papa, & Patribus de Concilio in aliquo, quod sit iuris positiui, cuius sententiæ standum? to.9. 206. 89; & 90.
Sententijs Papæ se opponentes quas censuras incurrant? to.11. 437. 1; & seq.
Sententiæ Papæ in inuestigatione veritatis magis est standum, quàm sententiæ Episcoporum. to.8. 947. 1; & seq.
Sententia Papæ in dubio præferenda est sententię Concilij. tomo 5. 127. 31; & to.10. 542. 1.
Credendum est Papæ, etiam si Concilium ab eius sententia discordet. to.5. 126. 31; & seq.
Sententia Papæ à nullo potest retractari, & ipse omnium sententias potest retractare. 10.6. 522. 2.
Sententia Papę in rebus facti solùm ipso Papa annuente potest mutari. to. 6. 523. 1; & seq.
Sententia Papę contra omnes Patres Concilij in materia fidei sententiæ Concilij cedit. to.11. 446. 6.
Post sententiam latam à Concilio generali, vel prouinciali Papa habet potestatem, vel determinandi eam per se, vel illam remittendi iterum examinandam Episcopis illius Concilij, vel prouinciæ. to.7. 289. 2.
Sententia Papæ præualet sententiæ maioris partis Concilij. to.10. 542. 2.
Sententia Papæ nedum est interlocutoria, sed etiam definitiua. to.10. 547. 1.
Sententiæ Papæ firmitas non dependet à consensu Ecclesiæ vniuersalis. to.10, 547. 2.
Sententia Papæ à nullo potest retractari, nisi ipse retractet. to.4. 213. 2.
Quare Papa præcipiat sententiam suam approbari à Concilio? to.7. 796. 1.
Sententiæ, & censuræ Papæ quando, & quomodò possint esse inualidæ? to. 9. 362. 22.
Sententiam ferens Papa contra se ipsum dicitur ordinare, non iudicare. to.9. 380. 20.
Sententia Papæ à nemine potest iudicari. tomo 18. 37. 1; & seq.
Sententia Papæ in reprobandis libris quanti fuerit existimata? to.1. 393. 1; & seq.
Sententia Papæ quibuscumque alijs est præferenda. to.9. 809. 1.
Sententias Papæ executioni mandarunt Imperatores. to.19. 417. 2.
Sententia Papæ est maior sententia Concilij generalis. to.9. 471. 7.
Sententia Papæ an sit postponenda sententiæ Concilij generalis? to.9. 203. 59.
A sententia Papę dependet sententia Concilij generalis, non autem è contra. to. 4. 720. 471 & seq.
Sententia omnis etiam Concilij generalis, quando contrariatur Papæ sententiæ, est relinquenda. to.9. 212. 137; & 145.
Sententia Papæ est vltima, & ab ipsa nequit appellari etiam ad Concilium generale. to.2. ex Pighio. 113. 2; & seq.
A sententia Papæ appellare non respicit bonum commune. to.9. 466. 86.
Post sententiam Papę non datur locus discussioni, aut inquisitioni. to.8. 943. 1.
Sententia Papæ in rebus fidei est omnino infallibilis. to.8. 943. 1.
Sententia Papæ etiam in decretis morum est executioni mandanda. to.8. 943. 2.
Sententia Papæ in rebus fidei nunquam fuit contra ius naturale, aut ius Diuinum; & in rebus spectantibus ad mores nunquam fuit in perniciem Ecclesiæ. to.8. 943. 2.
Si Concilium generale nollet tolli à Papa antiquos canones spectantes ad mores, & Papa eos vellet abrogare, aut è contra, Papæ sententiæ esset adhærendum, quia Papa est conditor canonum. to. 8. 944. 1.
An sententia Papæ coniuncta cum sententia Concilij sit maior, quàm sententia solius Papæ? to.8. 948. 2; & seq.
Sententia Papæ simul cum sententia Concilij est perfectior tantùm extensiuè, non intensiuè. to.8. 950. 1; & seq.
Sententia Papæ siue scriptis, siue verbis prolata est exequenda. to.5. 128. 33.
Sententiam Papæ retractans in S. Petrum rebellionis eleuat manus. to.6. 523. 2.
Sententiam Papæ latam pro S. Athanasio factio Eusebiana retractans in rebellionem, & schisma manifestum erupit. to.6. 523. 2.
Sententia Papæ Nicolai I. de Photio Constantinopolitano Episcopo solùm ex consensu Adriani Papæ II. ab VIII. synodo fuit retractata. to.6. 524. 1.
Sententia Papæ non nisi in grauissimis causis ab eius successoribus debet retractari. to.6. 524. 1.
A sententia Papæ appellantes excommunicationem Papalem incurrunt. to.6. 524. 2.
Sententia Papæ contra Nestorium Constantinopolim missa per Possidonium Alexandrinæ Ecclesiæ Diaconum. to.6. 525. 2.
A Melchiadis Papæ sententia Donatistæ appellantes statim ab Ecclesia catholica expulsi fuerunt. to.6. 526. 2; & seq.
Sententia Papæ præfertur sententiæ Concilij. to.9. 473. 26.
Sententia Papæ quando concurrit cum decisione aliàs facta in Concilio, præualet sententiæ Concilij. to.9. 476. 45.

Sententia Papæ examinatur in Concilijs vniuersalibus. to.9. 496 42.
A sententia Pontificum an liceat appellare ad futurum Concilium? to.3. 585. 2.
Sententia Papæ nunquam fuit suspecta in vllo Concilio de veritate, aut iustitia. to.13. 541. 1.

Separatio.

Separatio corporalis à malis in Ecclesia prohibetur à Christo Domino, Prophetis, Apostolis, & Sanctis Patribus. to. 3. 727. 1.
Vid. Schisma.

Septies.

Septies verbum quomodò intelligendum? to.9. 365. 45.

Septimum.

Septimum vocabatur Palatium Constantinopolitani senatus, in quo Iustinianus Imperator recitabat suas leges, antequam promulgarentur. to.6. 459. 2.

Sergius Diaconus.

Sergius Diaconus insurrexit contra Formosum, & schisma in Ecclesiam tentauit inducere. to. 1. 11. 2.
Eius schisma sequaces non habuit; omnes enim adhæserunt Formoso tanquam legitimè electo. to.1. 11. 2.

Sergius Episcopus Cypriensis.

Sergius Episcopus Cypriensis Theodorum Papam appellauit Patrem Patrum, Archiepiscopum, & Papam vniuersalem, factum verticem, firmamentum à Deo fixum. to.1. 106. 2.
Apostolicam sedem vocauit formam lucidissimam fidei, & fundamentum super quod columnæ Ecclesiæ fuerunt confirmatæ. to.1. 106. 2.
Illius epistola ad Theodorum Papam de duabus Christi Domini voluntatibus contra Monotheliras. to.3. 710. 2.
Secutus fuit doctrinam B. Papæ Leonis, quam paratus fuit defendere, prædicare, & pro ea martyrium suscipere. to.3. 711. 1.

Sergius III. Papa.

Sergius Papa III. quamuis ex odio plura decreuerit contra Formosum, attamen non errauit in fide. to.15. 140. 367.
Sergius Papa III. Stephani VI. vestigijs insistens Formosi Papæ corpus è sepulcro extraxit, eique tres digitos, quibus ordines contulerat, mutilauit, atque ordines ab eo collatos esse denuo repetendos decreuit. to.3. 481. 2; & seq.
Errauit cum Concilio prouinciali in quæstione facti, non iuris. to.3. 482. 1.
Errauit ex tribunali, non autem ex cathedra, quia ex cathedra, ex qua solùm Pontifex est infallibilis, non definiuntur, nisi quæstionis iuris; quæstiones autem facti pronunciantur ex tribunali, ex quo potest error prodire. to.3. 482. 1.
Contra Sergium Papam III. insurrexit Paschalis, qui centum auri libris Pontificatum sibi mercari ausus fuit, ac sortilegijs, & Idololatriæ flagitio sibi viam ad Papatum aperire tentauit. to.1. 11. 1.
Synodum Quinisextam damnauit mori potiùs, quàm errori consentire paratus. to.1. 103. 1.

Sergius IV. Papa.

Sergius Papa IV. censetur ab aliquibus primus, qui nominis mutationem induxit in electione Pontificis, eo quòd priùs os Porci, vel Buca Porci vocaretur. to. 10. 285. 4.
Nomen mutauit ob Apostolici culminis reuerentiam, cùm antea Petrus vocaretur. tomo 10. 285. 2.
Fuit vir magnæ sanctitatis, & successit Ioanni XX. to.7. 809. 2.

Sergius Patriarcha Constantinopolitanus.

Sergius Patriarcha Constantinopolitanus Heraclium Imperatorem persuasum ab Athanasio Iacobitarum hæreticorum patriarcha, qui se catholicum simulauerat; & Concilio Chalcedonensi subscripserat; adeoque ab eodem Imperatore Patriarchatum Antiochenum in præmium acceperat, & à Cyro Phasidis Lazorum Metropolita, postea ad Patriarchatum Alexandrinum translato inductum in hæresim Monothelitarum in errore confirmauit. tom. 1. 120. 1.
Sergij vafricies multo tempore latuit, & non nisi per multos annos fuit detecta. to. 1. 120. 1.
In synodo Alexandrina fuit manifestata à Sophronio Monacho, qui postea Hierosolymitanus Episcopus fuit electus. tomo 1. 120. 2.
Sergius Sophronij literis excitatus scripsit ad Honorium Papam optimum fore ad pacem inter hæreticos, & Ecclesiam conciliandam, si controuersia de vna, vel duabus voluntatibus, & operationibus ab vtraque parte silentio obuolueretur. to.1. 120. 2.
Sergius in suis ad Honorium literis doctrinam Concilij Chalcedonensis, & epistolæ S. Leonis professionem insernit, & demum Honorij Papæ censuræ se se subiecit; propter quod nec leuem hæresis suspicionem dedit. to.1. 120. 2.
Adeò suam hæresim contexit, vt ab omnibus nedum Orthodoxus crederetur, sed etiam magnæ existimationis Episcopus, propter quòd à Sophronio fuit summè laudatus. to.1. 120. 2.
Sergio propter bonum pacis controuersiæ inter hæreticos, & Ecclesiam suadenti silentium acquieuit Sophronius. to 1. 120. 2.
Honorij Papæ ad Sergium scripta integra conseruantur. to.1. 121. 1.
In actis VI. synodi reperitur epistola Sophronij ad Sergium Patriarcham circa hæresim Monothelitarum. to.1. 121. 1.
Sergij pseudosynodus Constantinopoli coacta fuit damnata à Seuerino Papa. to. 1. 122. 1.
Sergij hęresis tandem fuit detecta à Theodoro Papa, qui in synodo Romana illius versutiam publicauit. to.1. 122. 2.
Sergius simul cum Theodoro Pharanitano, Cyro Alexandrino, Pyrrho, & Paulo Constantinopolitanis fuit damnatus à Martino Papa Theodori successore. to.1. 122. 2.

Series Conciliorum.

Series Conciliorum omnino reprobatorum, tanquam sathanæ conuenticulorum. to.9. 780. 1; & seq.

Series Conciliorum generalium approbatorum. to.10. 574. 2.
Series Conciliorum reprobatorum; & partim approbatorum, ac partim reprobatorum. to.10. 576. 1; & to.9. 779. 2; & seq.
Series Imperatorum, ac Regum.
Series Imperatorum electorum. to.7. 362. 1; & seq.
Series Imperatorum, Regum, aliorumque Principum erga Romanam Ecclesiam munificorum. to.10. 97. 1; & seq.
Series Imperatorum, & Principum, qui vetbis honorem detulerunt Summo Romano Pontifici. to.10. 92. 1; & seq.
Series Imperatorum, & Regum, qui varios titulos tribuerunt Romano Pontifici. to.10. 92. 1; & seq.
Series Imperatorum, & aliorum Principum, qui summam reuerentiam Romanis Pontificibus exhibuerunt. to.10. 93. 2; & seq.
Series Regum Angliæ, qui Romano Pontifici summam venerationem, & obsequium obtulerunt. to.10. 94. 1; & seq.
Series Imperatorum, & aliorum Principum, qui munificentiam in Romanam Ecclesiam ostenderunt. to.10. 96. 1; & seq.
Series Principum, qui quia fauerunt Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, summos fauores à Deo receperunt. to.10. 110. 1; & seq.
Series Imperatorum, & aliorum Principum, quorum exitus infœlices fuerunt, quia fuerunt infesti Romanis Pontificibus. to. 10. 112. 1; & seq.
Series Imperatorum à Nerone vsque ad Maxentium, qui persecuti sunt Romanos Pontifices. to.10. 114. 1.
Series Imperatorum Orientalium, qui fuerunt aduersarij Romanis Pontificibus. tomo 10. 114. 1; & seq.
Series Imperatorum Occidentalium ob inobedientiam Romano Pontifici à Deo infœlici morte punitorum. to. 10. 115. 1; & seq.
Regum Romanorum à Romulo ad Tarquinium superbum, & Imperatorum à Iulio Cæsare vsque ad Carolum V. Austriacum. to. 14. 153. 1; & seq.
Series Regum Romanorum Gentilium, & Catholicorum, qui non fuerunt, & qui fuerunt Imperatores. to.14. 154. 1; & seq.
Series Imperatorum depositorum per Papæ sententiam. to.6. 487. 1; & seq; & 741. 1; & seq; & to.19. 22. 2; & seq.
Imperatores condemnati, & exauthorati à Romano Pontifice. to.13. 277. 2; & to. 4. 456. 2; & seq; & to.10. 180. 1.
Series Pontificum Romanorum.
Series Pontificum Romanorum à Diuo Petro vsque ad Leonem X. to.14. 151; & seq.
Series Pontificum ab Imperatoribus interfectorum. to.10. 110. 1.
Series Romanorum Pontificum, Imperatorum, & Consulum, qui fuerunt post D.Petrum vsque ad Alexandri I. tempora. to.17. 609; & seq.
Series Pontificum Romanorum à S. Petro vsque ad Anastasium allata à S.P.Augustino. to.18. 87.1.
Series eorum à Lino Papa vsque ad Bonifacium VIII. to.1. 338. vsque ad 351.
Series, & numerus omnium Pontificum Romanorum, qui fuerunt veri Pontifices. to.9. 648.2.
Pontificum Romanorum sex priorum, qui Ecclesiam gubernarunt, ordo. to.17.606. 2; & seq.
Series Pontificum Romanorum ab Honorio IV. vsque ad Eugenium IV. to.4. 102. 2.
Altera series integra omnium Pontificum vsque ad Clementem IX. to. 10. à 283, vsque ad 287.
Altera series vsque ad Anastasium iuxta Optatum Mileuitanum. to.14. 14. 1.
Alia series distincta per sæcula. to. 8. 781; & seq.
Circa series summorum Pontificum notę quędam historicæ. to. 10. 286. 2; & seq.
An in serie Romanorum Pontificum recensenda sit Ioanna dicta Papissa? to.10. 289. 2; & seq.
Series Pontificum à D. Petro vsque ad Anastasium, qui ab hæresi innocentes fuerunt. to.1. 337. 2.
Series Pontificum Romanorum ab hæreticis nota hæresis accusatorum. to.2. ex Pighio. 86. 1; & seq; & 91. 1.
Seripandus.
Seripandus Cardinalis Ordinis S.P. Augustini Concilij Tridentini fuit Legatus. tomo 1. 77. 2.
Seruitus.
Seruitus hominum, quæ inducit ad peccatum, prohibetur. to.3. 847. 2.
Seruitus quare introducta sit? to.3. 69. 2.
Seruitus post peccatum introducta fuit. to. 3. 69. 2.
Seruitutem fidelium erga infideles prohibet Apostolus. to.3. 847. 1.
Seruitutis genus est duplex; vnum competit Regibus, qui populo inseruiunt eum regendo; alterum subditis, qui inseruiunt obediendo. to.18. 467. 1.
Seruus.
Seruus post manumissionem non potest conueniri actione negotiorum gestorum de his, quæ in seruitute gessit. tomo 9. 326. 102.
Seth.
Seth natus est loco Abel iusti. to.3. 38. 2.
Genuit Enos, qui primò cepit inuocare nomen Domini. to.3. 38. 2.
Filij Seth, & eorum descendentes dicti sunt filij Dei; quia fuerunt cultores veri Dei. to.3. 38. 2.
Filij Seth, quandiu non se commiscuerunt cum filiabus hominum, idest cum filiabus descendentibus ex Caim, permanserunt in sua innocentia, & cultu veri Dei; cùm autem se immiscuerunt, à sua sanctimonia recesserunt. to.3. 38. 2.
In filijs Seth sancta permansit Ecclesia. to. 3. 38. 2.
Ex genere Seth descendit Iareth, qui genuit Enos, quem tulit Deus. to.3. 38. 2.
Seueritas.
Seueritas fugienda, grauitas amplectenda; quia illa infirmiores fugat, hæc reprimit leuiores; illa odibilem, hæc incontemptibilem reddit. to. 4. 60. 2; & seq.
Seueritas Patrum in filios. to.3. 73. 2.
Seuerinus Papa.
Seuerinus Papa, & Ioannes IV. contra Heraclium,

clium, & Monothelitas in synodo Romana IV. anathema dixit. to.1. 102. 2.
Seuerinus Papa Ecthesi Heraclij non fuit deceptus. to.1. 122. 1.
Cum vniuerso Clero Romano Ecthesin, seu expositionem ab Heraclio Imperatore sibi transmissam anathemati subiecit. tomo 1. 122. 1.
Damnauit pseudosynodum à Sergio Constantinopolitano Episcopo pro confirmando impio edicto Monothelismi celebratam. to.1. 122.1.

Seuerus Pseudoepiscopus Antiochenus.

Seueri pseudoepiscopi Antiocheni impia volumina ab Agapeto Papa condemnata fuerunt. to.1. 363. 1.
Omnia eiusdem Seueri scripta Iustinianus iussu Pontificis mandauit incendio exuri, & scriptoribus, qui aliquod eorum exscribere auderent, manum recidi. tomo 1. 363. 1.
Seuerus hæreticus cum pseudomonachis suis ab Hormisda damnatus. to.1. 306. 2.
Seuerianos pseudomonachos Hormisda damnauit, & ne quid trisagio adderetur, prohibuit. to.1. 306. 2.
Iustinianus Imperator abscissionis linguæ sententiam in Seuerum tulit, quam ille tamen fuga elapsus euitauit. to.1. 306. 2.
Fuit auctor, & origo tot malorum, quæ inuecta fuerunt in Ecclesiam. to.1. 306. 2.
Fuit damnatus à Seuerino Arethusæ Episcopo, & à Cosma Epiphaniensi. to.6. 110.1.
Post mortem Martini Imperatoris sedem Antiochenam arripuit, Flauianum pium, Catholicumque Episcopum eiecit, trecentosque Monachos stabiles in fide Catholica trucidauit. to.3. 639. 1; & seq.

Sibrandus hæreticus.

Sibrandi sophisma contra infallibilitatem Papæ in rebus fidei. to.9. 712. 1.
Sibrandi hæretici peruersa explicatio illorum verborum Christi Domini: *Et super hanc petram*, confutatur. to. 1. ex Ecchellensi. 43. 2; & seq.
Alia non minùs insulsa, & absurda eiusdem Sibrandi expositio eorundem verborum. to.1. ex Ecchellensi. 44. 1.
Improbissimum eiusdem Sibrandi mendacium ostenditur. to.1. ex Ecchellensi. 44. 1.
Sibrandi hæretici negantis D. Petrum Romam venisse argumentum ridiculum. to.1. ex Ecchellensi. 51. 2; & seq.

Sybilla Tiburtina.

Sibilla Tiburtina cùm ostendisset Octauiano Imperatori, quem Romani Deum volebant vocare, circa solem circulum, & in medio eius virginem pulcherrimam puerum gestantem in gremio, & dixisset illum puerum esse ipso Octauiano maiorem, scilicet Christum Dominum, Octauianus statim Christum Dominum adorauit, & prohibuit se Deum vocari. to.4. 88. 2.

Sicilia.

Sicilia olim spectabat ad Metropoliticam subiectionem Romani Pontificis. tomo 6. 112. 1.
Vsque ad Imperium Leonis Isauri nullum habuit Metropolitam. to.6. 265. 1.
Omnes eius Episcopi erant suffraganei Romanæ Metropolis. to.6. 265. 1.

Siciliæ Clerus.

Siciliæ Clerus antiquitus debebat synodo suæ prouinciæ acquiescere, nec potuit ab illo Romam appellare. to.6. 578. 1.
Siciliæ Cleri appellationem ad sedem Romanam concessit Adrianus IV. to.6. 577. 2.

Siciliæ Monarchia.

Siciliæ Monarchiæ Phasellus Siculus fuit architectus. to.1. 463. 2.
Eiusdem Monarchiæ fundamentum videtur esse diploma Vrbani Papæ Rogerio Calabriæ, & Siciliæ Comiti concessum. to. 1. 463. 2.
Eiusdem Monarchiæ rationum impugnatio. to.1. 464. 1; & seq.
Innocentius III. priuilegium de non appellando ad sedem Apostolicam à Rege Siciliæ ab Adriano IV. per vim extortum aboleuit. to.1. 463.1.
Hadrianus IV; & Innocentius III. inuestituram Regni Siciliæ in perpetuum concedentes Constantiæ Imperatrici, & Friderico Regi Siciliæ, eorumque hæredibus, iura sedis Apostolicæ summa cura conseruarunt. to.1. 465.1.
Fridericus Siciliæ, ac Romanorum Rex omnem obedientiam Innocentio III. spondet, & conditiones in pactis expressas pro iuribus Ecclesiasticis iurat. to.1. 465. 1.
Eadem promisit Carolus II. Siciliæ Rex. to.1. 465. 2.
Iuramentum Alphonsi Regis Siciliæ ad consequendum ab Eugenio IV. Regni vtriusque Siciliæ inuestituram. to. 1. 466. 1; & seq.
Sub eodem iuramento obtinuerunt Ferdinandus Alphonsi filius à Nicolao V; & Sixto IV; & Ferdinandus cognomento catholicus à Iulio II. eandem inuestituram vtriusque Siciliæ. to.1. 466. 2.
In Siciliæ Regnum quomodò aliqui Pontifices iurisdictionem suam extenderint? to. 1. 466. 2; & seq.
Appellationes è Sicilia ad sedem Apostolicam Honorius III. suscepit. to.1. 467. 1.
Idem legationem in Siciliam instituit pro subsidio Terræ Sanctæ anno primo sui Pontificatus. to.1. 467. 1.
Innocentius II. Rogerium Siciliæ Comitem Regio titulo honorat, & Apostolicæ sedis feudatarium facit. to.1. 480. 2.
Pontifices diuersi, qui diuersos Nuncios miserunt in Siciliam. to.1. 467. 1; & seq.
Siciliæ, & aliarum prouinciarum bona Ecclesiæ occupantes excommunicantur in Bulla cœnæ Domini. to.1. 481. 2; & seq.
Siciliæ inuasores, & perturbatores excommunicantur à Martino IV. tomo 1. 482. 1, & seq.
Ciuitati Panormitanæ, & ciuibus, nonnullisque Castris illarum partium, quæ contra Regem Siciliæ rebellarunt, Martinus IV. summus Pontifex parcit, seu contra ipsos mitiùs, & demisso rigore agit. to.1. 485. 2.
Eorum crudelitas, & rebellio. to. 1. 484. 2; & seq.
Bonifacius IX. Papa mandauit Nuncio sedis Apostolicæ in Regno Siciliæ, vt rebelles restitueret. to.1. 467. 1.
Tyranni optarunt Monarchiam exercere, Pontificemque Romanum à dominio Siciliæ

liæ exeludere, ſed toties, quoties conati ſunt, toties anathemate percuſſi ſunt. to.1. 467. 2.
Proceſſus habitus contra Petrum Regem Aragoniæ, & Siculos Eeclſiæ Romanæ rebelles. to.1. 484. 1; & ſeq.
Iubetur Rex Aragonum Regis Siciliæ titulum deponere. to.1. 487. 2.
Innocentius II. dedit titulum Regis Rogerio Comiti Siciliæ, qui Apuliam, Calabriam, & Ciuitatem Neapolim acquiſierat. to.4. 34. 1.
Fridericus Rex Siciliæ electus fuit in Regem Romanorum ab Innocentio III; qui depoſuit Othonem IV. Imperatorem in Concilio Lateranenſi. to.4. 34. 1.
Innocentius IV. primum Regem Siciliæ Guilelmum II. eius ratione Dominum inſtituit. to.4. 34. 1.
Nicolaus III. Siciliæ Regnum conceſſit Petro filio Ferdinandi Regis Caſtellæ. to.4.34.2.
Martinus IV. excommunicauit Petrum Regem Aragoniæ, quòd Inſulam Siciliæ, quæ quæ erat de iure B. Petri, ſibi vſurpauerat. to. 4. 36. 1.

Sigebertus.

Sigeberti hiſtoria corrupta. to. 2. ex Alano 17. 1.
Sigebertus, & Martinus primi fuerunt, qui de Ioanna fœmina fabulam ſcriptis ſuis inſeruerint. to.2. ex Alano. 17. 1.
Sigebertus Gregorij calumniator ſuper aſſerto, quòd presbiter concubinarius non conſecret, refellitur. to.1. 349. 2; & ſeq.
S. Anſelmus Sigeberto antiquior, & ſanctior, quid Gregorius iuſſerit, aut ſtatuerit de preſbiteris concubinarijs, veriùs explicuit. to.1. 350. 1.
Sigeberti mendacium, quòd Gregorium VII. pœnituerit de excommunicatione Henrici Imperatoris. to.18. 401. 1.
Sigebertus fuit vnus ex ſectatoribus Henrici Imperatoris. to.18. 401. 1.
Sigebertus quidquid ſcripſerit de pœnitentia Gregorij Papæ, fabuloſum reputatur. tomo 18. 401. 1.
Ipſa Sigeberti narratio ſibi contradicit, ac repugnat. to.18. 401. 1.

Sigiſmundus.

Sigiſmundi III. Auguſti Poloniæ Regis decretum contra emergentes hæreſes. to.1. 334. 2; & ſeq.

Sigma.

Sigma ſignificat accubitum ſex perſonarum in menſa. to.4. 11. 2.
Græcè dictum eſt etiam Hexaclinon, ſeu Heſaclinium, hocèſt ſex accumbentium lectus. to.4. 11. 2.

Signum.

Signa, quæ Dominus prædixit contingere debere perituro ſæculo in Sole, luna, & ſtellis. to.4. 106. 2; & ſeq.

Silentium.

Silentium non ſemper eſt facti approbatio. to.8. 470. 2.

Sillanus.

Sillanus, eùm pecunias à ſocijs accepiſſet, à Maliano Torquato Patre ſuo fuit iudicatus. to.3. 73. 2.
Idem ſic adiudicatus præ triſtitia ſuſpendio ſe conſumpſit, to.3. 73. 2.

Siluerius Papa.

Silnerij Papæ conſtantia contra Theodoram in nolendo reſtituere Anthymum in ſedem Conſtantinopolitanam. tomo 18. 88. 1; & to.2. ex Pighio. 108. 2; & to.1. 417. 2; & 118. 1.
Siluerius in exilium miſſus ob ſuſpicionem coniurationis aduersùs Imperatorem. to.2. ex Pighio. 108. 2.
Siluerius, & Agapetus quomodò Anthymi Patriarchæ Conſtantinopolitani errores detexerint, & Iuſtinianum Imperatorem ad veram fidem reduxerint? to.1. 117. 2.
Siluerius in exilium miſſus propter Patriciam Belliſarij vxorem, quæ Anthymo excommunicato fauebat. to.4. 216. 1.

Simile.

Simile ſimili ſemper amicum, quia ſinguli ſemper fuerunt ad ſibi ſimile. to. 16. 334. 4.
Similia ſolent ſimilibus gaudere. to. 16. 334. 4.
Ad ſimilitudinem Dei factus eſt homo. to.16. 334. 4.
Hanc ſibi ſimilem creaturam, vltra pulcritudinem, & corporis elegantiam, dotauit anima rationali, & tribus illis potentijs, intellectu ſcilicet, memoria, & voluntate. to.16. 335. 10.

Simon.

Simoni cur inditum nomen Petri? to.4. 745. 21; & ſeq.
Simon idem eſt, ac obediens. to. 13. 294. 2; & to.9. 540. 1.
Simon ecce ſathan, ad hoc intelligendum tria ſunt notanda, & quæ ſint? to.3. 469. 1.

Simon Magus.

Simon Magus à D. Petro punitus. tomo 10. 312. 1.
Exiſtimauit dona Dei pecunia poſſideri; mundum non eſſe creatum à Deo; non eſſe liberum arbitrium; non eſſe neceſſaria bona opera; animas migrare de corpore in corpus; ac tandem ſe eſſe Deum. tomo 10. 312.1.
Simon Magus Romæ fuit victus à D. Petro; to.12.33. 1; & 31. 1; & to.1.473.2; & 474. 2; & ſeq.
Simonem Magum Eccleſiam Dei vehementer perturbantem, & euertentem multos, & tandem in aerem volantem orationibus ſuis D. Petrus magno fragore corruentem, & fracta coxendice confuſum, victumque in terram proſtrauit. to.12. 31. 1.
Illius vanitates, & flagitia D. Petrus detexit. to.12. 31. 1; & ſeq.
Simon Magus per Apoſtolum Petrum de his, quæ gerebat ſceleribus confutatus, tranſmarinam aggreſſus eſt fugam. to.12. 32. 1.
Simonem Magum in aerem vehiculo dæmonum ſublatum, Petrus, & Paulus per concordem orationem deiecerunt in terram teſte S. Cyrillo Hieroſolymitano. to. 12. 32. 1.
Simon Magus multas diſputationes habuit cum D. Petro, tam coram Nerone, quàm coram populo. to.12. 32. 2.
In media Romanorum Vrbe miſer collapſus mortuus eſt. to.12. 32. 2.
Iouem ſe credi volebat, Mineruam verò meretricem quandam Selenem, quam ſibi ſociam

ciam fecerat; imaginesque, & suam, & eiusdem meretricis discipulis suis prębebat adorandas teste S. P. Augustino. tom. 12. 32. 2; & to. 1. 474. 2.
Simon Magus Romanos suis præstigijs tanta admiratione affecit, vt etiam ænea columna honoraretur. to. 12. 32. 2; & tomo 17. 143. 1; & to. 1. 473. 2.
Simonis Magi hæresis, qui se, tanquam Deum, existimari tentauit. to. 4. 239. 2.
Fuit origo plurium seditionum in Ecclesia Catholica. to. 4. 239. 2.
Fuit prima inter hæreses, quæ turbarunt Ecclesiam. to. 7. 800. 1.
Hæreses, quæ ab hac hæresi exortæ sunt, dictæ fuerunt hæreses Simoniacorum, vt sunt Saturnini, Menandrini, Basilidiani, Cherinthiani, Ebionitæ, Iudaizantes, & Nazaræi. to. 4. 239. 2; & to. 7. 800. 1.
Simon Magus insecutus est S. Petrum. to. 12. 108. 1.
Simonis Magi historia. to. 14. 553. 2.
Simonis Magi liber de conflictu S. Petri Apostoli cum Simone Mago. to. 7. 85. 2.
Simon Magus pro simonia, qua gregem Domini maculare volebat, à D. Petro fuit horribili sententia condemnatus. to. 16. 378. 5.
Ad pestiferam Simonis Magi corruptelam delendam prouidentia Dei Principem Apostolorum Petrum Romam adduxit teste Eusebio. to. 1. 473. 2; & to. 14. 146. 1; & seq.
Simonis Magi intentio, quando donum Dei pecunia voluit possidere. to. 9. 89. 57. & 71.
Simon Magus Romæ virtute Dæmonis in aerem sublatus à D. Petri oratione fuit deiectus. to. 17. 234. 1; & seq; & 441. 1; & to. 12. 33. 1; & seq.
An disputatio Simonis Magi cum D. Petro contigerit die Dominica? to. 12. 33. 1.
Fuit excommunicatus à D. Petro. to. 8. 515. 2.

Simon Vigorius.

Simon Vigorius qui fuerit? to. 3. 412. 2.
Simonis Vigorij fraudes deteguntur. to. 3. 408. 1; & seq; & 410. 1; & seq.
Eius liber damnatur à Paulo V. in suo libro defendente librum Anonymi. to. 3. 409. 1; & seq.
Fuit defensor Anonymi. to. 3. 409. 2.
Eius errores affinxit patruo suo Simoni Vigorio insigni Doctori, & Archiepiscopo Narbonensi. to. 3. 412. 1; & seq.
Simon Vigorius doctrinæ suæ schismaticæ virus contexit, & dissimulauit. to. 3. 411. 2.
Fuit imitator Arij, Sabellij, Berengarij, Lutheri, & aliorum in defensione Richerij. to. 3. 411. 1; & seq.
Simonia Vigorij iniuria in Romanos Pontifices. to. 3. 411. 2.
Eiusdem contradictio in impugnatione primatus Romani Pontificis. to. 3. 412. 1.
Docuit suum patruum docuisse Papam posse committere, imò de facto commisisse simoniam canonicam. to. 3. 413. 2.
Eius patruus nullum verbum de Pontifice fecit, neque de dispensationibus Papæ, nihil de absoluta Monarchia Pontificis. to. 3. 413. 1; & seq.
Simon Vigorius non solùm in rebus Theologicis aberrauit, sed etiam in rebus beneficiarijs, iurisque Canonici noritia plenè cęcutire demonstrauit. to. 3. 413. 1.
Aduersùs Simonis Vigorij commentum disputatio de potestate Ecclesiæ. to. 3. 424. 2; & seq.

Simonia.

Simonia in duas species communiter diuiditur. to. 3. 413. 2.
Simonia, quàm graue peccatum sit, colligitur ex B. Gregorio, & D. Ambrosio. to. 4. 53. 1; & seq.
Simoniæ grauitas quanta, & qualis sit? tom. 18. 360. 2.
Quare simoniæ crimen sit grauissimum? to. 9. 90. 65, & 89. 56.
Simonia est summoperè detestanda. to. 9. 89. 58, & seq.
Imò est hæresis, & appellatur simoniaca hæresis. to. 9. 89. 58; & seq.
Simoniacam hæresim cōmittit, qui pecuniam dat, vt ad beneficium eligatur. to. 9. 89. 59.
Simonia damnabilior in superiore, quàm in inferiore. to. 9. 90. 60.
Simoniam cōmisit Iudas vendendo Christum Dominum. to. 9. 90. 61.
Simoniaca pestis sua magnitudine alios morbos vincit. to. 9. 90. 63.
Simoniaca hæresis exorta contra sanctam Ecclesiam quæ fuerit? to. 9. 90. 63.
Beatus Gregorius plura contra simoniam, & simoniacos scripsit. to. 9. 90. 63.
Simonia est grauius delictum homicidio, sed homicidium horribilius. to. 9. 90. 65.
Simoniæ mediator in detestationem huius criminis admittitur ad probandam simoniam. to. 9. 92. 75.
Tanta est huius criminis labes, quòd serui aduersus Dominos, & quilibet criminosi admittantur ad accusandum. to. 9. 92. 75.
Imò & socius criminis ad accusandum admittitur. to. 9. 92. 75.
Simonia in beneficialibus an committatur ex ordinatione Ecclesiæ, an ex dispositione Diuina? to. 9. 97. 9.
Simoniaca dicuntur alia, quia prohibita, & alia prohibita, quia simoniaca. to. 9. 97. 10; & 96. 5.
Simoniam comittit, qui ordinem, qui est Sacramentum, vendit. to. 9. 97. 12.
Simoniaca hæresis est decimas per pecuniam dare, & Spiritum sanctum vendere. to. 9. 97. 12.
Simonia damnata fuit priùs à D. Petro, deinde à summis Pontificibus Bonifacio, Cælestino, Leone, Gelasio, Symmacho, Hormisda, Gregorio, & alijs. to. 4. 46. 2.
Simonia est seminarium hæreseos. to. 4. 51. 2.
Simoniam qui non nititur extirpare, illius particeps efficitur. to. 4. 54. 1.
Simonia largè loquendo dicitur hæresis. to. 4. 78. 1.
Simoniæ mediatores & intercessores damnantur. to. 5. 732. 1.
Sub nomine latronum designantur. tomo 5. 732. 2.
Districtissimè sunt puniendi, quia non solùm seipsos, sed & illos, quorum mediatores sunt

sunt, sub æterna damnatione setum posuernnt. to. 5. 732. 2.
Simoniacæ prauitatis scelus ex auaritia oritur. to. 18. 360. 2.
Simoniæ crimen parificatur crimini læsæ maiestatis. to. 9. 90. 60.
Pœnæ committentium simoniam. to. 18. 360. 2; & seq.
Simonia Dioscori aduersùs Bonifacium II. Papam. to. 1. 11. 1.
Simoniaca prauitas ex auaritia, quæ est idolorum seruitus, & omnium malorum radix, exoritur. to. 18. 360. 2.
Simoniam, tanquam vitium pestiferum, tam diuinæ Scripturæ, quàm sacrorum canonum auctoritas execratur, & damnat. to. 18. 360. 2.
Beneficiorum collatio, vel præsentatio simoniacè facta ipso iure est irrita, & nulla. to. 18. 360. 2.
Simonia committitur nedum per ipsos, ad quos spectat de beneficijs disponere, sed etiam per eorum familiares, & quosuis alios intercessores, & quocumque modo mediatores. to. 18. 360. 2.
Simonia incurritur nedum quoad beneficiorum prouisiones, sed etiam quoad ordinum, & aliorum Sacramentorum ministrationem. to. 18. 361. 1.

Simoniaca Papæ electio.

An simonia cadat in Papam, & an Papa illaqueetur hoc crimine? tom. 9. 95. 1, & 97. 11.
Simonia in qno casu non cadat in Papam? to. 9. 99. 17; & seq.
Vendendo beneficia an committat simoniam remissiuè? to. 9. 97. 8.
Vendere Episcopatum, vel Ecclesiam per quandam æquationem est vendere Spiritum sanctum. to. 9. 98. 13.
Papa non illaqueatur crimine simoniæ quoad pœnam iuris positiui. to. 9. 100. 22; & 102. 45.
Illaqueatur crimine simoniæ emendo, vel dando pecuniam pro Papatu. to. 9. 103. 46.
Dare pecuniam pro Papatu est species hæresis. to. 9. 103. 46.
Simonia licèt non possit obijci Papæ, postquam est electus à duabus partibus Cardinalium, & receptus, tamen potest obijci Cardinalibus, qui eum per simoniam elegerunt. to. 9. 102. 44.
Et talis electio non est ipso iure nulla. to. 9. 105. 66.
De simonia an possit accusari Papa, & si sit electus per simoniam, an possit amoueri? to. 9. 103. 47; & seq.
Simoniacè electus an possit amoueri; vel saltem sit causa legitima congregandi Concilium? to. 9. 103. 48.
Simoniam Papæ non posse obijci quomodò intelligendum? to. 9. 103. 49; & 105. 62; & 107. 77.
Simoniaca electio Papæ est quædam venalitas voti, & iustitiæ. to. 9. 104. 52.
Et est de prohibitis, quia simoniacis. tom. 9. 104. 52.
Simonia commissa in electione Papæ propriè, & strictè dicitur hæresis. to. 9. 104. 53.
Emens vota à Cardinalibus dicitur emere Vicariam Christi Domini. to. 9. 104. 54.
Iacob, qui emit primogenituram ab Esau, an commiserit simoniam ex eo, quòd primogenituræ debebatur sacerdotium, & sic erat ei annexum? to. 9. 104. 55.
Simoniaca electio facta de Papa an sit nulla, remissiuè, & an possit excipi contra eum, quòd sit per simoniam electus? tom. 9. 106. 67.
Et licèt non possit opponi, potest tamen de ea accusari. to. 9. 106. 70.
Simoniæ vitium in electione Papali est defectus extrinsecus. to. 9. 107. 78.
Simonia, quòd inficiat ipso iure Papalem electionem factam à duabus partibus, arguitur. to. 9. 107. 80.
Simonia, & metus æquiparantur in electione Papæ. to. 9. 107. 81.
Bulla Iulij II. Papæ super simoniacam electionem Papæ. to. 9. 108. 86.
Simonia cõmissa per Papam in vendendo ordines, Episcopatus, & beneficia, an sit sufficiens ad congregandum Concilium? to. 9. 110. 87.
Papæ cur non possit opponi, quòd sit electus per simoniam, & Cardinalibus sic; ratio diuersitatis. to. 9. 114. 110.
Et probata simonia in Cardinalibus licèt ipsi possint puniri, non tamen Papa potest deponi. to. 9. 114. 111.
Cardinales cõmittentes simoniam in electione Papæ possunt puniri, licèt non deponi. to. 9. 122. 153.
Simonia in Papa an sit causa legitima congregandi Concilium? to. 9. 89. 55.
An Papa possit accusari de simonia, & alijs criminibus, in quibus sit incorrigibilis? to. 9. 380. 22; & 23; & seq.
Electus, vel assumptus simoniacè in Papam nullam habet potestatem administrandi spiritualia, & temporalia. to. 4. 491. 111.
Papæ ritè electo an possit opponi exceptio simoniæ, hæresis, vel alterius criminis? to. 5. 140. 57.
Simoniaca electio ipso facto est nulla secundùm statutum Iulij II. in Concilio Lateranensi sessione quinta. to. 5. 619. 1; & 140. 57.
Papæ simoniaco, & scandaloso obediendum est. to. 3. 14. 1.

Simoniacus.

Simoniacus quis sit? to. 5. 749. 2.
Simoniacus est idolatra, & per consequens hæreticus. to. 9. 104. 58; & 61; & 91. 72.
Simoniacus per simoniam receptus efficitur inhabilis, & non recipit titulum dignitatis, seu beneficij. to. 9. 303. 177.
Non minùs est hæreticus simoniacus, quàm verus hæreticus, imò plus delinquit. to. 9. 90. 60.
Simoniacus est infamis. to. 9. 90. 61.
Simoniaci sunt hæretici, quia sicut & alij hæretici à fide deuiant. to. 9. 90. 62.
Propter simoniacos fuit destructa Ierusalem. to. 9. 90. 62.
Simoniacus lepra punitur. to. 9. 90. 62.
Simoniacus non dicitur propriè hæreticus, idest malè sentiens de articulis fidei, sed Sacramentorum peruersor. to. 9. 91. 67.
Simoniaci non sunt propriè, & per se loquendo hæretici, cùm non habeant aliquam falsam opinionem; sed dicuntur hæretici pro-

propter similitudinem actus, quia ita operantur, ac si existimarent donum Spiritus sancti pecunia possideri. to. 9. 91. 68.
Gratianus vult simoniacum propriè esse hæreticum. to. 9. 91. 69.
Simoniacus est idolorum seruus; quia auaritia, quæ in simonia continetur, est idolorum seruitus. to. 9. 91. 71.
Simoniaci, qui non nisi propter auaritiam pecunias quærunt, hæretici dicuntur. to. 9. 91. 72.
Simoniaci designantur per ementes, & vendentes eiectos de templo. to. 9. 91. 73.
Simoniaci faciunt domum Dei speluncam latronum. to. 9. 91. 73.
Simoniaci memoria an possit damnari, sicut hæretici, & rei criminis læsæ maiestatis. to. 9. 92. 74.
Simoniam committentes, & mediatores in ordine, vel beneficio à solo Papa possunt absolui. to. 5. 223. 4.
Simoniaci mentales, & conuentionales non excommunicantur, sed reales ex vtraque parte. to. 5. 224. 5.
Mediatores simoniæ, vel confidentiæ quatenus excommunicentur excommunicatione Bullæ cœnæ, & quid requiratur, vt dicantur mediatores? to. 5. 224. 7.
Simoniacus in ordine est etiam suspensus, etiam si occultus sit, & perpetuò deponendus. to. 5. 224. 8.
Recipientes ad Religionem simoniacè, & recepti sunt excommunicati, & debent detrudi in locum arctioris regulæ, & quomodò liceat aliquid recipere? to. 5. 224. 9; & 10.
Professio tamen facta à simoniaco valet. to. 5. 225. 11; & seq.
Simoniacus æqualiter peccat, ac blasphemus. to. 4. 52. 2.
Simoniaci excommunicantur, & sunt hæretici. to. 4. 52. 2; & 53. 1.
Simoniaci Iudæ proditori comparantur. to. 4. 52. 2.
Episcopus, vel Præsbiter, aut Diaconus conuictus, quòd per pecunias manus impositionem dederit, vel acceperit, & à sacerdotio, & gradu decidit. to. 4. 53. 1.
Simoniacorum sacerdotio orationes & missæ Deum ad iracundiam super populum prouocant. to. 4. 53. 1.
Eorum sacrificia, tanquam panis luctus. to. 4. 53. 2; & 54. 1.
Simoniacorum sacerdotium & sacrificia nulla, & irrita sunt. to. 4. 53. 2.
Simoniacorum hæresis, quæ in initio nascentis Ecclesiæ aduersùs eam arma corripuit, vsque in finem sæculi durabit. to. 4. 54. 1.
Simoniaci per externeas potestates sunt opprimendi. to. 4. 54. 2.
Simoniacus, & Iudæus pares sunt. to. 4. 54. 2.
Simoniaci veluti primi, & præcipui hæretici ab omnibus fidelibus sunt respuendi. to. 4. 55. 1.
Simoniaci, & schismatici, vt incurabilia membra ab Ecclesiæ corpore debent abscindi. to. 4. 55. 2.
Simoniacorum causæ. to. 5. 711. 2.
Simoniaci non admittuntur ad iudicium, si probabiles personæ, etiam laicorum, vel fœminarum pretium se ab eis recepisse testantur. to. 5. 711. 2
Simoniacorum, & Nicolaitarum hæreticorum damnatio. to. 5. 713. 1.
De non vendendis præbendis, Archidiaconalibus, & præposituris canon Romanæ Synodi. to. 5. 712. 2.
Simoniaci emptores rerum spiritualium cum Simone Mago damnantur. to. 5. 731. 2; & seq.
Non solùm illi reputantur inter simoniacos, qui per pretium ad manus impositionem perueniunt, sed & illi, qui & alia clericorum officia per pecuniam acquirunt. to. 5. 732. 1.
Simoniacus est, qui temporalis lucri gratia Ecclesiasticos honores qualitercunque vel emit, vel vendit. to. 5. 749. 2.
Simoniacus quotuplex, & qualis sit? tom. 5. 750. 1; & seq.
Simoniaci quomodò conficiant sacramenta? to. 5. 750. 2; & seq.
Simoniacus nondum publicatus an possit conficere sacramenta? to. 5. 759. 1.
Simoniaci in ordine depositi, suspensi, vel interdicti vera conferunt sacramenta, & verum corpus Christi Domini conficiunt, dummodò in forma Ecclesiæ conferant. to. 3. 222. 1.
Simoniacorum hæresis originem habuit à contagio Græcanico. to. 1. 216. 2.
Victor II. Papa ad extirpandam simoniacorum sectam Hildebrandum S. Romanæ Ecclesiæ Subdiaconum Legatum misit in Gallias, qui Lugduni conuocato Concilio quendam Archiepiscopum simoniæ accusatum hoc miraculo conuicit: *Credis ne, ò Archiepiscope, Spiritum sanctum cum Patre, & Filio vnam esse substantiam Deitatis*? Cui respondenti: *Credo*: subiunxit legatus: *Dic gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*. Tunc ille expeditè incepit dicere: *Gloria Patri, & Filio*, sed nunquam potuit proferre; & *Spiritui sancto*. Quo miraculo conuictus confessus est se simoniaci criminis reum. to. 1. 216. 2.

Simplicius Papa.

Simplicius Papa electus fuit Pontifex anno Domini 467. to. 3. 694. 2; & 706. 2; & 771. 2.
Simplicius Papa natione Tiburtinus super vniuersam Hispaniam Zenonem Hispalensem Episcopum Vicarium Apostolicę Sedis instituit. to. 3. 771. 2.
Simplicius in epistola tertia ad Zenonem Imperatorem, quem filium vocat, ipsum ad fidem tuendam excitat. to. to. 333. 2.
Simplicius Papa docet Papam esse infallibilem. to. 10. 333. 2.
Dispensauit contra canonem Concilij Nicæni, vt seruaretur pax. to. 3. 706. 2; & to. 10. 334. 1.
Simplicius Papa iurisdictionem exercuit in Patriarcham Alexandrinum. to. 6. 114. 1.
Grauiter redarguit Timotheum Alexandrinum Episcopum, cui minatus fuit degradationem, quia restituerat sacris Ecclesiæ tabulis nomen Dioscori. to. 6. 114. 2.
Simplicij Papæ epistola ad Zenonem Augustum pro Ecclesia Alexandrina. to. 3. 694. 2.
Alia simplicij Papæ epistola ad eundem pro Ecclesia Alexandrina. to. 3. 694. 2; & seq.

Ter-

Tertia Simplicij epistola ad Zenonem Imperatorem, qua gratias agit pro Timotheo Alexandrinæ Ecclesiæ restituto; eumque rogat, vt Petrum eiusdem Ecclesiæ perturbatorem expelli iubeat. to. 3. 695. 1.

Simplicij Papæ epistola ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum conqueritur vnà cum Imperatoris literis ab eo literas non accepisse, & Imperatorem Petrum hæreticum in Alexandriæ Episcopum petere; demum precatur, vt Imperatorem moneat, ne hæretico iam damnato fauere velit. to. 3. 695. 2; & seq.

Altera eiusdem epistola ad Zenonem Imperatorem pro Ecclesia Antiochena. to. 3. 706. 2; & to. 10. 333. 2.

Alia eiusdem epistola ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum pro Episcopo Antiocheno. to. 3. 707. 1.

Temporalia sunt accessoria spiritualium iuxta illud Matth. 16. *Quærite primùm Regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis*; ideo sequuntur naturam spiritualium; quia accessorium ex sua natura sequitur principale. to.3. 30. 1.

Temporalia bona Ecclesiarum, & clericorum libera sunt ab omni seruitio temporali. tomo 3. 53. 2.

Temporalia bona, cùm donantur Ecclesiæ, transeunt ad illam cum suo onere, ideo Ecclesia pro illis soluit tributum. to.3. 53. 1.

Temporalia dominia sunt occasio cupiditatis, & viscus quodammodò animæ. to. 3. 65. 1.

Spes adipiscendi bona temporalia est charitatis venenum; ideo à corde est extirpanda. to.3. 65. 2.

Temporalia bona habere, & possidere clericis non prohibetur, sed ea debent dispensare, & cor ab auaritia eleuare. to.3. 65. 2.

Temporalia possunt in certis causis dispensari ab habentibus potestatem spiritualem; non tamen regulariter debent temporalia administrare, quia occupatus rebus spiritualibus non debet rebus temporalibus implicari. to.3. 158. 1.

Temporalia, quæ connectuntur cum spiritualibus, debent administrari à personis spiritualibus, vt sunt decimæ, matrimonia, controuersiæ criminales, bona Ecclesijs à Principibus, vel ab alijs fidelibus donata. to.3. 158. 1. & seq.

Temporalia supererogari debent multipliciter, scilicet debita pauperibus remittendo, & necessaria indigentibus largiendo. to.3. 357. 1. & seq.

Tempus.

Tempore inhabili aliquid gerere; vel gerere tempore habili; & eius effectus differre in tempus inhabile, paria sunt. to.4. 479. 43.

Tempore Vrbani VI. vsque ad tempora Eugenij IV. qui fuerint Pontifices legitimi, & schismatici? to.13. 131. 2.

Tempore Victoris Papæ tres synodi fuerunt celebratæ circa Paschæ celebrationem; vna in Asia; secunda Romæ; & tertia Cæsareæ Palestinæ. to.13. 477. 2.

Temporis variatio circa aduentum D. Petri Romam vertit factum in dubium, nec illud infirmat. to.3. 820. 1.

Apud veteres historicos nihil magis desideratur, quàm temporum ratio, & concordantia. to.17. 605. 1.

Græci, & Barbari Auctores in temporum rationibus maximè discordant inter se. tomo 17. 605. 1.

Hebræi inter se ipsos non consentiunt in constituendis annis creationis Mundi. to. 17. 605. 1.

Septuaginta Interpretes circa tempus ante diluuium multa annorum centenaria supra Hebraica Biblia addiderunt. to.17. 605. 1. & seq.

Circa tempus mortis Christi Domini magna controuersia est inter Auctores; aliqui enim volunt mortuum esse ætatis anno trigesimo primo; alij trigesimo tertio; alij trigesimo quarto; alij quadragesimo; & alij quadragesimo sexto. to.17. 605. 2.

Tempus ad celebrandum concilium non est determinatum, sed in arbitrio Papæ relictum. to.9. 61. 6.

Aliquando fuit præfixum tempus vnius anni, & quod de anno in annum deberet celebrari. to.9. 61. 8.

Postea fuit statutum tempus de decennio in decennium, vt videre est *in constitut. frequens*. to.9. 61. 8.

Modicum tempus censetur illud, infra quod potest deliberari super facto, & super iure, quod aliquando potest esse vnius mensis, quandoque duorum, quandoque trium mensium secundùm qualitatem facti, & casus contingentis, & secundùm arbitrium, & consilium boni viri. to.9. 126. 173.

Aliquando ex temporis lapsu inducitur quædam tacita renunciatio. to.9. 277. 46.

Lapsus temporis concessi ad petendam possessionem bonorum inducit priuationem vlteriùs petendi, & operatur ius deuolutiuum; secus vbi tempus non inducit tacitam renunciationem; vt in l. prima. to. 9. 277. 46.

Tempus assignatum hæreticis ad pœnitendum habetur apud Doctores in cap. *ad abolendam*; & in cap. *excommunicamus*; & in cap. *vt commissi* de hæres. in 6. to.9. 406. 50.

Tentatio.

Tentari à Diabolo cur Christus Dominus in deserto se permiserit? to.16. 367. 2.

Ad sui exemplum nos tentari permisit, vt faciat in tentatione prouentum. to. 16. 367. 4.

Tentatio aperit nobis viam, vt intremus in gloriam suam. to.16. 367. 2.

Teristrum.

Tsristrum, quod assumpsit Thamar depositis vestibus viduitatis Gen.38; fuit leuissima,& subtilissima vestis, quæ est optima contra feruentissimos æstatis calores. to.3. 233. 1.

Significauit corporis extenuationem contra libidinis incentiua. to.3. 233. 1.

Terminus.

Terminus collectiuus signo vniuersali affectus distribuitur secundùm distributionem accommodam, hocêst aliqua aliquibus, & alia alijs; non autem distribuitur secundùm distributionem absolutam, & vniuersalem. to.9. 655. 1.

Termini circumscribentes vndequaque Germaniam. to.3. 782. 2.

Terra.

Terræ vniuersæ nomine aliquando significantur prouinciæ totius Orbis quantùm ad illius spatium, & amplitudinem; aliquando verò non intelliguntur, nisi potiores illius partes. to.4. 712. 15.

Terra corrupta est coram Deo, & repleta est iniquitate. to.6. 3. 4.

Terræ amplitudo Cœli spatio comparata obtinet vnius puncti rationem. to.3. 51. 2.

Terrenum.

Terrena pertinent ad vetus testamentum, quia pertinent ad veterem hominem, qui erat terrenus. to.13. 422. 1.

Terrena in nouo testamento non promittuntur in mercedem, sed adduntur ad vitæ sustentationem, & necessitatem; in quo nouum à veteri testamento distinguitur. to.13. 422. 1.

Territorium.

Territorium quomodò, & vnde dicatur? to.9. 155. 48.

Iurisdictio est supra territorium, sicut nebula supra paludem, ex qua per actionem Solis potentiam generatur. to.9. 155. 48.

Territorium non arguit iurisdictionem esse ordinariam. to.4. 724. 72.

An potestas, & auctoritas fori pœnitentialis limitetur ad territorium, sicut limitatur ad illud potestas, & auctoritas fori contentiosi? to.9. 155. 48.

Tertullianus.

Tertullianus, cùm adhuc inter catholicos versaretur, sub prætextu, quòd quæcunque essent hæreticorum, debet Ecclesia execrari, adeòque etiam hæreticorum baptismum, seduxit Agrippinum Episcopum Carthaginensem, vt collecto Episcoporum Africæ, & Numidiæ Concilio canonem de rebaptizandis hæreticis statueret. to.1. 110. 1.

Tertullianus, cùm adhuc esset catholicus, quoscumque hæreticos ad Ecclesiam Romanam prouocabat. to.1. 141. 1.

Docuit interpretationem Diuinarum scripturarum non esse quærendam apud hæreticos; illic enim non est quærenda veritas, vbi non inuenitur; nec pulsandum, vbi nemo est, qui aperiat; nec petendum, vbi non auditur. to.1. 237. 1.

Tertulliani carmina de irritis hæreticorum conatibus, & de Pontificum Romanorum cautela in non admittendis hæreticis ad communionem Ecclesiasticam. tom.1. 353. 1.

Idem contra Nouatores de eo, quod à nobis est credendum, & requirendum, vt credamus. to.1. 360. 1.

Eiusdem sententia contra pudorem, & verecundiam in confitendis peccatis. tomo 1. 389. 1.

Egregium Tertulliani testimonium de primatu Ecclesiæ Romanæ. to. 1. ex Tannero. 18. 112.

Eiusdem testimonium, quo confessus fuit Romani Pontificis dignitatem. to.16. 216.2.

Tandem à pseudoparocleto seductus in sectam Cataphrygum miserrimè prolapsus fuit. to.1. 288. 2.

Pœnitentes mœchos ad Ecclesiam virginem recipi non debere asserebat. to. 1. 288. 2; & seq.

Post ingentes pro Ecclesia Catholica exantlatos labores hæresim Montani Principis Cataphrygarum edocuit. to.1. 353. 2.

Inter Tertulliani errores numeratur, quòd docuerit magis licere per disciplinam Christianum occidi, quàm occidere; cùm tamen in bello iusto, & per legitimos magistratus liceat etiam occidere. tomo 2. ex Adolpho. 91. 1.

Primus omnium hæreticorum in Romanum Pontificem se se inuexit acerrimè. to. 10. 304. 1.

Libro contra Praxeam accusauit Montanismi Zephyrinum Papam, à quo teste Eusebio fuerat condemnatus. to.10. 464. 2.

Summis laudibus extulit Proclum inter Montanistas celeberrimum. to.10. 464. 2.

Fuit Afer patria presbiter Agrippini Episcopi Carthaginensis, cui persuasit rebaptismum. to.6. 225. 2.

Quamuis infensissimus esset Romano Pontifici, attamen confessus fuit illius primatum. to.16. 53.1.

Docuit Ecclesiæ Africanæ auctoritatem esse ab Ecclesia Romana, non à S. Petro receptam. to.6. 225. 2.

Professus fuit originem Ecclesiæ Africanæ esse Apostolicis temporibus posteriorem. to. 6. 225. 2.

Asseruit Ecclesias Apostolicas esse duplicis generis, alias scilicet per fundationem Apostolicam, quia ab ipsis Apostolis immediatè fuerunt fundatæ; alias verò per solam Apostolicæ doctrinæ consanguinitatem. to.6. 225. 2.

Primus omnium sensit, & docuit baptismum ab hæreticis collatum inualidum esse, & ideo repetendum. to.11. 52. 52.

Dixit Montanum esse Spiritum sanctum; & Spiritum sanctum plura dixisse in Montano, quàm in Christo Domino. tomo 11. 399. 2.

Proprio iudicio excœcatus se se inuexit contra Zephyrini decretum mœchis, & lapsis fornicarijs pœnitentibus, & petentibus veniam illam spondentis, de quo librum contra Ecclesiam composuit, & euulgauit. to.11. 515. 2.

A Zephyrino cum suis hæresibus fuit damnatus; ob quod incepit furere contra Catholicos, & tentauit Papæ reconciliari, sed frustra, & in cassum. to.15. 57. 448.

Dum docuit Imperatorem habere à Deo suam dignitatem, non recognoscere maiorem, nisi Deum, soli Deo esse secundum, ab ipso

accepisse imperium, in Dei solius potestata esse, dum solo vero Deo est minor; locutus fuit solùm de dignitate sæculari absolutè, non autem comparatiuè ad dignitatem Ecclesiasticam, à qua potest iudicari, si in idololatriam inciderit. to.9. 824. 1.

Testamentum vetus.

Testamentum vetus quos libros canonicos in se ipso comprehendat, declarauit Concilium Tridentinum. to.16. 412. 2.

Post captiuitatem Babylonicam, quando post diuturnum septuaginta annorum exilium Vulgus Hebræum linguam maternam oblitum erat, fuit primò translatum in linguam Syriacam, seu Chaldaicam, qua Hebræi eo tempore vtebantur, à tribus Viris; quorum vnus Onchelos vocatus transtulit legem, Ionathas Prophetas; & Rabbi Ioseph psalmos, prouerbia, Iob, & alia, quæ agiographa nuncupantur. to.16. 413. 3.

Secundò fuit translatum tempore Regis Ptolomæi Philadelphi per septuaginta Interpretes iussu Eleazari Summi Sacerdotis; licèt aliqui velint fuisse septuaginta duos; senos scilicet ex vnaquaque tribuum duodecim. to.16. 413. 3.

Tertiò fuit translatum in linguam Græcam post Christi Domini passionem tempore Adriani Imperatoris à quodam Aquila Syrophensi. to.16. 413. 3.

Quartò fuit translatum post quadraginta, & sex annos sub Seuero Imperatore ab Immacho Samaritano. to.16. 413. 3.

Quintò fuit translatum sub Commodo Imperatore à Theodotione Ephesino. tomo 16. 413. 3.

Sextò sub Caracalla ab incerto Auctore, & eius translatio in Iericho operta dolio inuenta est. to.16. 413. 3.

Septimò ab incerto pariter Auctore sub Alexandro Mammea Imperatore Nicopoli Epiri oppido, & promontorio. tomo 16. 413. 3.

Octauò translatum fuit à Luciano Martyre, & Eremita apud Nicomediam, & hæc versio propria Luciani manu scripta inuenta fuit sub Constantino Magno Imperatore. to.16. 413. 3.

Testamenti veteris præcepta moralia, vt præcepta Decalogi, & alia, quæ pertinent ad morum ædificationem, adhuc vigent, & sunt obseruanda; ceremonialia autem, & legalia, quia erant vmbræ, & figuræ, adueniente luce veritatis cessarunt. tomo 16. 413. 4.

Ex Testamento veteri sumendus est sensus literalis, & historicus ita, vt credamus sic contigisse, quod legimus; sicuti factum narratur. to.16. 413. 4.

Insuper in Testamento veteri tenendus est sensus allegoricus, anagogicus, & tropologicus. to.16. 413. 4.

Quanuis testamenti veteris versiones multæ sint; attamen verior electa fuit à Papa. to.16. 413. 4.

Testamentum vetus testamento nouo est coniungendum, non disiungendum, vt fecerunt Manichæi, & Marcionistæ. to.16. 413. 4.

Inter libros testamenti veteris etiam libri Machabæorum sunt venerandi teste D. Hieronymo. to.16. 413. 4.

Testamenti veteris figuræ idem prorsus sunt, ac prophetiæ, enunciationes, & promissiones Ecclesiæ catholicæ. to.4. 734. 28.

Testamentum vetus fuit vmbra, non autem imago futurorum. to.3. 117. 1.

Sicut controuersiæ fidei in veteri Testamento deferebantur ad Iudicem Ecclesiasticum; ita in nouo Testamento ad Iudicem Ecclesiasticum sunt deferendæ. to.4. 815. 82.

Veteris testamenti præcepta iudicialia non militant pro tempore isto, quo iam cessarunt. to.4. 815. 82.

In Testamento veteri plures libri citantur, qui modò non extant. to.9. 731. 2.

Testamentum vetus fuit figura noui testamenti, quia omnia in figuris contingebant illis. to.5. 647. 2.

In testamento veteri semper fuit vnus Iudex, qui omnibus præerat in ijs, quæ ad legem, & Religionem spectabant. to.5. 648. 1.

Testamentum nouum.

Testamentum nouum constat ex quatuor Euangelijs, ex Epistolis D. Pauli, ex Actis Apostolorum, ex septem epistolis canonicis, & ex Apocalypsi B. Ioannis Apostoli. to.16. 413. 6.

Inter omnes libros veteris, & noui testamenti eminet liber Euangeliorum, à quo nostra salus dependet. to.16. 413. 6. & seq.

Testamento nouo ab Hereticis fuerunt inserta Euangelia Thomæ, Andreæ, Thaddæi, & Barnabæ, quæ tamen ab Ecclesia fuerunt reprobata, vt habetur dist. 15. *cap. Sancta Romana Ecclesia*. to.16. 414. 9.

Testamenti noui plurimos textus adulterauit Hæreticorum impudentia, & temeritas. to.16. 414. 11.

Testamentum nouum plura continet de præcepto obseruanda, & plura de consilio. to.16. 414. 14.

In testamento nouo fuit necessaria supremi, & visibilis Magistri auctoritas, qui nos Spiritu sancto assistente doceret veritates, à quibus salus nostra dependet. to.16. 414. 14. & seq.

Testamentum Christi Domini.

Testamentum Christi Domini fuit verum testamentum, quia plura reliquit, non nisi post suam mortem exequenda. to. 11. 21. 2. & seq.

Christus Dominus nuncupatorio testamento coram toto cœtu Apostolico instituit Petrum Pontificiæ potestatis hæredem. to. 11. 22. 1.

Testamentariæ institutioni Christi Domini non officit, quòd non ad præsens, sed ad futurum tempus referri videantur verba, quibus Petrum hæredem instituit; quia voluntas Christi Domini est immutabilis simpliciter, non mutabilis, sicut aliorum hominum voluntas, quæ propterea in instituendis testamentis propter suam mutabilitatem vti debet verbis de præsenti. to.11. 22. 1.

Virtute testamenti Christi Domini omnes Romani Pontifices Oecumenicam totius Ecclesiæ potestatem tanquam ad se hæreditaria successione deuolutam optima fide adiuere statim, ac legitimè fuerunt electi. to.11. 22. 1. & seq.

Vsucapio, quo Romani Pontifices habentes iustam

iustam causam existimandi se esse veros Christi Domini hæredes ceperunt illius hæreditatem, probat verum esse eius testamentum. to. 11. 22. 1; & seq.

Testamentum hominis.

Testamentum definitur voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post suam mortem fieri velit. to. 11. 21. 2.

Testamentum sine scriptis primùm exigit, vt testator palam voce sua hæredem instituat. to. 11. 22. 1.

Testamentum debet fieri per verba de præsenti, non de futuro. to. 11. 22. 1.

Qui iustam causam habuerit existimandi se institutum fuisse hæredem in testamento, pro hærede vsucapit is, qui putat se hæredem, quamuis reuera hæres non sit. to. 11. 22. 1.

Peremptoria præscriptionis exceptio firmat hæreditatem, quam quis putat bona fide ex testamento relictam. tomo 11. 22; 1; & seq.

Qui non potest institui hæres in testamento, non potest vsucapere pro hærede. to. 11. 22. 2.

In testamentis, quibus pietatis causa relinquuntur bona Ecclesiæ, sufficiunt duo, vel tres testes tantùm ex Alex. III. in cap. *cùm esses* de testam; in alijs verò requiruntur septem testes. to. 4. 814. 80.

Testamenta, quæ fiunt inter liberos, numerum septem testium exigunt ad euertendas falsitates, & malignitates, quæ possent oriri, & obrepere. to. 4. 815. 80.

Testamentum non est validum, nisi sit factum cum libertate consensus. to. 9. 116. 129.

Testamentum, quod fit inter liberos, tacitè dicitur continere clausulam derogatoriam ad alia subsequentia. to. 9. 181. 14.

Per subsequens testamentum factum inter liberos non censetur reuocatum primum testamentum, nisi in secundo fiat specialis mentio. to. 9. 181. 15.

Nec sufficit generalis clausula cassans, & reuocans omne aliud testamentum prius factum. to. 9. 181. 15.

Principis priuilegium non cassat testamentum, quia testamentum fauorabilius est, quàm priuilegium Principis. tomo 9. 320. 59.

Testes.

Testis non est Iudex, nec Iudex testis; sed coram Iudice adducitur testis, vt Iudex veram possit proferre sententiam. to. 3. 828. 2; & 829. 2;

Testes in testamentis inter liberos debent esse septem; at in causis pijs sufficiunt duo, vel tres. to. 4. 814. 80.

Testes contra Papam sufficiunt duo, tomo 9. 453. 1.

Testes in damnatione Cardinalium aliquando debent esse septuaginta duo, aliquando quadraginta sex, aliquando viginti sex. to. 9. 453. 1,

Testes quadraginta quatuor requiruntur, vt Cardinalis præsbiter conuincatur, & damnetur; & viginti quatuor testes requiruntur, vt conuincatur, & damnetur Cardinalis diaconus. to. 1. 408. 1.

Testimonia.

Testimonia Summorum Pontificum attestantium Ecclesiæ Romanæ primatum. to. 10. 50. 1; & seq.

Testimonia S. R. E. Cardinalium asserentium Pontificum Romanorum primatum. to. 10. 51. 2; & seq.

Testimonia Patriarcharum Orientis confitentium Romanum Pontificem esse caput vniuersalis Ecclesiæ. to. 10. 53. 2; & seq.

Testimonium S. Athanasij, & omnium Episcoporum Thebaidorum, & Lybiorum Ægypti Romanorum Pontificum implorantium auxilium. to. 10. 54. 2; & seq.

Testimonia Scholasticorum, & aliorum Doctorum affirmantium primatum Romani Pontificis. to. 10. 55. 2; & seq.

Testimonia Conciliorum confitentium Papæ potestatem in totam Ecclesiam. to. 14. 138. 1; & seq.

Testimonia Conciliorum asserentium superioritatem ad totam Ecclesiam. to. 11. 398. 2; & seq.

Testimonia Conciliorum statuentium eius supremam potestatem Romanorum Pontificum. to. 18. 188. 1.

Testimonia Conciliorum decernentium supereminentiam Summorum Pontificum. to. 1. 151. 2.

Testimonia Conciliorum asserentium Ecclesię Romanæ primatum. tomo 15. 297. 2; & to. 12. 97. 1; & to. 13. 223. 2; & 264. 2.

Testimonia Conciliorum confitentium Diui Petri, & omnium Romanorum Pontificum illius successorum principatum in totam Ecclesiam esse de iure Diuino, non de iure humano Ecclesiastico. tomo 19. 343. 1; & seq.

Testimonia, quibus probatur Romani Pontificis infallibilitas. to. 10. 335. 2; & seq; & 348. 2; & 356. 2; & seq; & 361. 2; & seq; & 366. 2; & seq; & 388. 1; & seq; & to. 15. 26. 131; & to. 11. 458. 2; & to. 7. 676. 2; & seq; & 691. 1; & seq; & 694. 1; & seq.

Testimonia, quibus comprobatur Romanum Pontificem esse omnium magistrum, & infallibilem interpretem fidei. to. 13. 225. 2.

Testimonia potestatis Romani Pontificis in definiendis fidei controuersijs. to. 8. 386. 2; & seq; & to. 14. 138. 1; & seq.

Testimonia Imperatorum asserentium Romanum Pontificem esse infallibilem. tom. 12. 80. 2.

Testimonia Imperatorum affirmantium omnes fidei controuersias deferendas esse ad Romanum Pontificem. to. 12. 96. 2.

Testimonium, quo asseritur Concilium etiam generale sine Papa esse illegitimum. to. 18. 11. 2.

Testimonium, quo firmatur sine Romani Pontificis auctoritate nullum posse celebrari Concilium, nec vllum Episcopum posse à quoquam iudicari, suspendi, deponi, aut damnari. to. 11. 13. 3.

Testimonia superioritatis Romani Pontificis ad Concilia generalia. to. 7. 557. 2; & seq; & to. 11. 396. 2; & seq.

Testimonia, quibus asseritur in solo Romano Pontifice esse potestatem congregandi Concilia generalia. to. 6. 620. 1.

Testimonia, quibus ostenditur potestas Romani Pontificis in Reges, & Principes. to. 7. 357. 2; & 376. 1; & seq.

Testimonia asserentia Ecclesiæ Romanæ veritatem. to. 10. 224. 2.
Testimonia, quibus ostenditur Papam à nemine posse iudicari. to. 11. 435; & 436. 1; & seq.
Testimonium, quo monstratur vineam Domini commissam fuisse Romano Pontifici, to. 6. 444. 2.
Testimonia, quibus asseritur Romanum Pontificem semper odio habitum fuisse ab hæreticis. to. 12. 108. 1.
Testimonia Imperatorum attestantium Romano Pontifici deferendam esse omnem obedientiam, & reuerentiam. tomo 12. 101. 2.
Testimonia Imperatorum asserentium peccare eos, qui non præstant reuerentiam, & obedientiam Romano Pontifici. tomo 12. 101. 1.
Testimonia Imperatorum confitentium Romanos Pontifices esse veros D. Petri successores. to. 13. 26. 5.
Testimonia Conciliorum asserentium D. Petri primatum. to. 14. 45. 1; & 95. 2; & to. 10. 11. 1; & to. 11. 263. 7; & to. 7. 37. 1; & to. 15. 177. 1; & 233. 16.
Testimonia asserentia Romanum Pontificem in Ecclesiæ primatu D. Petro succedere. to. 3. 345; & seq; & to. 10. 11. 2; & to. 12. 586. 1.
Testimonia comprobantia D. Petri primatum in totam Ecclesiam, & in alios Apostolos. tomo 2. ex Pigbio. 13. 1; & seq; & to. 1. 47; & seq; & to. 4. 159. 2; & 759. 110; & to. 5. 177. 1; & seq; & to. 7. 37. 1; & to. 11. 263. 7.
Testimonia ostendentia Petri primatum in totam Ecclesiam esse de iure Diuino, non humano. to. 19. 343. 1; & seq.
Testimonium scriptoris canonici potiùs Diuinum est, quàm humanum. tomo 4. 798. 136.
Testimonium sui non semper est quærendum, sed testimonio alterius est standum. to. 4. 799. 139.
Testimonia humana tunc repulit Christus Dominus, quando à suis falsarijs concriminatoribus poterant pati repulsam. to. 4. 799. 140.
Testimonia Diuinarum Scripturarum, quibus ostenditur Romanum Pontificem esse in terra maximum controuersiarum Iudicem. to. 4. 787. 55; & seq.
Testimonia Scripturarum, quibus hæretici conantur ostendere Romanum Pontificem non esse in terris Magistrum, & Iudicem controuersiarum, explicantur. to. 4. 796. 124; & seq; & 798. 132; & seq; & 799. 141; & seq; & 800. 145; & seq; & 801. 152; & seq.
Nonnulla testimonia Euangelistarum contra auctoritatem Romani Pontificis ab hæreticis obiecta diluuntur. to. 13. 191. 2.
Testimonium solemne Ecclesiæ primitiuæ, quo ostenditur D. Petri primatus. tomo 3. 805. 2.
Testimonia varia Sanctorum Patrum, Euangeliorum, & aliorum Doctorum à schismaticis contra D. Petri primatum obiecta secundùm verum sensum explicantur. to. 3. 900. 1; & seq.
Testimonium plurium præferendum est testimonio paucorum. to. 19. 31. 1.

Tessalia.

Tessalia, & aliæ Illyrici prouinciæ iuxta consuetudinem omni tempore obseruatam, & sacris canonibus firmatam semper fuerunt subiectæ Patriarchatui Romano. to. 11. 212. 81; & seq.
Tessaliæ Metropolita Stephanus Larissæ Episcopus Probiani, & aliorum suorum suffraganeorum factione irregulariter Episcopatu priuatus à Patriarcha Constantinopolitano Epiphanio appellauit ad Apostolicam Sedem, to. 11. 212. 81; & seq.

Textus.

Textus sacræ Scripturæ: *Ipsa conteret caput tuum*: concordatur cum verbo Hebraico. to. 13. 148. 1.
Textus Matth. 4. *Vade post me, Sathana, scandalum es mihi*: explicatur de ambitu primatus. to. 4. 761. 113.
Textus: *Reges Gentium dominantur, &c.* assignat discrimen inter dominium Gentilium, & Prælaturam Christianorum. to. 4. 761. 117.
Textus: *Neque Titus compulsus est circumcidi, sed propter subintroductos falsos fratres*: ad quos sit referendus? to. 4. 765. 135.
Textus 1. Cor. 5. *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ*: explicatur. to. 4. 766. 139.
Textus: *Dicite Discipulis eius, & Petro, quia surrexit Dominus*: quid significauerit? to. 4. 767. 143.
Textus Isaiæ 54. *Dabo vniuersos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis*: explicatur. to. 4. 796. 124.
Textus Hierem. 31. *Dabo legem meam in cordibus eorum*: quomodò sit intelligendus? tomo 4. 796. 124; & seq.
Textus Matth. 7. *Attendite à falsis Prophetis, &c.* quem sensum habeat? to. 4. 798. 133; & seq.
Textus Matth. 23. *Nolite vocari Rabbi*: quomodò sit accipiendus? to. 4. 798. 135.
Textus: *Ego testimonium ab homine non accipio*: quomodò sit intelligendus? to. 4. 798. 136; & seq.
Textus Io. 7. *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea, vtrum ex Deo sit*: explicatur. to. 4. 799. 141; & seq.
Textus Io. 10. *Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me*: exponitur. tomo 4. 800. 145.
Textus Rom. 12. *Habentes prophetiam secundùm rationem fidei*: quomodò sit explicandus? to. 4. 801. 150.
Textus 1. Cor. 2. *Spiritualis omnia dijudicat*: quomodò à S. P. Augustino exponatur? to. 4. 801. 152.
Textus 1. Cor. 12. *Spiritus diuidit singulis, prout vult*: cum Græca versione concordatur. to. 4. 802. 157.
Textus 1. ad Tessalonic. 5. *Omnia probate, & quod melius est, tenete*: ad Prælatos dirigitur. to. 4. 802. 159; & seq.
Textus: *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* varij sensus, & intellectus. to. 4. 291. 1, & seq.
Textus: *Tibi dabo claues Regni Cælorum*: quomodò sit intelligendus? tomo 4. 292. 3; & 295. 4; & to. 9. 177. 33.

Verba:

Verba: *Tibi dabo*: designant electionem; & verba: *Pasce oues meas*: designant confirmationem. to.9. 195. 5.
Textus: *Tibi dabo claues*: tria habet consideranda: scilicet potestas Ecclesiastica se extendens ad plura; liberalitas Diuina illam gratis concedens; & sublimitas Papalis illam plenè suscipiens. to.4.63. 1.
Textus vnius optimi auctoritas magis valet, quàm mille textus minoris institutionis. to.19. 7. 2.

Thamar.

Thamar, vt euaderet periculum incestus, dixit ad Ammon: *Loquere ad Regem, & non negabit me tibi*. to. 5. 174. 207.
Thamar non erat filia Dauid, sed soror Absalon genita ex matre illius ab alio viro. to. 5. 174. 207.
Fuit forsan filia Dauid ex adoptione, non ex generatione. to. 5. 174. 207.

Tharasius.

Tharasius Episcopus Constantinopolitanus in VII. Synodo epistola ad omnes Orientis Episcopos confessus fuit Spiritum sanctum procedere à Patre per Filium. tom. 3.679. 2.
Particula *per* à Tharasio posita idem significat, ac particula *ex*, vel *à*; vt colligitur ex SS. Patribus. tom. 3. 679. 2; & 680. 1; & seq.
Iosephom quendam exauctorauit, quia Theodoram superinductam Constantini Imperatoris pellicem coronasset. to. 1. 103. 1.

Theilo, & Thearistus.

Theilo, & Thearistus Constantinopolitani transtulerunt de Greco in latinum canones Concilij Nicæni. to. 3. 631. 1.
Secundùm versionem Theilonis, & Thearisti Constantinopolitanorum canones apud Arabes sunt octoginta. to. 3. 631. 1.

Thelensis Synodus.

Thelensis est legitima, & vera, non spuria & supposititia. to. 6. 236. 2.
Appellata fuit Teleptensis, & Zellensis. to. 6. 236. 2.

Theodobertus Rex.

Theodobertus Rex Francorum annoentibus Patribus Concilij Aurelianensis decreuit, ne quisquam clericus, vel laicus, cuiuscumque gradus fuisset, auderet clericum quemlibet ad iudicium sæculare pertrahere. to. 1. 551. 2.
Eodem Theodoberto auctore Patres Concilij Auernicnsis damnauerunt eos, qui à Regibus bona Ecclesiæ pauperum vsui inseruientia impetrarent; & qui potiùs Regum fauore, quàm meritis Episcoparum obtinerent. to. 1. 551. 2.
Innouauit leges Ecclesiasticas, quibus antiqua Ecclesiarum iura penitus illibata seruarentur. to. 1. 551. 2.
Theodobertus Rex superato Gundebaldo Duce Turonensium, Pictauiensium, & alia rum Ciuitatum Ecclesias vastauit, euertit, incendit, clericos interfecit, monasteria virorum deiecit, puellis illusit; fuitque eo tempore peior in Ecclesijs gemitus, & vlulatus, quàm tempore persecutionis Diocletiani. to. 1. 552. 1.
Illius tamen milites seuerissimè à Deo fuerunt puniti, propterea enim lanceis se ipsos occiderunt. to. 1. 552. 1.

Theodora Imperatrix.

Theodora vxor Iustiniani Imperatoris honorificentissimè excepit Constantinopoli Agapetum Papam. to.7.163.2.
Mortuo Agapeto rogauit Sylnerium eius successorem, vt Anthemium Constantinopolitanum Episcopum ab Agapeto damnatum, & depositum in pristinam dignitatem, & Constantinopolitanam Ecclesiam restitueret. to. 7. 164. 1.
Bellisario Belli Duci precepit, vt simulata calumnia Sylnerium in exilium mitteret, quia sui Prædecessoris acta contra Anthemium nullo pacto se reuocaturum respondisset. to. 7. 164. 1.
Defuncto Sylnerio Theodora fauit Vigilio, vt Pontifex eligeretur eo pacto, vt restitueret Anthemium; sed factus Pontifex Theodoræ rescripsit se illicitè promissa seruare non posse. to. 7. 164. 1; & to. 1. 128. 2.
Theodora ob repulsam Vigilij indignata egit cum Iustiniano, vt Vigilium multis affectum iniurijs in insulam Proconipsum, & Gypsum relegaret, vbi vixit vsque ad mortem Theodoræ, & postea restitutus fuit. to. 7. 164. 1.
Theodoræ blanditijs captus Iustinianus in hæresim lapsus fuit, & improuisa morte occubuit. to. 11.350.1.
Bellisarius autem Theodoræ sæuienti obsecutus dignitatibus, & diuitijs spoliatus, & oculis priuatus inter ærumnas decessit. to. 11. 350. 1.
Theodora fuit impijssima fœmina, cuius opera Anthymus, seu Anthemius Episcopus Trapezuntinus Eutychianæ hæresis occultus sectator post obitum Epiphanij Episcopi Constantinopolitani in sedem Constantinopolitanam fuit intrusus. to. 3. 730. 1.

Theodoretus.

Theodoretus à parentibus Deo dicatus ex Monachò in Syria Episcopus Cyri Antiochiæ fuit ordinatus. to. 3. 721. 1.
Mira dicendi facultate præditus plusquam decem millia Marcionitarum ad fidem conuertit. to.3.721.1.
Theodorum Mopsuestenum, & Nestorium hæresiarchas contra S. Cyrillum Alexandrinum defendit; sed postea facti pænitens deserta impietate ad Ecclesiam redijt, & editis pluribus scriptis contra Nestorium in communione catholica, & summa amicitia cum S. Leone Papa diem extremum clausit. to. 3. 721. 1.
Theodoreti epistola ad S.Leonem Pontificem, to. 3. 216. 2.
Alia eiusdem epistola ad Renatum præsbiterum de potestate Romanæ Sedis in totum Orbem; & de eius continuata, & immaculata mundicie ab hæresis fætore. tom. 1. 106. 1.
Scripserat in fauorem Nestorij indignatione commotus, quòd Patres Concilij ipso non expectato simul cum Ioanne Patriarcha Antiocheno conclusissent damnationem, & è sede expulsionem Nestorij. to. 3. 681. 1.
Theodoretus à Conciliabulo Ephesino depositus appellauit ad S. Leonem Pontificem. to. 3. 720. 1; & seq; & 531. 2; & seq; & to. 11.

11. 7. 2; & to. 18. 20. 2; & to. 3. 4. 1.
S. Leo Papa reneſtiuit Theodoretum in Epiſcopum, ſed eius cauſam non definiuit, cuius retractationem, ac definitionem delegauit Synodo Chalcedonenſi. to. 6.435. 1.
Theodoretus à S. Leone in communionem fuit ſuſceptus ea lege, vt ſe purgaret de ijs, de quibus fuerat accuſatus; & huius purgationis examen,ac definitionem S.Pontifex Synodo delegauit. to. 6. 435. 1.
Theodoreti iudicium fuiſſe delegatum Synodo Chalcedonenſi reſtatus fuit etiam Papa Vigilius in ſuo conſtituto de tribus capitulis. to. 6. 435. 2.
Degradatus fuit à latrocinio Epheſino abſens, & inauditus, & ab Impsratore Theodoſio fuit circumſcriptum intra Ciuitatem Cyteoſem exilium, & fuit vetitus Epheſum accedere. to. 6. 425.1.
Supplicauit aut ſolui circumſcriptum exilium ſaltem quoad Romanum acceſſum, vt appellationem proſequeretur; vel iuxta Imperatoris Gratiani legem ab ipſo Theodoſio confirmatam de degradatisEpiſcopis relegari à Cyro ad centum milliaria, & habitare, ac latere in Monaſterio ſuæ profeſſionis. to.6.425.2.
Theodoreti teſtimonium, quo confeſſus fuit ſupremam Romani Pontificis dignitatem. to.16.216.2.
Appellatam Theodoreti cauſam Synodus Chalcedonenſis plenè retractauit, ac interlocutorium Apoſtolicæ Sedis iudicium confirmauit, & in iudicium definitiuum traduxit. to.6. 426.2.
Retractatorium Theodoreti iudicium fieri debuit iuxta mandatum, & inſtructionem, quam miſerat S. Leo ad ſuos Legatos, vt illam Synodo communicarent. to. 6. 427. 1.
Theodoretus ab inflicta iniuria nec per Dioſcorum, nec per Domnum, nec per Flauianum, nec per vllum alium Orientalem Epiſcopum, aut per Imperij poteſtates,ſed ſolùm per Eccleſiam Romanam potuit iuuari. to.6. 428.2.
Theodoretus iam dederat cauſam ſuæ degradationis, & non lsnem ſuſpicionem Neſtorianiſmi, cùm inſurrexit nedum contra capitula, ſed etiam contra perſonam ſancti Cyrilli. to.6. 430. 2.
Falſum eſt, quòd Imperator Marcianus ſua auctoritate citra præuium S. Leonis iudicium iuſſerit Theodoretum adeſſe Chalcedonenſi Concilio; quia Concilium expreſsè aſſeruit à S. Leone fuiſſe reſtitutum. to. 6. 43. 13 & ſeq.
Theodoretus à Chalcedonenſi Synodo ſtatim communionem Epiſcopalem accepit. to.6. 428. 1.
Prouocauit ad Sedem Apoſtolicam iuxta formam canonum Sardicenſium. to. 6.141.1.
S. Leo Magnus Theodoreti appellationi ſtatim detulit ſuſpenſiuum effectum. tom. 6. 141. 13 & ſeq.
In epiſtola ad S. Leonem confeſſus fuit Theodoretus Eccleſiam Romanam eſſe Petri ſedem, & tenere in omnibus primatum. to.6. 439. 1.
Theodoretus in Concilio Chalcedonenſi ſtrenuè pugnauit pro Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & ſe purgauit omnino à lapſu, quo ceciderat in Synodo Epheſina. to. 6. 608. 1.
Theodoretus in Concilio Chalcedonenſi fuit abſolutus,& in ſuam ſedem reſtitutus, quia anathema dixit Neſtorio, & omnibus eius ſectatoribus. to. 6. 793. 5.
Quàm magnificè ſenſerit Theodoretus de auctoritate Eccleſiæ Romanæ? tomo 6. 430. 2.
Timuit eſſe ſuſpecti apud Sedem Romanam, quia S. Cyrillo reſtiterat. to. 6. 431. 1.
S. Leo, non autem Concilium Chalcedonenſe, reparauit, & in ſuum Epiſcopatum reſtituit Theodoretum. to. 6. 533.2. & tom. 14.492.2;& to.15.523;& ſeq.
Theodoreti, & S. Cyrilli diſſenſio circa damnationem Neſtorij, & Eutychetis. to. 15. 722. 26, & 703. 50; & ſeq.
Theodoretus fuit reſtitutus à S.Leone in Epiſcopatum,& ex Imperatoris decreto potuit Synodo adeſſe. to. 15. 522. 36.
Theodoretus, cùm Synodum Chalcedonenſem fuiſſet ingreſſus, exprobratus fuit ab aliquibus Epiſcopis Ægyptijs Eutychianæ perfidiæ; ab alijs Neſtorianæ impietatis; propter quod Neſtorium abiurare fuit compulſus. to.15.522.36.
Quanuis orthodoxam de Deipara Virgine, & de vna Chriſti Domini perſona fidem eſſet profeſſus, attamen proclamabatur hæreticus à Synodo; niſi nominatim anathema diceret Neſtorio. to. 15.523.38.

Theodoricus Rex.

Theodoricus Rex Romanorum congregauit Concilium contra Symmachum Papam, vt illum iuuaret, Symmacho enim opponebatur hæreſis. to.9. 15. 50.
Theodorico præcipienti Epiſcopis Romæ congregatis in ſynodo, vt iudicarent de ijs, quæ Symmacho impingebantur, fuit reſponſum Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem minorum non ſubiacere iudicio. tom. 13. 418.1.
Ad preces Pontificis indixit ſynodum Romę, vt eiuſdem Pontificis innocentiam iudicaret. to.6. 559. 2.
Theodoricus Rex Arianus Italiam bello inuaſit, & Odoacrem Rauennæ biennio obſedit; ſed cùm illum vincere non poſſet, inita pace Italiam cum illo diuiſit. to.11, 324.2.
Theodoricus poſt initam pacem cum Odoacre proditoriè ipſum inuitauit ad epulas, inter quas ipſum nihil talia ſuſpicantem obtruncauit, & miſſis ad Anaſtaſium Imperatorem Legatis ab eo pacem, & totum Italiæ Regnum impetrauit. tom. 11.324. 2.
Ob perduelles deuictos in filium adoptatus fuit à Zenone Imperatore. tom. 11. 324. 2.
Coegit Ioannem Pontificem, vt Conſtantinopolim adiret pacem Arianis à Iuſtino Imperatore impetraturus, promittens ei reddere Eccleſias,quas rapuerat; promiſſis tamen non ſtetit. to.11. 324. 2.
Ioanni Pontifici reduci mortem attulit, deinde Seuerino Boętio, & poſtea Symmacho. to.11.324. 2.

Tan-

Tandem vertente fortuna Theodorici funestissima mors accidit; & Regnum nepoti Athalarico reliquit adolescenti corruptissimis moribus, qui anno octauo sui Regni obijt. to. 11. 324. 2.

Postquam Ioannem Pontificem mori coegit in carcere, & inter ærumnas, mentis captus delirio cessit è viuis. tom. 11. 350. 1.

Auctoritatem Pontificum, quam vetebatur augeri incipientem contra intra sibi vsurpauit timens, ne ad Gothos deficeret. to. 5. 75. 2.

Symmachum Papam vsque ad damnationem vexauit. to. 15. 581. 14.

Quanuis esset Arianus, & barbarus Gothus, & Petrum Altinatem contra Symmachum erectum deferret, attamen nec synodum conuocare, nec Symmachum ausus fuit damnare. to. 1. 126. 2.

Item licèt Theodoricus iussu Pontificis synodum conuocasset; attamen nullus Episcopus aut ad synodum accedere, aut Symmachi causam voluit cognoscere, nisi priùs Theodoricus literas Pontificis conuocatorias, quibus se Episcoporum iudicio sponte se submittebat, ostendisset. tom. 1. 126. 2; & to. 18. 4. 2.

Demum synodus innocentem Symmachum inuito Theodorico pronunciauit; & Petrum Altinatem à Theodorico missum damnauit. to. 1. 126. 2.

Vid. Zeno Imperator.

Theodoricus Antipapa.

Theodoricus Antipapa simul cum duobus, vel tribus alijs, scilicet Alberto, Maginulpho, & Syluestro contra Paschalem II. verum Pontificem obtrusi fuerunt, qui tamen in suo ortu occiderunt. to. 1. 13. 1.

Theodorus Papa.

Theodorus anno Domini 641. fuit electus Pontifex Romanus. to. 3. 710. 2.

Ad ipsum scripsit epistolam Sergius, qua supremam Ecclesię Romanę potestatem confessus fuit. tom. 3. 710. 2; & tom. 1. 106. 2.

Pontificatum iniens omnia, quæ ad dignitatem Christianæ religionis pertinent, circumspiciebat, vt bonum decet Pastorem. to. 14. 108. 1.

Romæ synodo coacta contra Monotheliras excommunicauit Paulum, & Pyrrhum; & ad sepulchrum Principis Apostolorum accedens sanguine Christi Domini è Calice distillato Pyrrhi excommunicationem inscripsit. to. 1. 122. 2.

Theodorus Studites.

Theodorus Studites audiens, quòd Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus, vt mæchiam Nicephori Imperatoris defenderet, Mæchosynodum Constantinopoli celebrauit; in qua definiuit Regibus omnia licere, ac proinde etiam mæchari; exhorruit, & tam sceleste nouitatis Leonem III. admonuit. to. 1. 155. 2; & 103. 1; & seq.

Eius epistola ad Leonem summè extollit dignitatem, & potestatem Romani Pontificis. to. 1. 155. 2; & 103. 1; & seq.

Mortuo Nicephoro cùm Leo Armenus arripuisset Imperium, & Nicephoro Patriarcha è sede expulso bellum sacris imaginibus renouasset, Theodorus Studita mox indicauit Paschali Pontifici. tom. 1. 156. 1.

Eius epistola ad Paschalem conqueritur calamitatum Ecclesiæ, non tamen deijcitur. to. 1. 156. 1; & seq.

Interpellauit Paschalem Pontificem, vt ingruenti malo ferret subsidium. to. 1. 156. 2.

Leone Armeno è viuis sublato, cùm Michael Balbus eius successor cogitaret de conuocandis Episcopis Orthodoxis, & etherodoxis, vt de dogmatibus agerent. Theodorus Studita nomine Episcoporum, & Abbatum significauit Imperatori totum hoc negotium referendum esse ad Romanum Pontificem. to. 1. 156. 2.

Illius epistola ad Michaelem Balbum Imperatorem. to. 1. 156. 2; & seq.

Confessus fuit in solo Romano Pontifice esse potestatem conuocandi Concilia generalia. to. 1. 157. 1.

Responsio Theodori Studitæ Leoni Sacellario. to. 1. 157. 1.

Theodorus Studites asseruit claues D. Petri Senatus Apostolici seruari Romæ ad custodiam depositi Apostolici in Ecclesia Romanorum, apud quos fundata fuit fidei petra. to. 1. 186. 2.

In custodia antiquorum dogmatum laborans summopere, atque tot inuicta constantia ferens Ecclesiæ calamitates non fuit desertus à suis Discipulis, qui Nicephoro Imperatori potestati fuerunt se inauulsi Magistri sui doctrinam secuturos, & Imperatoris decretis nunquam obsecuturos non obstantibus minis, & quibuscunque periculis. to. 1. 186. 2; & seq.

Theodorus Studites à Leone Armeno inter alios Monachos, Episcopos, & Metropolitas vocatus in palatium, vt coram se de fide disiererent, & per modum colloquij ea, quæ in Concilio Oecumenico fuerant definita circa adorationem imaginum, reuocarentur in dubium, strenuè se opposuit asserens ad Imperatorem spectare exercitum regere, ad Pastores autem Ecclesiam; & ideo Ecclesiastica coram Ecclesiasticis, sæcularia verò coram Imperatore esse tractanda. Propter hoc iussu Imperatoris in exilium Theodorus fuit deportatus. to. 1. 313. 1; & seq.

Ad summum Pontificem Leonem, deinde Paschalem statim recurrit, qui sanguineas Theodori, & aliorum Orthodoxorum lacrimas exaudientes gladio Ecclesiastico Imperatorem confixerunt. to. 1. 313. 2.

Similiter cùm Michael Balbus laboraret, vt Orthodoxi cum Iconomachis conuenirent, & coram se de sacrarum imaginum cultu disiererent, Theodorus constantissimè testitit asserens Ecclesiastica dogmata tractanda esse tantùm coram summo Pontifice, & alijs Ecclesiæ Prælatis. to. 1. 314. 1.

Theodorus Diaconus.

Theodorus diaconus narrat causam S. Ioannis Chrisostomi. to. 6. 605. 1.

Theodorus Patriarcha Constantinopolitanus.

Theodorus Patriarcha Constantinopolitanus Monothelitarum socius, antequam acta sy-

synodalia contra Moothelitas euulgarentur, & Romam mitterentur, cùm in illis suum nomen inter hæreticos à synodo damnatos scriptum reperijsset, Catholicus volens videri, illud abrasit, & loco sui nominis nomen Honorij Papę inscripsit. to. 1. 131. 2.

Theodorus Mopsuestenus.

Theodori impia assertio de Spiritu sancto, quem Discipuli insufflante Domino post Resurrectionem acceperunt, tom. 1. 285. a.

Impiè dixit Thomam Apostolum ea verba, quæ Christo Domino dixit: *Dominus meus, & Deus meus*: non retulisse ad Christum Dominum, sed ad Deum Patrem. tom. 1. 286. 1.

Item docuit baptismum inuentum à Christo Domino habere distinctum sensum ab eo, qui confertur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; propterea illum conferri in nomine Christi Domini; hic in nomine Diuinarum Personarum. to. 1. 286. 1.

Item negauit prophetias factas fuisse de Christo Domino. to. 1. 286. 1.

Insuper docuit Verbum Diuinum natum non fuisse ex B. Virgine Maria, sed tantùm associatum fuisse illi homini, qui natus fuit ex B. Virgine Maria; ac propterea B. Virginem Mariam appellandam non esse Dei, sed tantùm Christi Matrem. tom. 1. 286. 2.

Præterea docuit humanitatem Christi Domini esse tanquam formam, quæ complet similitudinem illius, quod non est præsens; scilicet personæ Verbi. to. 1. 286. 2.

Item docuit Christum Dominum egisse virtute Spiritus sancti, qua aduersa vinceret, & purus, & iustus videretur. tom. 1. 286. 2.

Tandem dixit ea verba: *Ego, & Pater meus veniemus, & mansionem apud eum faciemus*: intelligenda non esse de persona Christi Domini, sed tantùm de persona Verbi Diuini. to. 1. 287. 1.

Ex Theodori Mopsuesteni scriptis forsan originem duxit dogma execrandum Monothelitarum de vnitate voluntatis, & operationis in Christo Domino. to. 1. 99. 1.

Expressè docuit duas naturas, & duas personas esse in Christo Domino. tom. 1. 99. 2.

Theodorus Episcopus Mopsuestiæ fuit Nestorij magister, à quo Nestorius suam hæresim didicerat. to. 1. 193. 1.

Theodorus Mopsuestenus grauiter pugnauit contra Apollinaristas circa mysterium Incarnationis; propterea inter Orthodoxos, grauissimosque Ecclesiæ Patres habitus fuit. Sed post damnationem Nestorij cùm Nestoriani Theodori dogmata iactarent, quibus se tueri nitebantur; coacta fuit V. Synodus Constantinopoli, in qua Theodori dogmata fuerunt diligenter examinata, & damnata, atque anathematizata. to. 1. 193. 1.

Docuit Beatissimam, semperque Virginem Mariam non esse Matrem Dei, & in Christo Domino duas esse personas. to. 1. 193. 1.

Theodori Mopsuesteni symbolum, in quo Ecclesiasticorum dogmatum doctrina continetur, to. 1. 200. 2; & seq.

Theodori Mopsuesteni symbolum impium, postquam recitatum fuit in V. synodo, synodus exclamauit: *Hoc symbolum satbanas composuit*; & anathema dixit Theodoro, & omnibus, qui illi non dicunt anathema. to. 1. 201. 1.

Theodorus Mopsuestenus nimiùm laudatur à Sozomeno, propterea Sedes Apostolica illius historiam recusat suscipere teste sancto Gregorio Magno lib. 8. ep. 31. tom. 15. 685. 1.

Theodorus Mopsuestenus, & Nestorius, velut ex vno ore loquerentur, vno ex corde euomuerunt impijssimæ doctrinæ venenum. to. 15. 688. 21.

Concilij Ephesini auctoritate dispensatum olim fuit, vt à Theodoro fulminando abstineretur, etsi constaret illum pleno ore Nestorianum virus eructasse. tom. 15. 688. 21.

Error Græcorum negantium Spiritum sanctum procedere à Filio originem habuit à Theodoro Mopsuesteno. to. 3. 677. 1.

Dispensatum fuit teste S. Cyrillo per aliquod tempus, ne anathema diceretur Theodoro, quia tunc temporis inter viuos non erat, cùm eius impia dogmata fuerunt detecta. to. 15. 689. 22.

Theodori Mopsuesteni damnatio tandem prolata in V. synodo fuit singularis. to. 15. 701. 48.

S. Ioannes Chrisostomus, & S. Gregorius Nazianzenus Theodoro studuerunt, nec propterea anathemari subiecti fuerunt, nec dicendi sunt Nestoriani, aut Theodoriani; quia tunc detecta non erat eius impia doctrina, nec simul cum persona tunc temporis erat damnata. to. 15. 701. 48.

Theodorus Balsamon.

Theodorus Balsamon Patriarcha Antiochenus schismaticus Romanæ Ecclesiæ hostis infensissimus vixit in fine duodecimi sæculi. to. 10. 394. 1.

Edidit commentaria super Canones Georgio Xiphilino Patriarchæ Constantinopolitano dicata. to. 10. 394. 1.

Docuit Patriarchatum Constantinopolitanū esse parem Ecclesiæ Romanæ, & Constantini decretum nunquam editum fuisse affirmauit. to. 10. 394. 1.

Theodorus Balsamon pertinax Michaelis Cerularij sectator, voluit Canones Sardicenses pro Romanis appellationibus valere solùm pro Ecclesia Occidentali Romani Patriarchatus, non pro Orientali. tom. 6. 203. 2.

Hanc Theodori Balsamonis sententiam secuti sunt omnes Photiani schismatis asseclæ. to. 6. 204. 1.

Eius mens circa significationem huius vocis Diœcesis. to. 6. 586. 1.

Theodorus Santabarenus.

Theodorus Santabarenus homo versutissimus à Photio vnà cum Basilij Imperatoris, & Patriarchæ Hierosolymitani Legatis Romam missus, vt Photium ad communionem Ecclesiasticam admitteret. to. 1. 104. 1. & seq.

Ioannis Papæ literas ad Imperatorem vitiauit quæ-

quædam abradendo, & quædam inferendo, vt appareret Ioannem Octauam synodum damnasse, Photiumque Sanctis exæquasse. to.1. 104.2.
E Symbolo fidei particulam *ex Filioque* obliterante, & occultè Romanam Ecclesiam fugillante. to.1. 104. 2.
Hæc cùm Ioanni Pontifici innotuissent, statim conuocata synodo in Basilica Principis Apostolorum Photium damnauit solemniter, & omnes illius, & Imperatoris Legatos. to.1. 104. 2.

Theodorus Beza.

Theodori Bezæ Caluinistæ testimonium de indeficientia in fide Romani Pontificis. to.1. 372.1.
Docuit non spectare ad Papam, sed ad omnea Principes Christianos conuocare Concilia. to.8. 785. 2.
Item Romanum Pontificem esse Antichristum. to.18. 572. 2.
Vid. Beza.

Theodosius Senior Imperator.

Theodosius Imperator quanuis scientia modicus, habuit tamen secretarios, & publicarum rerum ministros peritissimos non solùm legum ciuilium, sed etiam sacrorum Codicum. to.6. 386. 1.
Theodosius à quodam Eremita Ecclesiastica communione etiam sine potestate excommunicandi priuatus instante conuiuij tempore noluit cibum capere, nisi priùs Ecclesiæ vinculo solueretur; tanta erat in censuras, & leges Ecclesiasticas eius fides. to. 6. 545.2.
Theodosius Imperium suscepit post Valentem nequissimum Arianorum sectatorem. to.6. 579.2.
Compulit Flauianum Antiochię Patriarcham, vt compareret ad tribunal Apostolicæ Sedis. to.6. 580.1.
Voluit Nectarij Episcopi Constantinopolitani ordinationem factam à synodo Constantinopolitana dirigi ad Sedem Romanam, vt firmitatem, & robur acciperet à Romano Pontifice. to.6. 580. 1.
Ob cædem Thessalonicæ factam à S. Ambrosio excommunicatus in puluere sedens, & cilicio inter singultus, & suspitia vitam trahebat, atque omnino inconsolabilis erat. tom. 14. 277. 1; & seq. 384. 1; & seq.
S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus Theodosium Imperatorem sacris abstentorem ingressu Ecclesiæ prohibuit. to.17. 203.1; & seq.
Theodosius cùm in graue peccatum incidisset, tanquam in morbum lethalem, à sancto Ambrosio fuit sanatus. tom. 18. 178. 2.
Theodosius admonitus à S. Ambrosio, vt resipisceret, nec pœnitentiam ostendens ad Templum magna satellitum, & Ducum caterua, vt sacris interesset, accedens obuiam habuit S. Ambrosium, qui Templi fores, vt clauderentur, imperauit; & demum reuersus statim Aulicum ad Episcopum misit, qui instaret, vt pœnam delicto statueret, quæ sibi videretur, quam ipse libenter subiret. to.18. 309.2; & seq.
Theodosius in Concilio Aquileiensi rebus ecclesiasticis nullo modo voluit sese immiscere. to.3. 554. 2.
Eius religio, & humilitas in acceptanda pœnitentia à D. Ambrosio sibi imposita. to.2. ex Pighio, 130. 2; & seq.
D. Ambrosio obtemperauit, veniam, & absolutionem postulauit, iudicium subijt, & pœnitentiam publicam egit. to.1. 527. 1; & seq.
Maximus Imperator Theodosius statim obstitit Macedonio hæresiarchæ neganti Christi Domini Diuinitatem, & Macedonij Sectatores expulit, damnauit, & repressit. to.8. 797. 2.
Eius lex, & edictum promulgatum contra hæreses, & hæresiarchas. to.1. 294. 1.
In Concilio aliquot Episcoporum Constantinopoli habito ægrè tulit Amphilochium Iconiorum Episcopum Arcadio eius filio honorem non detulisse; cui ille statim respondit sic Deum irasci eis, qui contra Filium suum loquuntur blasphemias. Ex quo Theodosius permotus egit rescriptum contra hæreticos negantes Filij Dei consubstantialitatem. to.1. 295. 2.
Binas alias constitutiones promulgauit contra Apollinaristas, aliosque diuersarum hæresum Sectatores segregando eos ab omnibus locis, à mœnibus Vrbium, à congressu honestorum, & à communione Sanctorum; eisque inhibendo clericorum institutionem, electionem Episcoporum &c. to.1. 296. 2.
Cùm primùm sententiam Siricij prolatam in Iouiniani Sectatores audiuit, edictum edidit, quo ipsum Iouinianum exulem in Insulam Beam asportari mandauit, eius Sectatoribus longo spatio inter se diuisis, ne co nuentus sacrilegos conuocarent, vt solebant. to.1. 297. 1.
Item aliud promulgauit edictum, quo mandauit hæreticos ex Vrbibus esse expellendos. to.1. 297.1.
Insuper edixit, ne apostatæ, & fidei Diuinæ proditores possint agere testamentum, vel ab aliquo hæredes institui, aut in hæreditate succedere. to.1. 297. 1.
Ad reprimendam hæreticorum insaniam legem tulit, vt Ecclesiæ, quas à Catholicis hæretici acceperant, statim Catholicis redderentur. tomo 1. 300. 1; & 548. 1; & seq.
Manichæis, Valentinianis, Montanistis, & alijs licentiam ademit conueniendi in solo Romano, aut prædicandi; Manichæos autem etiam de Ciuitatibus expellendos esse mandauit. to.1. 300. 1; & seq.

Theodosius Iunior.

Theodosius Iunior præcepit suo Legato, qui interesse debebat Concilio Ephesino, ne negotijs, & consultationibus Ecclesiasticis se se vllo modo immisceret. tom. 1 1. 5. 4.
Templa ab hæreticis Catholicis erepta iussit restitui, & priuilegia Ecclesiarum, & clericorum confirmauit, ac tyrannicas eorum reuncationes abrogauit. tom. 1. 548. 1; & seq.
Candidianum Comitem Legatum suum misit ad Concilium Ephesinum. tom. 3. 554. 2.

Theodosij Iunioris testimonio primatus Ecclesiæ Anglicanæ impugnatur. to.16. 170. 1.
Volens Concilium Ephesinum conuocare multis literis à S. Leone Pontifice, vt sibi liceret, petiuit, & tandem impetrauit. to. 18. 4. 2.
Turbida dogmata, quæ facinorosus Nestorius,quamuis fine fructu, impressit Theodosio. to.6. 394. 2.
Theodosius per vim impartitus fuit suspensiuum effectum damnationis Nestorij. to.6. 395.1.
Confirmauit latrocinium Ephesinum, & contra ipsum nec preces, nec instructiones voluit admittere. to.6. 403. 1.
Sacræ Theodosij iussiones non potuerunt munire Nestorium ab incursu Papalis sententiæ. to.6. 528. 2.
Theodosium suis sacris iussionibus impegisse frequenter in Canones ostendunt plura eius rescripta ad laceratam à Ioanne Antiocheno Ephesinam synodum. to. 6. 528. 2.
Ab Attico Episcopo Constantinopolitano circumductus omnes Illyrici Prouincias à Patriarchica Romani Pontificis cura contra Apostolicum Canonem transcripsit in potestatem Cathedræ Constantinopolitanæ; atque ita viam aperuit violentiæ Leoni Isauro. to.6. 528. 2.
Priuauit præsidentia secundi Concilij Ephesini S. Leonem Pontificem, & ipsam transtulit in Dioscorum Alexandriæ Patriarcham; atque ita bene conceptum Concilium trasmutauit in acephalam latrocinalium locustarum synagogam. to.6. 528. 2.
Rescriptum edidit contra Nestorium, quo illum in exilium perpetuò eiecit, omniaque illius bona Ecclesiæ Constantinopolitanæ Fisco adiudicauit. to.1. 301. 1; & seq.
Item rescripsit, ne quisquam impios Nestorij libros haberc, aut legere, aut transcribere auderet, sed diligenti studio conquisitos publicè comburi decreuit. to. 1. 301. 2; & 361.1.
Constituit Ecclesiam esse aram salutis, ad quam fugientes accurrerent, intra cuius septa nemo arma inferret, nemo sacrilegas manus in extrahendis reis immitteret.to.1. 548. 2.
Ad Patres Concilij Ephesini scripsit illicitum esse eum, qui non sit in ordine Episcoporum, Ecclesiasticis sese immiscere tractatibus. to.1. 135.2.
Renuit obedire literis Leonis Papæ optantis congregari Concilium, vt Concilium II. Ephesinum damnaretur, & damnauit sanctum Flauianum. to.3. 637. 2.
Tandem in pœnam suorum facinorum fuit à Deo morte punitus; nam non multò post collapso equo, dum equitaret, grauiter elisus exanimatus fuit nullo hærede relicto. to.3. 637.2.

Teodosianus Codex.

Theodosianus codex fatetur Ecclesiæ primatum esse in sede Romana. tom. 6. 439. 1.
Theodosianus codex continet constitutionem Valentiniani Imperatoris ad Ætium in Gallia militiæ Magistrum pro defensione primatus Romani Pontificis. to.16. 11.2; & seq.
Theodosianus codex declarat catholicum non esse, qui non concordat cum Ecclesia Romana. to.6.644. 2; & seq.

Theodosius Cænobiarcha.

Theodosij Cænobiarchæ oratio ad Anastasium Imperatorē pro constantia in seruandis legibus à Patribus acceptis. to.1.182. 1.
Addebat Theodosius,quòd qui tanti non existimat quatuor sanctas synodus, quanti quatuor Euangelia, anathema sit. to.1. 182.1.

Theodotus Antiochenus.

Theodotus Antiochenus mortuo Alexandro Episcopo Antiocheno Ecclesiæ præsulatū obtinuit. to.6. 385. 2.
Fuit veluti continentiæ Margarita, Vir mansuetudine insignis, & accurata vitæ institutione egregiè exornatus. to.6. 385. 2.
Sectam Apollinaristarum ad Ecclesiam reuocare curauit, vt cum reliquo Christi Domini grege coniungeretur. tom. 6. 385. 2.

Theodotus Bysantius.

Theodotus Bysantius hæresiarcha docuit ChristumDominum esse hominem tantùm, & puram creaturam. to.10.314. 1.
Sparsit suam hæresim pestiferam circa secundi sæculi finem, & à Victore I. Pontifice anathemate fuit percussus, atque ab Ecclesia Catholica eiectus, & expulsus. to.10. 314. 1.
Theodotianæ hæresis sectatorem fuisse Victorem I.Pontificem Nouatores hæretici impiè blasphemarunt. to.8. 152. 2.
Theodotiani asserebant teste Eusebio lib.5. c.28. eorum doctrinam Apostolos à Christo Domino accepisse, & omnes maiores vsque ad Victoris Papæ tempora eandem docuisse. to. 8. 152.2; & seq.
Theodotus Christum Dominum nudum hominem, & solitarium dixit, & ne moreretur,eius diuinitatem negauit. to.8.153. 1.

Theologia.

Theologiæ famulantur cæteræ omnes scientiæ naturales, quorum errores emēdat, & corrigit. to.7.759.2.
Theologia, quæ est de Deo, & de his, quæ Dei sunt, est excellentior ceteris scientijs, quæ sunt de rebus creatis. to.7. 759. 2.
Theologia dicitur à *Theos* Græcè, quod idem est, ac *Deus* Latinè, & à *Logos*, quod idem est, ac sermo; vnde idem est, ac sermo Diuinus, seu sermo de Deo. to.7. 787. 2.
Theologia loquitur Prou.5. *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* to.7. 787. 2.
Theologia nititur lumine sapientiæ Diuinæ, quæ decipi non potest, nec in errorem inducere. to.7.788. 1.
Theologia ordinatur ad æternam beatitudinem, tanquam ad vltimum finem, ideo est dignior alijs scientijs. to.7.788. 1.
Theologia recipit à scientijs naturalibus principia, tanquam adminicula, quibus iuuatur ad intelligendas suas conclusiones, sicut

sicut ars militaris adiuuatur ab arte fabrili, quæ ei ancillatur. to. 7. 783. 1.
Theologia definitur, qua fides saluberrima gignitur, nutritur, roboratur, atque defenditur. to.7.788. 2.
Theologia est omnium scientiarum dignissima, ideo qui eam possidet, omnibus est præferendus. to.7.789.1.
Theologia habet determinare, definire, & decidere ea, quæ spectant ad fidem catholicam. to.7.789.2.

Theologus.

Theologi Parisienses à tempore Francisci I. iurarunt in articulos ab Vniuersitate Sorbonica editos contra Lutherum. to.3.574. 1.
Theologus in electione Pontificis cæteris paribus omnibus alijs est præferendus. to.7. 787.1; & seq.
Sapientis Theologi est iusta decernere, & saltem in Ecclesia regnare. tom. 7. 787. 2.
Theologus considerat Deum, & quæ Dei sunt, & ad Deum conducunt. to.7.787.2.
Theologus debet habere locum digniorem, quàm quilibet alius professor alterius scientiæ. to.7. 788. 1.
Theologorum disputationibus fides catholica ab hæreticorum sophismatibus defenditur. to.7.788.2.
Theologus nequit esse inscius legum, & iurium, debet enim nosse, quæ sunt sacræ Scripturæ conformia. to. 7. 789. 1.
Theologi est stare contra volentes inuadere gregem Dominicum, & sanctum Imperium Apostolicum violare, deuastare, & euertere. to.7. 789. 2.
Ad Theologum spectat disputare de fide, & de potestate Romani Pontificis; quoniam ad ipsum pertinet disputare de Deo, & de his, quæ immediatè à Deo procedunt, sicut est fides, & Papæ potestas. to.7.789. 2.

Theonis Synodus.

Theonis Villana synodus Ebbonem Archiepiscopum Rhemensem induxit ad cedendum Episcopatui. to.6.116. 1.
Statuit Episcopum non posse iudicari, & deponi, nisi per Papam, aut per eius Vicarios. to.6. 116. 1.

Theophilus Episcopus Alexandrinus.

Theophili Alexandrini Episcopi factio instigante Eudoxia Imperatrice deposuit, & expulit in exilium S.Ioannem Chrisostomum, qui per populi seditionem reuocatus iterum per eandem factionem fuit eiectus. to.3. 712. 2;& to.18. 20.2.
Theophili iudicium in synodo Romana ab Innocentio I.irritum, & nullum fuit declaratum. to.3.715.2; & to.6.602. 1; & seq; & to.1. 456. 1.
Ob mortem S.Ioannis Chrisostomi in exilio indignatus Pontifex excommunicauit, & deposuit Theophilum. to.3.715. 1.
Theophilus in synodo cirauit S. Ioannem Chrisostomum, qui interiecit protestationem de irregularitate illius Synodi asserens se esse paratum coram centum, & mille Episcopis se purgare. to.6.602.1.
Theophili literæ, quibus significabatur S.Ioannem Chrisostomũ à se fuisse depositum. to.6.602.1.
Theophilus degradationẽ S. Ioannis Chrisostomi statim retulit ad sanctam Apostolicam sedem. to.6. 602. 1.
Theophili synodale de S.Ioanne Chrisostomo iudicium cassum declarare fuit illius causam iudicare. to.6.602. 2.
Theophilus sub Papatu Siricij in synodo Capuana retractauit appellatam S. Flauiani causam. to.6. 603. 1.
Theophili factio tria edicta ab Imperatore impetrauit. 1. Si quis non communicat Theophilo, Arsacio, & Porfirio, episcopatu arceatur. 2. Quicunque occultauerit in domo sua Episcopum, vel clericum, qui Ioanni communicat, eius domus publicetur. 3. Repellendos esse ab Ecclesia, qui à Theophili, Arsacij, & Porphirij communione dissentiunt. to.6. 603. 1; & seq.
Theophilus in locum S. Ioannis Chrisostomi intrusit Arsacium prophanum, & inutilem senem. to.6. 603. 2.
Theophili communionem omnes sanæ mentis Orientales detestati fuerunt. to.6.603. 2.
Innocentij Papæ rescriptum ad Theophilum, qua ipsum, & Ioannem suæ communionis decreuit. to.6.603.2.
Sed postea cùm Apostolicum Iudiciũ, & Ioannis reparationem admittere nollet, ab Ecclesiæ communione fuit reiectus; cui iudicio Orientales prudentiores constantissimè adhæserunt. to.6.603.2.
A Theophili factione circumscriptus Arcadius noluit obedire Pontifici, & totum Orientem turbauit. to.6.604. 1.
Ob rebellem Theophili factionem Pontifex suum iudicium delegauit Synodo Tessalonicensi. to.6. 604. 1.
Theophilus fuit ab Honorio compulsus interesse huic synodo ad reddendas rationes sui per Apostolicam Sedem damnati indicij, suæque aduersùs istam damnationem perfidæ rebellionis. to.6. 604. 1.
Simul cum Theophilo excommunicati fuerunt Arcadius, Atticus, & omnis factio ipsis appendix. to.6. 604. 2.
Theophilum morti propinquum iussisse imaginem S. Ioannis Chrisostomi sibi afferri, & ab ipso veniam sui delicti supplicasse ex authenticis documentis narrat S.Ioannes Damascenus. to. 6. 605. 1.
Theophili factio exCaino odio Ioannis Chrisostomi reparationem impugnauit, & per Regiæ auctoritatis violentiam ab executione suspendit. to.6.605. 1.
Theophili excommunicationi, & depositioni superaddidit Pontifex separationem à Christianismo. to.13. 196.1.

Theophilus Episcopus Cæsareæ.

Theophilus Episcopus Cæsareæ Palestinæ fuit Metropolitanus teste Eusebio in Hist. Eccles. to.13.255. 2.

Theophilus Imperator.

Theophilus Imperator Balbi filius, & in impietate successor à Gregorio IV. propter hæresim Iconoclastarum fuit damnatus. to.1. 314.2.
Morti proximus, cùm è viuis excedere deberet, os supra modum aperuit ita, vt etiam

eius

eius interiora intereri potuerint. to.1.314. 2.

Theodoræ Augustæ eius vxori appar uit in somnis Beatissima Virgo Maria gestans puerum in manibus, & ante ipsam Theophilus eius coniux ab Angelis flagris percussus, & iniurijs affectus. Post somnum audiuit Theophilum conquerentem se percuti propter Sanctas Imagines. to.1.314. 2.

Postquam Theodora posuit ante ipsum imaginem B. Virginis Mariæ, & cùm osculatus, & veneratus esset imaginem, quam quidam ex adstantibus ad collum gestabat, illico eius os ad pristinam formam fuit reductum, & requiescens ab angustia, quam passus fuerat, requieuit. to.1.414. 2.

Hoc non obstante Michael eius filius eandem hæresim professus fuit. tom. 1. 314. 2.

Imaginum cultores vsque ad mortem cædi, aut exilio, vel dito carcere mulctari mandauerat; ipsas verò imagines pingi prohibuerat, vel pictas in forum proijci iusserat; propter quæ Deus permisit, vt bis victus esset à Saracenis, & castris exutus, ac eodem dissenteriæ morbo, quo eius pater vitam finiuerat, mærore conficeretur. to.1. 531.1.

Thesaurus Ecclesiæ.

Thesaurus meritorum Christi Domini, & Sanctorum fusè explicatus. to.9. 697. 2.

Illius existentia pluribus scripturis, & rationibus ostenditur. to.9. 697.2; & seq.

Thesaurum Ecclesiæ dispensare spectat ad Pontificem Romanum solummodò. to.9. 699. 1.

Thesaurus Ecclesię continet indulgentias tam pro viuis, quàm pro defunctis. to.7.221, 2.

Thesaurus Ecclesiæ, & eius claues inter se discriminantur. to. 19. 337. 1.

Thessalonicensis Episcopus.

Thessalonicēsis Episcopus fuit Vicarius Sedis Apostolicæ in Epyrum veterem, nouum Illyricum, Macedoniam, Tessaliam, Achaiam, vtramque Ripperensem, & Mediterraneam, Mysiam, Dardaniam, & Brevalum. to.14. 173.2.

Thessalonicensis Episcopus habuit auctoritatem super Græciæ Primates, sed limitatam ita, vt grauiora negotia referret ad Apostolicam Sedem. to.14.174.1; & to.3.721. 2; & seq.

Thessalonicensis Episcopus concessit pallium Corinthiorum Episcopo teste S.Gregorio. to.14. 174. 1; & seq.

Thessalonicensis Synodus.

Thessalonicēsis Synodus iussu Innocentij I. coacta contra factionem Theophili Alexandrini ad recognoscendam causam S.Ioannis Chrisostomi à sua Sede Constantinopolitana expulsi. to.6. 604.1.

Huic Synodo instante Honorio Imperatore compulsus fuit etiam inuitus interesse Theophilus. to.6. 604. 1.

Thesselius.

Thesselij positiones de iudicio Romani Pontificis infallibili in his, quæ sunt fidei, & quæ ad salutem sunt necessaria. tom.1. 165. 2.

Theutonicus.

Theutonici primi glosatoris Decreti appellatio ad futurum concilium commentitia. to.3. 586. 2; & seq.

Ex Ordine S.P.Dominici assumptus ad Episcopatum Bocinensem in Hungaria illum resignauit, & ad suum Ordinem reuersus in Capitulo generali Parisijs celebrato coactus fuit acceptare Generalatus officium. to.3.587. 1.

Fuit Vir bonitate conspicuus, affatu, & aspectu gratiosus, & multiplici idiomate ornatus. to.4. 587.1.

Theutonici Episcopi.

Theutonici Episcopi, vt refert Krantius lib. 5. Saxon. cap.33; captiuitatem Paschalis Secundi, & iniuriam ei illatam ab Henrico Germaniæ Rege, quia ei inuestituras renuerat concedere, maximè dolentes eum enixè rogabant, vt temporis necessitati inseruiens tot sacerdotum calamitatibus consuleret; quibus inuictè S.Papa respondit: *Absit hoc à nobis: Occidat corpora; animas auferre non potest.* tom.5. 84. 1.

Sed hæc Pontificis responsio cùm renunciata fuisset Henrico, iussit Tyrannus Sacerdotes captiuos ante conspectum Pontificis adduci, & in illius decollari præsentia. Quo spectaculo emollitis pijssimi Patris visceribus, ne eadem crudelitas extenderetur ad alios, euocatis notarijs scripsit, & concessit, quæcunque petierat Rex. to.5, 84. 1.

Theutperga.

Theutperga filia Caroli Calui Imperatoris legitima Regis Lotharij vxor ab eodem fuit reprobata, vt Vualdradam pellicem duceret. to.1.531. 1.

Eius diuortium relatum fuit ad Nicolaum I. Pontificem, & in Concilio Romano damnatum. to.1.531.1; & 103.& to. 16. 137. 2; & seq; & to.6.611. 1.

Vid. Lotharius.

S.Thomas Aquinas.

S.Thomas Aquinas Doctor Angelicus sua opera S.Romanæ Ecclesiæ iudicio subiecit. to. 1. 364. 2.

In approbatione eius operum Alexander IV. dixit non esse de eius miraculis vehementer curandum, quippequi tot miracula fecit, quot quæstiones determinauit. to.1. 364. 2.

Vrbanus V. Vniuersitati Tolosanæ præcepit, vt sectaretur eius doctrinam veridicam, & catholicam. to.1. 364. 2.

Eius Theologia à Luthero, & Ioanne Hus impia fuit dicta, quia per illam euertuntur. to.3.316. 1.

Docuit Ecclesiam habere potestatem concedendi indulgentias ratione vnitatis corporis mystici co modo, quo vnum membrum naturale participat influxum ab alio. to.9. 693. 1.

Docuit Papam non posse dispensare votum solemne professionis in Religione approbata ob quâcumque etiam vrgentissimam causam, quia quod semel consecratum est Deo, nequit in alios vsus commutari.

ti. tom.9. 701. 2; & seq.
Nomine veri Religiosi intellexit eum, qui professionem solemnem emisit. to.9. 704. 1; & seq.
S.Thomam non composuisse librum de Regimine Principum falsò asseritur à Natali ab Alexandro. to.9. 820. 2; & 821. 1; & seq.
D.Thomæ tractatus de Regimine Principum fuit conscriptus ducentis septuaginta annis, postquam per Gregorium V. Pontificem prouisa fuit electio Imperatoris per septem Germaniæ Principes facienda; nam hæc prouisio fuit anno 1002; opusculum verò fuit compositum anno 1272. tom.9. 821.1.
S. Thomas de mandato Vrbani IV. Pontificis composuit officium Corporis Christi Domini. to.15. 346.2; & seq.
Didicit, & docuit Parisijs, & illa Vniuersitas neminem habuit doctrina, & sanctitate maiorem. to.6. 842. 2.
Docuit soli Petro, & non alijs Apostolis à Christo Domino collatum fuisse Ecclesiæ primatum. to.4. 156. 2; & seq.
Item Papæ potestatem esse superiorem qualibet alia potestate siue Regali, siue Imperiali. to.10. 55. 2.
Docuit Petrum, & Paulum fuisse pares in executione auctoritatis, non autem in auctoritate regiminis. to.4. 126.1.
Item Romanum Pontificem D.Petro succedere in ea perfectione potestatis, & Vicariatus, quam ipsemet D. Petrus accepit à Christo Domino. to.4. 96. 1, & seq.
Item habere plenitudinem potestatis, & ipsa posse vti in qualibet Ecclesia. to.4. 96.2; & 97.1.
Item in Papa residere auctoritatem vniuersalis Ecclesiæ in determinandis fidei quæstionibus. to. 4. 98. 2.

S.Thomas Cantuariensis.

S.Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, & Martyr, dum à suis suffraganeis, & Regni proceribus damnaretur, proclamauit ad Alexandrum III. aduersùs attentatum contestans esse inaudicam audaciam. tom. 6. 116.1.
Affirmauit hoc Iudicium Episcoporum, & Procerum esse contra SS. Patrum statuta, & contra leges humanas, Diuinasque manifestè præsumptum. to.6. 116. 1.
S.Thomas Cantuariensis Vir sanctissimus curauit sanare vulnus animæ Henrici II. Regis Angliæ, sicut S.Ambrosius sanauit vulnus Theodosij Imperatoris, sed ipse vitam corporis amisit sibi creptam crudeliter, & tyrannicè à Rege. tom.18. 178. 2.
Tempore Alexandri III. Martyrio fuit coronatus, & anno 1200. inter sanctos fuit relatus. to.4. 112.1; & seq.

Thomas Morus.

Thomæ Mori innocentia, doctrina, pietas, vitæ integritas, & exemplaritas singularis. to.18. 264.2.
Ex eius literis, ingenio, & operibus in rebus publicis, & priuatis Anglia fructus maximos cepit. to.18. 264. 2.
Nemo fortiùs pro Ecclesiæ dignitate pugnauit contra Hæreticorum insultus. to.18. 264.2.
Eius martyrium fuit acerbissimum, & crudelissimum vndequaque. to. 18. 264.2; & seq.
Tanquam patriæ proditor, & legum omnium euersor, ac læsæ Maiestatis criminis reus, iniustissimè fuit damnatus, qui patriam defenderat, leges seruari studuerat, & Regis, ac Regni maiestatem lædi passus non fuerat. to.18. 269. 2.
Tot crimina ei fuerunt obiecta, vt quamuis tenacissimæ esset memoriæ, vix tertiam partem eorum, quæ ei fuerunt malignanter obiecta, recordari potuerit. to. 18. 269. 2.
Eius aduersùs ea, quæ illi obijciebantur, egregia defensio. to.18. 269.2; & seq.
Illius elogia, & iactura, quam ob eius mortem passa fuit Anglia. tom.18. 170. 1; & seq.
Eius constantia in redarguendo Henricum Regem, & mansuetudo in subeundo Martyrio. to.18. 272.1; & seq.
Margaritam filiam ei occurrentem, cùm ad Martyrium raperetur, intrepidè consolatur fuit affatus, quòd licèt innocens pateretur, Dei tamen voluntate patiebatur, & ideo ei gratulandum, quòd religionis causa pateretur. to.18. 273. 1.
Cùm è carcere adduceretur ad martyrium, omnium lacrimas extorsit. to. 18. 273. 2; & seq.
Thomas Morus ex lectione Diuinorum librorum inuenit solida fundamenta primatus Romani Pontificis, quem testatus fuit martyrio. to.18.70.2.

Thomas Anglus Ordinis Patrum Prædicatorum.

Thomas Anglus celeberrimus Doctor Ordinis PP.Prædicatorum die S.Ioannis Euangelistæ inter concionandum exaggerans animas defunctorum videre intuitiuè Deú ante vniuersalem corporum resurrectionem Auenione fuit coniectus in carcerem S.Officij ab inquisitore Ordinis S.Francisci, qui oppositam sententiam tuebatur. to.9.723.2.
Philippi tamen Regis literis ad Pontificem datis è carcere fuit extractus. tom.9. 724. 1.

Thomas Anglus hæreticus.

Thomas Anglus hæreticus confessus fuit Petrum fuisse Romanum Pontificem, Pastorem, & Caput Ecclesiæ, & Romanos Pontifices esse Petri successores in Sede Apostolica, & munere Pastorali. to.12.164. 1.
Docuit Petrum simul cum Apostolis fuisse infallibilem; & simul cum Clero Romano, vel ipsum solum non habuisse priuilegium indefectibilitatis in fide. to.12.164. 2; & seq.
Item docuit Petrum æqualem fuisse cum cæteris Apostolis, & socium Pauli, & Barnabæ, & inferiorem Iacobo, qui prior Petro ponitur, & significatur. to.12. 174. 2; & seq.
Putauit tertium Cælum, ad quod raptus fuit Paulus, esse tertiam aeris regionem. to.12. 175.2; & seq.
Item negauit Romanum Pontificem esse Iudicem infallibilem controuersiarum fidei,

tomo 12. 197. 1; & seq.

Confessus fuit magnam esse vim perpetuæ traditionis Ecclesiæ vniuersalis. tom. 12. 200.2.

Dixit Petro datum fuisse priuilegium regendi Ecclesiam, non vt erat persona distincta ab Ecclesia, sed vt repræsentabat Ecclesiam, & ideo datum fuisse omnibus simul, qui sunt in Ecclesia cum Petro. to.12. 204.1; & seq.

Item quòd in Concilijs generalibus, imò & in Clero Romano est maior, & certior auctoritas ad decernendas fidei controuersias, quàm sit in solo Romano Pontifice seorsim sumpto. to.12.205.1; & seq.

Item Concilium nihil roboris, aut firmitatis accipere à Papa, ideoque sine illo posse fidei controuersias definire. tom. 12.205. 2; & seq; & 207. 1; & seq; & 209. 2; & seq; & 213. 1; & seq.

Eius inuectiua contra catholicos sustinentes infallibilitatem Papæ in decidendis fidei quæstionibus. to.12. 209.1.& seq.

Thomæ Angli hæretici alij errores recensentur. to. 12. 216. 1; & seq; & 218. 2; & seq.

Thomas Brightmannus Anglus.

Thomas Brightmannus hæreticus Caluinista mentitus fuit Bonifacium V. asseruisse nos per Christum Dominum à solo peccato originali liberari. to.1.119.2.

Thomas Monetharius Lutheranus.

Thomæ Monetharij Lutherani exhortatio ad Lutheranos, vt inuadant, & aggrediantur catholicos. to. 1. 333. 1; & seq.

Eiusdem conuicia, blasphemiæ, & maledictiones in catholicos. to.1.333.1;& seq.

Thomas Valdensis.

Thomas Waldensis contra Ioannem Wicleff de Romanæ Sedis potestate. to.3.20.2.

Eius opus de Deo, Christo Domino, Petro, & Ecclesia contra hæreticos. to. 20. 267. 1; & seq.

Thracia.

Thracia in Europæ confinibus sita est, & eius Metropolis est Constantinopolis, in quam Sedem Imperij transtulit Constantinus, ex quo ad eius Episcopatum illustriores Viri promoueri ceperunt. to.11.297.4.

Plures Thraciæ Scriptores, & Patres professi sunt supremam Romani Pontificis auctoritatem. to. 11. 297. 5.

Thracia, quantùm venerata sit Romanum Pontificem, ostendit, cùm Ioannes I. pro componendis rebus Italiæ Constantinopoli appropinquans à tota Ciuitate ei obuiam cunte cum cereis, & crucibus, quasi beatus Petrus personaliter adueniret, fuit exceptus,& à Iustino Imperatore summa humilitate fuit veneratus. to. 11. 297. 6.

Thraces, Dardani, & Illyrici Orientalium communionem detestati Ecclesiæ Romanæ adhæserunt. to.1.358.1.

Thus.

Thus oblatum Christo Domino à Magis illius sacerdotium significauit; aurum verò Principatum Orbis declarauit. to.19.312.

Tiberius.

Tiberius regnauit viginti duobus anois, & septem mensibus. to. 17. 228. 2.

Mortuus fuit decimo septimo Kalendas Aprilis Cn. Acerronio Proculo, & C. Pootio Coss. to. 17. 228. 2.

Controuersia de anno Tiberij, quo contigit Christi Domini mors. tom. 17. 229. 1; & seq.

Thilmannus.

Tilmannus Hehusius audacissimè affirmauit Liberium Pontificem hæresi Atiana infectum fuisse. to.10.465.2.

Timiditas, timor.

Timiditas in Virum sapientem cadere non debet.to.9.133.7.

Timor, & pusillanimitas debet abesse ab ijs, qui intersunt Concilijs. to.9.133.7.

Timentes hominem, non Deum, facilè deuiant à iustitia; & de istis verificatur: *Trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* to. 9. 133.7.

Timor scandali reddit hominem indignum, vt pronoocatur,quanuis aliàs nullum habeat defectum. to.9.355.8.

Timore, vel ignorantia nemo excusatur à discessu ab Ecclesiæ vuitate. to.9.282.66; & 68.

Timor diuiditur in seruilem,qui operatur bonum, non propter Deum, sed vt pœnas euitet; & initialem, qui operatur bonum principaliter propter Deum, & secundariò propter euirandas pœnas; & in filialem, quo quis timet malum separationis à Deo Patre suo. to.19.302.1.

Timor seruilis non stat cum charitate perfecta, quia timor iste accidentaliter est malus, & pœnam meretur; & neque timor initialis stare potest cum charitate perfecta, quæ foras mittit timorem seruilem, & initialem. to.19. 302. 2.

Timor seruilis, aut initialis non habet locum post mortem, quando non est tempus operandi bonum. to.19.302.2.

Timor consequens ad peccatum originale conuenit bonis, & malis, & dicitur natoralis. to. 19.302.2.

Timor est de malo futuro cum spe, aut eredita possibilitate illud euadendi; quod si deficiat, desinit esse timor, & incipit esse dolor, qui est de malo præsenti, aut de malo, quod habetur pro præsenti. to. 19. 302. 2.

Post mortem cessat timor pœnarum,& horror mortis, & in saluandis manet solus timor filialis. to.19.303.1.

In Purgatorij animabus non manet, nisi timor filialis. to.19.303.2.

Timor pœnarum aliquo modo manet in inferno, quatenus est ibi aliquo modo futurum malum. to.19.303.2.

Timor, qui per augmentum charitatis minuitur, & expellitur, non est in animabus Purgatorij, quia sunt in termino, non in via; ideo nequeunt moueri ad augmentum charitatis. tomo 19. 305. 2; & 306. 1; & seq.

Timor etiam initialis aliter abijcitur in vita, in qua eijcitur per charitatem; aliter in morte, quia eijcitur per positionem in termino; & aliter post mortem, si aliquis timor remaneat; quia eijcitur per visionem beatam. to.19.307.2.

Timor mortis, & damnationis vsque ad instans mortis perseuerat, & in instanti mortis aufertur etiam charitate non aucta,quia per

per mortem anima ponitur in termino quantùm ad omnia excepta tantùm solutione pœnarum. to.19.308.1.

Timor seruilis est exordium, à quo oritur pœnitentia, quia timor seruilis porrigit causam, vt superueniat timor filialis; adeoq; vt peccator desistat à peccando de cœtero non tantùm ob timorem pœnarum, quàm charitatis ratione. to.19.56.1.

Timor filialis est timor sapientiæ, imò est ipsa sapientia, quia enim charitate oritur; & est ratio, ne Deum, quem, vt Patrem diligit, offendat timore seruili. to. 19. 56.1.

Timor, quanuis seruilis, spernendus non est, quia primam præbet causam ad timorem sapientiæ. to.19.56.1.

Timotheus D. Pauli Discipulus.

Timotheus à D. Paulo fuit circuncisus, non autem Titus, quia aliqui falsi fratres contendebant legalia simul cum Euangelio esse seruanda; non autem quasi tunc legalia essent mortifera, & non indifferentia. to. 4. 765. 135.

Ordinatus Episcopus accepit pallium à Sancto Paulo Apostolo, quod reliquit suo successori. to.6.285.1.

Timothrus appellatus fuit filius à S. Dionysio Areopagita, quia ille fuit iunior isto. to.9. 749. 2.

Timotheus Episcopus Alexandrinus.

Timotheus Salophaciolus Episcopus Alexandrinus successor S. Protherij merituens, ne sicut iste, trucidaretur ab Eutychianis Dioscori dilectoribus benigniſſimum se illis exhibuit. to.6.114.2.

Ad illos placandos Dioscori hæretici, & damnati nomen sacris Ecclesiæ tabulis reddidit; atque ita professus est ipsum viuum, & mortuum fuisse semper legitimum Episcopum, & iniustè damnatum. to.6.114.2.

A Simplicio Papa fuit increpatus grauiſſimè, qui ei grauiora minatus fuit, scilicet degradationem. to.6.114.2.

Timotheus suum errorem agnoscens præuenit iustitiam, rasit Dioscori nomen, vt potè à Concilio Chalcedonensi solemniter, & manifestè damnati; veniam à Pontifice postulauit humiliter; & suis precibus adiutorem adhibuit Acacium Constantinopolitanum Episcopum, meliora pollicitus. to. 6.114. 2.

Misit Romam Isaiam Episcopum, Nilum præsbiterum, & Martyrium Diaconum Ecclesiæ Alexandrinæ, vt remiſſionem erroris, & reconciliationem impetrarent, quam ei obtinuerunt. to.6.114.1.

Timotheus Ælurus.

Timotheus Ælurus post mortem Imperatoris Marciani, quem, cùm viueret, pertimescebat, primos turbines Eutychianorum in Ecclesia excitauit, & non modicùm perturbauit, & vexauit catholicos. to.3.639.1.

S. Protherium Patriarcham Alexandrinum occidit, & combussit, ac illius Episcopatum inuasit. to.3.639.1.

Timotheus Apollinarij Discipulus.

Timotheus Apollinarij Discipulus fuit confidentior, cui magis, quàm alijs, arcana illius impietatis, & fraudulentiæ à suo Magistro fuerunt commissa. to.6.413.1.

Missus ad S. Athanasium extorsit literas ad Occidentales, & præsertim ad Romanos Pontifices Iulium, & Liberium, tanquam esset pugnaturus contra Arianorum hæresim, & impietatem. to.6.413.1.

Romam legatus à suo Magistro cum hisce literis commendatitijs obtentutus communionem Apostolicæ Sedis extorsit literas communicatorias ad suum Magistrum, vel ad Orthodoxum Episcopum. tom. 6. 413. 1.

Sed post mortem D. Athanasij Romam rediens fuit detectus, & simul cum Apollinario Magistro suo fuit damnatus, atque depositus à S. Damaso Papa in Synodo Romæ coacta. to.6.413.1.; & to.12.66.1.

A S. Damaso fuit appellatus prophanus Apollinarij Discipulus, & cum suo impio dogmata fuit abdicatus. to.6.414.1.

Titulus.

Tituli nomenclatura à rebus Fiscalibus videtur accepta; tituli namque impositionem tem aliquam sibi Fiscus fuit solitus vendicare; & Princeps possessionem illius accipere. to.17.302.1.

Titulus fuit velum repræsentans Regiam potestatem vel imagine Imperatoris, aut Principis, vel eius nominis inscriptione. tom. 17.302.1.

Titulum imagine, vel nomine Imperatoris insignitum S. Gregorius rebus Ecclesiasticis prohibuit imponi. to.1.407.2.

Titulus, quo apud Christianos domus aliqua Diuino cultui consecrabatur, fuit crucis vexillum. to.17.302.2.

Titulus beneficij.

Titulus beneficij secundùm omnes est de iure positiuo. to.9.96.41. & 102.38.

Prælatus inferior Papa nequit separare ordinis executionem à titulo beneficij; sicut potest Papa. to.9.102.38.

Tituli Cardinalium.

Tituli Cardinalium à Papa Euaristo fuerunt erecti. to.1.407.2.; & to.4.224.

Crescente fidelium multitudine, cùm ad tres sacras obeundas non sufficerent viginti quinque Cardinales præsbiteri, & septem Diaconi, Hyginius in singulis titulis plures præsbiteros collocauit. to.1.407. 2.

Fabianus in vnoquoque titulo, seu Ecclesia, duos, vel plures diaconos multiplicauit. to. 1. 407. 2.

Titulis prælati principales Parochi præsbiteri Cardinales vocabantur. tomo 1. 407. 2.

In suis titulis Cardinales habuerunt iurisdictionem Episcopalem. to.18.126.2.

Tituli Cardinalium Episcoporum olim erant octo, modò sunt tantummodò sex. to. 4. 144. 1; & seq; & to.18.126.2.

Tituli Cardinalium præsbiterorum erant viginti, & octo, modò sunt quinquaginta, & tituli diaconorum à Sixto V. redacti fuerunt ad quatuordecim. tomo 4. 345. 1; & seq.

Tituli Christi Domini.

Titulus Christi Domini est *Filius Altiſſimi*, qui conuenit etiam Regibus, qui fuerunt eius figura. to. 16. 192. 1; & seq.

Alter titulus est *Deus*, qui pariter conuenit Regibus, Iudicibus, & Sacerdotibus. to. 16. 192. 1; & seq.

Alter est titulus Christus, qui ab vnctione est derinatns, & conuenit etiam Pontificibus, & Regibus. to.16.195.2;& seq.
Alter titulus est *Sedentis in folio Dei*, qui pariter conuenit etiam Pontificibus, & Regibus. to.16.196.1.

Titulus Conciliorum.

Titulus Concilij generalis est *sacrosancta generalis Synodus in Spiritu sancto legitimè congregata.* to.9.11.16.
Titulus Concilij *repræsentans vniuersalem Ecclesiam* fuit recenter inductus. to. 7. 516.1; & seq.
Controuersia orta circa titulum præfigendum Concilio Tridentino narratur. to. 7. 516. 1; & seq.

Tituli Ecclesiarum.

Titulus Ecclesiæ adscriptus fuit, cui regimen eiusdem Ecclesiæ traditum fuit.to.17.302. 2; & seq.
Quibus titulis in sacris Scripturis Ecclesia honoretur?to. 18.54.1;& seq.
Vid. Ecclesia tituli.

Tituli Episcoporum.

Tituli Episcoporum sunt Angeli, Pontifices, Duces, Ecclesiæ columnæ, Papæ fratres, & coadiutores, Apostolorum successores, Dij, Patres, Pastores, Christi Domini legati, Dei ministri, Christi Vicarij. to.11. 558. 2.
Vid. Episcoporum tituli.

Tituli Imperatorum.

Titulum filiorum Ecclesiæ habuerunt Imperatores à D. Ambrosio Episcopo. to. 1. ex Tannero. 4.21.
Tituli Imperatorum à Principum electione,& Romani Pontificis consecratione dependent. to.1.515.1.
Vid. Imperatorum tituli.

Tituli Papa.

Tituli varij, quibus pro diuersis temporibus honorati fuerunt Romani Pontifices.to.10. 52.2;& seq.
Tituli, quos Imperatores, & Reges tribuerunt Romanis Pontificibus. to. 10. 92. 1; & seq.
Titulus Papatus ita inhæret Papæ, vt nullus alius illum possit participare. tom.9. 258. 16.
Titulum Papatus habet Pontifex Romanus nomine suo, non nomine Ecclesiæ. to. 9. 258. 16.
Vid. Pontificum Romanorum tituli.

Tituli Pauli.

Titulus Principis Apostolorum quomodò conuenire possit etiam D. Paulo? tom. 16. 485. 2; & seq; & to.4. 135. 2;& seq;& 153; & seq;& 591.118;&605.181.
Titulus Patris, ac Pastoris Romæ ei tributus fuit à S. Leone, quia Romam pauit doctrina. to.12.151.1.
Vid. Pauli tituli.

Tituli Petri.

Titulus Apostoli Gentium D. Petro fuit collatus. to.2.ex Pighio. 40.2.
Titulum clauicularij Regni cœlestis immediatè accepit à Christo Domino. tomo 12. 409.1.
Vid. Petri encomia.

Titulus possessorius.

Titulo iusto, & bona fide acquiti debet possessio, quæ dicitur forma vsucapionis. to. 12. 21. 4.
Titulus iustus alius est generalis, qui ad omnes species possessionis acquirendæ potest aptari; alius est specialis, vt titulus vel pro emptore, vel pro hærede, vel pro donato, vel pro derelicto, vel pro legato, vel pro dote, vel pro aliquo alio consimili titulo. to. 12. 21. 4.
Titulus generalis non sufficit ad vsucapionem, nisi adsit aliquis ex specialibus titulis.to.12.21.4.
Titulo deficiente deficit iusta possessio, & deficiente possessione iusta deficit vsucapio. to. 12. 21. 4.
Titulus decem, vel viginti annorum in præscriptione veteri iure non requirebatur.to. 12.21.4.
Tituli, bona fides, & possessio ad præscriptionem ex iure Canonico sunt necessarij. to.12.21.4.

Tituli Regum.

Tituli, quibus honorantur Reges, & Principes in Diuinis Scripturis. tom. 16. 192. 1; & seq.
Titulum *Dij* conuenire Regibus, & Principibus colligitur ex testimonijs Exodi,& psalmorum. to. 16.193.1.
Vocati etiam sunt Christi Domini, idest vncti à Domino,quia oleo sacro consecrantur.to. 16. 195.2;& seq.
Titulus etiam *sedentis* in Solio Dei propriè conuenit Regibus, quia sunt Dei locum tenentes. to.16. 196.1,& seq.
Appellari quoque fuerunt sicut Angeli Dei propter iustitiam, & propter sapientiam. to.16.197. 2;& seq.
Titulus pariter Viri secundùm Cor Dei collatus fuit Dauid, & omnibus Regibus ei similibus. to.16.192.1;& seq.
Titulus etiam Nutritiorum Ecclesiæ collatus fuit Regibus, quia debent Ecclesiæ subministrare necessaria.to.16.199.2;& seq.

Titus Vespasiani filius.

Titus Vespasiani filius factus Imperator, cùm natura clementissimus esset, & à cæde, ac sanguine vellet seruare manus, voluit esse Pontifex Maximus, quem non decet aliquem hominem occidere. to.18.215.1.
Anno à Christi Domini morte trigesimo octauo Vrbem Hierosolymam, sicut Dominus prædixit, ita euertit, & funditus destruxit, vt in ea nec lapis supra lapidem fuerit derelictus. to.3.735.1.

Toletana Synodus.

Toletanæ Synodi canon de non habenda concubina simul cum vxore fideli ex imperitia, vel malitia Gardij Lutherani fuit falsificatus; te vera tamen nullum continet in se errorem, vel falsitatem.to.16.555.1.
Nomine concubinæ non intellexit mulierem fornicariam, sed vxorem sine solemnitate ob imparitatem natalium ductam, vero tamen matrimonio copulatam, quæ vera coniux est; vt habetur dist.34. can. 3. to.16. 555. 2.
Toletanæ Synodi decretum de coniugio inito ante baptismum, quod per baptismum ita irritetur, vt ducens aliam vxorem post baptismum bigamus non efficiatur, ab Innocentio Papa fuit irritatum; alia verò de-

črera, quæ ad fidem non pertinent, ab eodem Pontifice tolerata fuerunt, ne Hispaniarum Ecclesiæ grauiorem scissuram paterentur.to.1.113.2.

In decretis fidei excommunicauit,qui Priscilliani hæresim sectantes, vel profitentes insalubri baptismo contra Apostolicæ Sedis S. Petri doctrinam sentient. tom. 1. 113. 2.

Toletana Synodus I.& IV.suscepetunt doctrinam Romanorum Pontificum, & illis obedientiam præstatunt. to.12.589.2.

Toletanæ Synodi ferè omnes supremam Romanorum Pontificum dignitatem,& potestatem agnouerunt.to.12.586.2.

Tonsura.

Tonsura monastica, & clericalis est pœna Ecclesiastica, adeoque nunquam potuit infligi, nisi per manum Episcopalem. to. 6. 499. 1.

Tonsura fuit affectus Hildericus Francorum Rex de mandato Zachariæ Romani Pontificis.to.6.499.1.

Item Pipinus Aquitaniæ Rex ex decreto II. Synodi Suessionensis ad preces patrui Caroli Calui.to.6.499.1.

Tonsura hæc, sicut & publica pœnitentia iam pridem in desuetudinem abierunt. tom. 6. 499. 2.

Tonsura hæc reddebat Regni incapacem, adeoque auersabatur, & magis abominationi erat, quàm mors.to.6.498.2.

Tonsuram, quæ est via ad Ordines, in Ecclesiam deuenit ex eo. quòd Gentiles D. Petro capillos in derisionem, & vilipendium abraserint in modum sphæræ; quod libenter tulit Apostolus in memoriam spineæ coronæ, quæ capiti Christi Domini in passione à Iudæis fuit imposita. to.19.215.1.

Tonsura clericalis significat rescissionem quarumcumque superfluitatum temporalium, quibus implicamur, ne ad contemplanda Diuina toto mentis affectu tendamus. to. 19. 215. 1.

Tonsura Clericalis est in modum coronæ, & per hoc differt à tonsura, quæ fit conuersis Regularibus.to.19.215.1.

Tonsura non est ordo, quia ordo à solis Episcopis confertur, tonsura verò à quolibet sacerdote potest conferri.to.19.215.1.

Tonsura est ianua ad ordines, & est paruum signum, seu signaculum clericatus. to. 19. 215. 2.

Tonsura differt ab ordine, quòd per illam significatur electio in sortem Domini, per istum autem significatur electio in militia Dominica. to.19.215.2.

Item distinguitur, quia per tonsuram non imprimitur caracter, sicut imprimitur per ordinem.to.19.216.1.

Tormenta.

Ad tormenta illico non est procedendum, sed oportet considerare, cuius existimationis sit in sua Ciuitate ille, qui fuit accusatus. to.9.438.114.

Tormenta non sunt facilè adhibenda, sed instandum est accusatori, vt probet, quod intendit.to.9.438.115.

Torquatus.

Torquatus filium suum, qui etiam pro patria pugnauerat, & victor extiterat, attamen quia contra imperium suum bellum susceperat, occidit,ne plus mali in exemplo contempti imperij, quàm boni in gloria hostis occisi in Rempublicam irreperet. to.3.73. 1; & seq.

Torquatus Manlius filium suum accusatum,& conuictum de pecunijs à socijs acceptis iudicauit eum indignum Republica, & domo sua; propter quod filius nomine Syllanus præ tristitia se suspendit.to.3.73.2.

Totalitas Ecclesiæ.

Totalitas Ecclesiæ aliquando accipitur pro Collegio Cardinalium; aliquando pro vna congregatione conuentuali;aliquando pro vna congregatione particulari capitulari, aliquando pro congregatione synodali, vel prouinciali, & aliquando pro congregatione vnius patrisfamiliæ. to. 13. 589. 2.

Totila Rex.

Totilæ Wuandalorum Regi Longobardiam crudeliter vastanti occurrit S. Leo Papa, ad cuius aspectum tremebundus Rex statim ab equo descendit,reuerentiam ei exhibuit, à feritate destitit, & ex Italia festinus discessit.to.3.66.1.

Totum.

Totum esse maius sua parte verificatur de toto integrali, & de totalitate quantitatis dimensiuæ, & naturalis, quæ sunt eiusdem rationis; non autem de toto potentiali, & de totalitate quantitatis virtualis, & potestatiuæ; vna etenim virtus potest agere se sola, quantùm possunt agere plures virtutes simul. to. 9. 575. 197; & to. 13.402; 1; & seq.

Totum, quod continet aliquam partem, quę eminenter præcontinet dignitatem omnium aliarum partium, non est maius, & dignius qualibet sua parte, ut patet de Christo Domino. to.20. 442. 1; & seq.

Totum prævalet suę parti, quando illud totum est suę parti vnitum; quando autem est separatum à sua parte, iam non est totum, sed aliquę partes totius; totum enim constat ex omnibus suis partibus. to. 9. 208. 109.

Totum vniuersum est Ecclesia Dei, Ecclesia autem Romana domus Dei dicitur à S. Ambrosio. to. 13. 266. 2.

Totum esse nobilius qualibet sua parte, & corpus esse nobilius quolibet membro quomodò sit intelligendum? tom. 6. 844. 2. & seq.

Tractoria.

Tractoria, seu literæ tractoriæ erant illæ, quibus Episcopi vices suas committebant ijs, quos ad Synodos mittebant. tom. 6. 286. 1.

Tractoriæ, seu teactatoriæ literæ dicebantur etiam, quibus Episcopus Metropolitanus suosEpiscopos comprouinciales inuitabat, seu trahebat ad Synodum. tom. 6. 286. 1.

Tractoriæ literæ in aliquibus codicibus leguntur tractatoriæ, sed certè mendosè. to. 6. 286. 2.

Tractoriarum literarum plures species fuerunt; aliquando enim significabant diplomata, aut codicillos, quibus fiebat copia vsurpandi cursus publici; & dabantur missis, vel euocatis à Principe; vt cursu publi-

blico vti possent, quem alioquin absque diplomate vsurpari fas non erat, adscriptis etiam locis, ac mansionibus, quibus sumptu publico ali debebant, & hæc est originalis, ac primaria tractoriarum significatio, tom. 6. 286. 2.

Tractoriarum vsus mutuatus fuit à Romanis, qui suis literis commeatum in itinere præstandum definire solebant, tom. 6. 286, 2.

Alia species tractoriarum est epistola, seu literæ Encyclicæ, quibus famosa alicuius damnatio denunciabatur, & sic trahebant damnationem per omnes sub Cœlo Ecclesias. to. 6. 286. 2.

Alia species tractoriarum fuerunt encyclicæ, seu dogmaticæ literæ, quibus damnabantur aliqui, & mittebantur ad omnes Ecclesias, vt subscriberentur ab omnibus; & qui repugnabant subscribere, censebantur eādem hæresim profiteri, & in eadem damnatione cum illis versari. to. 6. 286. 2.

Tractoriæ Zosymi Papæ, qua Pelagius, & Cęlestius fuerunt damnati, noluit Iulianus Ecclanensis Episcopus subscribere; & quia contra ipsam appellauit ad generalem totius Ecclesiæ Synodum, solemniter fuit damnatus, atque ex Episcopatu expulsus, & ex tota Italia eiectus, tom. 6. 286. 2.

Tractoriæ dicebantur huiusmodi literę, quia per totum Orbem delatæ trahebant secum omnium consensum. tom. 6. 287. 1.

Tractoriarum quarta species est epistola superioris Antistitis, qua suos Episcopos Suffraganeos conuocare solebat ad Synodum; & in hac epistola ordinatè scribebantur nomina omnium Episcoporum. to. 6. 287. 1; & seq.

Tractoria Constantini Imperatoris, qua euocauit Episcopos ad Synodum Arelatensem contra Donatistas, de qua tractoria præcepit latori, vt singulis Episcopis singula tractoria tribuerentur. tom. 6. 286. 2.

Tractoria per totum Orbem terrarum missa, quocumque Ecclesia Christi Domini dilatata est, vt ab omnibus Ecclesijs communione priuentur, qui in eadem tractoria damnantur, to. 6. 110. 2.

Traditio.

Traditio quoad nominis significationem latè sumpta significat doctrinam ab altero traditam, siue voce tantùm tradita sit, siue etiam scriptis mandata; propriè autem accepta significat doctrinam voce tantummodò traditam. to. 8. 277. 1.

Traditio vniuersaliter accepta includit tam sacras, quàm prophanas, imò & veram, & falsam doctrinam. to. 8. 277. 1.

Traditio apud Sacros Scriptores accipitur pro doctrina tradita à Patribus continente veritatem, & leges utiles circa res Diuinas, quæ doctrina non est scriptis mandata. to. 8. 277. 1.

Argumentum desumptum à traditione distinguitur ab argumento desumpto ex Sacra Scriptura, aut ex definitione Pontificis, to. 8. 277. 1.

Traditio definitur veritas non scripta, sed tradita, fidei, & maiorum auctoritate recepta, & consuetudine roborata, ac ad personas successiuè transmissa. tom. 12. 224. 1.

Traditiones veteris legis.

Traditiones erant apud Hebræos iuxta illud: *Quare & Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?* to. 12. 224. 1.

Traditiones veteris legis confirmatæ fuerunt à Christo Domino illis verbis. *Traditiones vestras &c.* to. 12. 224. 1.

Fuerunt apud Hebræos aliquæ traditiones laudabiles, & necessariæ, vt Canon scripturarum acceptus à Maioribus, remedium peccati originalis pro fœminis, quod erat diuersum à remedio masculorum. to. 12. 224. 1.

Multas traditiones habuerunt Hebræi in lege veteri ex Dei mandato; vt Exodi 12. *Narrabis filio tuo dicens. Hoc est, quod fecit Dominus*; & alia huiusmodi; quæ habentur Deut. 32; Iudic. 6; psalm. 47. tom. 12. 224. 1.

Ecclesia ante Moysen toto tempore legis naturę viuæ vocis traditionibus conseruata fuit, & gubernata. to. 13. 160. 1.

Traditionum species.

Traditiones aliæ sunt, quæ ab ipsomet Deo, seu Christo Domino immediatè emanarunt, & istæ appellari solent Diuinæ traditiones; aliæ, quæ ab Apostolis descenderunt, & istæ vocantur Apostolicæ; aliæ, quæ institutę sunt ab Ecclesia, seu Romanis Pontificibus, & dicuntur traditiones Ecclesiasticæ. tom. 3. 19. 2; & 277. 1.

Traditiones aliæ tantùm pertinent ad doctrinam fidei, vt quòd Mater Dei sit Virgo: quòd in cæna Christus Dominus oculos in Cœlum leuauerit &c; aliæ verò, quæ pertinent ad usum, ac proinde practicæ vocantur; vt materiam talem institutam fuisse pro Sacramento Confirmationis, extremæ Vnctionis &c; paruulos esse baptizandos &c; & istæ nedum credendæ sunt, sed etiam illis in praxi vti debemus; illæ verò tantùm sunt à nobis credendæ. tom. 13. 152. 1.

Traditiones practicæ aliæ institutę fuerunt solùm ad certum tempus determinatum duraturæ; vt decretum de suffocato, & sanguine; & collatio baptismi in nomine Christi domini, vt habetur in Act. Apost; alię verò sunt institutæ absque vlla temporis mutatione; vt quædam Sacramenta iteranda non esse. to. 13. 152. 1.

Traditiones aliæ neque ab Apostolis, neque ab Ecclesia mutari potuerunt; vt sunt, quæ pertinent ad materiam, & formam sacramentorum, quę Apostoli ex ore ipsius Christi Domini acceperunt; aliæ verò, quę ab Apostolis, & Ecclesia pro circunstantijs temporum possunt mutari, vt ceremoniæ. to. 13. 152. 1.

Traditiones omnes hac vnica definitione explicantur *sunt quædam dogmata, aut etiam morum instituta, quæ Apostoli vel ex ore ipsius Christi Domini, vel ex Spiritus Sancti suggestione accepta tradiderunt Ecclesiæ viua voce, quæque aut omnino non scripserunt aut certè non nisi obscurè scripto insinuarunt.* to. 13. 151.

Traditiones Diuinæ.

Traditiones Diuinæ sunt, quæ immediatè à Chri-

Christo Domino emanarunt, & ab ipso ad nos descenderunt. to. 3. 19. 2.
Traditiones Diuinæ sunt tantę auctoritatis, vt à nobis amplectendę sint, veluti ius Diuinum. to. 3. 19. 2.
Traditionibus Diuinis, quę ad nos descenderunt per SS. Patres, eandem fidem deferendam esse, quę defertur Sacræ Scripturę, docuerũt S. Ioannes Chrisostomus, S. Basilius, S. Epiphanius, & clarissimè S. P. Augustinus. to. 17. 356. 2.
Traditiones Diuinas esse in Ecclesia euidenter colligitur ex illo Io.vlt. *Sunt alia multa, quæ fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc*; &.propterea hæc nobis solummodò ore sunt tradita, non autem scripta, tom. 14. 411. 1.

Traditiones Apostolicæ.

Traditiones Apostolicas dari in Ecclesia colligitur ex eo, quòd maior reuerentia seruatur doctrinę, quę scripta non est, & in thesauro Ecclesiæ seruatur recondita, to. 13. 160. 2.
Scribit Egesippus, quòd referente Eusebio, dum viuebant Apostoli, viuę vocis traditio magis vigebat, & minùs ab Hæreticis Diuini Verbi temeratoribus minùs Ecclesia fuit dilaniata. to. 13. 159. 1.
Traditiones Apostolicæ non occultant fidei doctrinam, sed illam tantùm vulgari scripto non manifestant omnibus, quam tamen apud doctores conseruant, & pro loco, & tempore pandunt. tom. 13. 160. 1.
Traditiones Apostolicę maximè inseruiunt ad explicanda obscura Scripturę Sacrę mysteria. to. 13. 160. 2.
Traditiones Apostolicę cognoscuntur ex Ecclesię auctoritate, ex vnanimi SS. Patrum sententia, ex communi consensu omnium fidelium, nec in aliquo Concilio generali sunt institutæ teste S. P. Augustino to. 13. 163. 2.
Traditiones Apostolicæ testimonium perhibent veritatis, ideo sunt maximè Ecclesię necessarię. to. 13. 828. 2.
Traditiones Apostolicas seruandas esse præcepit D. Paulus 2. Tessal. 2. illis verbis: *Tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam*. tomo 12. 224. 1.
Traditiones Apostolicę sunt in Ecclesia, & nullum possunt continere prorsus errorem, ac propterea pertinent ad fidem Diuinam. to. 8. 277. 1; & seq; & to. 14. 403. 2; & 585. 2; seq; & to. 15. 284. 2.
Traditiones Apostolicę per SanctosPatres ex ipsis Apostolis ad nos descenderunt. to. 14. 357. 1; & seq.
Ex traditione Apostolica solùm habetur obseruantia quadragesimalis ieiunij teste D. Hieronymo. to. 14. 357. 1.
Traditiones Apostolicę, tanquam commentitię, reijciuntur ab Hęreticis to. 15. 312. 1; & 364. 1; & seq.
Ex traditione Apostolica habetur in fidei controuersijs congregandum esse Concilium. to. 18. 4. 2.
Traditio Apostolica docet Episcoporum iudicia Sedi Apostolicę esse reseruata. to. 18. 13. 2; & seq.
Traditiones purè Apostolicæ, quę non fuerunt à Christo Domino acceptę, efficiunt ius Ecclesiasticum, tom. 3. 19. 2; & seq.
Traditiones Apostolicę, quę efficiunt solùm ius humanum, non superant auctoritatem Papę. to. 3. 20. 1.
Traditionibus Apostolicis solùm à Tertulliano confutati fuerunt Hęretici Marcionistę, Valentiniani, Cataphryges, & alij; ex quo factum est, ut hęretici omnes traditiones Apostolicas reijciant. tom. 1. 206. 1.
Sic S.P. Augustinus traditionibus Apostolicis conuicit Donatistas, qui propterea illas execrati sunt. to. 1. 206. 1.
Traditiones Apostolicę sunt mille clypei in armamentario Ecclesię positi potius inferi formidabiles, to. 1. 206. 2; & seq.
Ob traditiones Apostolicas ab Ecclesia Romana inuiolatè seruatas tota eiusdem Ecclesię Romanę fęlicitas perseuerat imperturbata, & immota. tom. 1. 206. 2; & seq.
Traditiones Apostolicas Ecclesia Romana conseruat, tanquam sacratiorem, & secretiorem doctrinam. to. 1. 207. 1.
Traditionibus Apostolicis ab Ecclesia Romana in suo deposito illibatè seruatis omnes hæreses, & Heretici fuerunt semper per Romanos Pontifices conuicti, expugnati, & euersi. to. 1. 208. 1; & seq.
Traditionibus Apostolicis contradixit Constantius Imperator, sed statim à D. Hilario fuit confusus. to. 1. 208. 2.
Traditiones Apostolicę varię, quas occasione Hęreticorum protulerunt Romani Pontifices. to. 1. 208; & seq.
Ex traditione Apostolica SacramentumConfirmationis habetur teste S. Cypriano. to. 1. 209. 1.
Item Ritus, & ceremonię in administratione Sacramentorum, & memoria defunctorum in Missa. to. 1. 210. 1; & seq.
Item ordo Hierarchicus in Ecclesia Episcoporum, Presbiterorum, Diaconorum, & aliorum ordinum. to. 1. 210. 2.
Item benedictio aquæ lustralis, vnctio calicum, & altarium, ac cultus Sacrarum Imaginum. to. 1. 210. 2; & seq.
Traditiones Apostolicæ habent eandem vim, quam habet Sacra Scriptura. tom. 19. 55. 1.
Traditiones Apostolicæ in quo differant à traditionibus Ecclesiasticis? tom. 8. 277. 1.
Traditiones Apostolicæ spectant ad Sacrosanctum fidei Diuinæ depositum. tom. 8. 956. 1.
Traditiones Apostolicę contentę in Symbolo fidei ab Apostolis composito proximum locum habent secundùm Euangelij doctrinam à D.Petro Ecclesijs, & à Sacris Scriptoribus dictatam. to. 1. 207. 2.
Traditiones Apostolicæ priores sunt Sacra Scriptura; quia Apostoli priùs prædicauerunt, quàm scripserint; & certiores, quia illæ depravati non possunt, sicut scripturæ, quæ scribentium vitijs possunt adulterari; & veriores, quia sunt certiores; & ampliores, nam non omnia scripta sunt

sunt, quæ sunt tradita; omnia tamen, quæ sunt scripta, tradita sunt. to. 1. 204. t; & seq.
Traditiones Apostolicę scriptę non fuerunt, ne euulgarentur, & margaritæ à porcis conculcarentur. to. t. 204. 2.
Traditiones Apostolicę etiam ab aliquibus hæreticis, inter quos Brentius, & Kemnitius, fuerunt admissæ. to. t. 204. 2.
Apostolos multa oretenus tradidisse, quę scripta non sunt, testatus fuit S. Dionysius. to. 1. 204. 2.
Traditiones Apostolicæ integrę, & illibatæ, vt ab Apostolis traditæ fuerunt, fuerunt Romæ repertę à S. Irenæo, cùm ex Gallijs ab Episcopis missus venit Romam ad S.Papam Eleutherium. to. 1.205. 1.
Traditiones Apostolicæ spectant ad Sacrosanctum fidei Diuinæ depositum à Christo Domino institutum. to. 8.956. 1.
Traditionum Apostolicarum antiquitas perpetuò illibatè seruata omnium antiquorum testimonijs ostenditur. tom. 8. 958. 1.
Traditiones Apostolicæ ex vniuersitate locorum, & Ecclesiarum ad nos descenderunt. to. 8. 961. 1; & seq.
Item ex vnanimi, & communi consensu omnium Sanctorum Patrum Ecclesię. to. 8. 963. 1; & seq.
Item ex communi consensu omnium Patrum, & Doctorum. qui omni sæculo floruerunt. to. 8. 966. 1; & seq.
Traditiones Apostolicę non desumuntur ex consensu Doctorum recentium contra Doctores antiquos. tom. 8. 968. 1; & seq.
Neque ex consensu populorum, & gentium contra doctrinam traditam ab Ecclesiæ Doctoribus. tom. 8. 972. 1; & seq.
Neque desumuntur ex reuelationibus particularibus, quæ ad fidem Diuinam non pertinent. to. 8. 975. 1; & seq.
Traditionum Apostolicarum custodia semper fidelissimè fuit seruata à Pontificibus Romanis in deposito à S. Petro accepto. to. 8. 982. 1; & seq; & 987. 2. & seq; 991. 2; & seq.
Traditionibus Apostolicis æquè, ac Diuinis Scripturis fides ab omnibus est adhibenda. to. 17. 356. 2.
Traditiones Apostolicæ sunt infallibiles simpliciter,& ideo ab omnibus sunt credendę. to. 11. 221. 2.
Fuerunt semper receptæ ab omnibus SS. Patribus, Doctoribus, & Sacris Concilijs. to. 15. 321. t; & seq.
Per traditionem ab Apostolis multa edocta fuit Ecclesia tam ad doctrinam, quàm ad morum institutionem pertinentia, quæ in Diuinis Scripturis non comprehenduntur expressa. to. 15. 321. 1; & seq.
Traditiones Apostolicæ colliguntur etiam ex ep. 2. *Io. Plura habens vobis scribere nolui per cartam, & attramentum; spero enim me futurum ad vos, & os ad os loqui.* to. 8. 277. 2.
Traditiones Apostolicas posse innoluere alique errorem est hæreticum. tom. 8. 277. 2.
Traditiones Apostolicę necessariò conseruari debuerunt in Ecclesia Romana, quæ est caput & magistra omnium aliarum Ecclesiarum, ideo illas debet continuò edocere, & instruere. to. 14. 404. 1.
Traditiones Apostoli, & eorum Discipuli noluerunt nec verbo tenus communicare timentes, ne hæretici earum veritatem adulterarent, aut falsificarent. tom. 14. 404. 2.
Traditiones Apostolicas Diabolus deprędari tentauit, & earum sensum inuertere. to. 8. 978. 1; & seq.
Traditiones Apostolicæ nequeunt esse Diuinis Scripturis contrariæ, sed cum illis debent concordare. tom. 8. 978. 2.
Traditiones Apostolicas fuisse à Romanis Pontificibus muratas blasphemant hæretici. to. 8. 987. 2; & seq.
Traditionum Apostolicarum depositum à Romanis Pontificibus nunquam fuit per additionem, vel per imminutionem, vel per transmutationem variatum, sed sanguine fuit custoditum illæsum. to. 8. 998. 1, & seq.
Contra traditiones Apostolicas nunquam Romani Pontifices suas opiniones priuatas protulerunt. to. 8. 1016. 1; & seq.
Traditiones Apostolicę sufficiunt absque aliqua alia reuelatione nouiter facta ad dirimendas fidei controuersias, quæ ab hæreticis, & schismaticis contra Ecclesiam continuò suscitantur. tom. 8. 1021. 1; & seq.
An definiendis quęstionibus fidei Romani Pontifices inspiciunt nedum sacram Scripturam, sed etiam traditiones Apostolicas, Conciliorum statuta, prædecessorum decreta, & SS. Patrum doctrinam. to. 8. 1035. 2; & seq.
Traditiones Apostolicæ à Sede Romana nunquam fuerunt aulsæ, nec poterunt auelli. to. 8. 1038. 2.
Traditiones Apostolicæ ab ipsis Apostolis, quasi de ore in os, deque pectore in pectus fuerunt transfusæ. to. 3. 7. 1.
Ex traditione Apostolica descendit Religionum Monastica rum institutio & vsus. to. 3. 20. 1.
Traditiones Apostolicæ de potestate ordinaria non possunt à Papa immutari, vel abrogari. to. 3. 20. 1.
Traditiones Apostolicæ aliæ fuerunt institutę ab ipsis Apostolis ad certum tempus determinatum solummodò; aliæ verò absolutè, & simpliciter, vt perpetuò duraturæ. to. 13. 152. 1.

Traditio Ecclesiastica.

Traditiones Ecclesiasticas dari de fide est, & probatur ex illo 1.Cor. 12. *Cætera autem, cùm venero, dispon am*; quæ dispositio nequit esse, nisi per traditiones. to.10.210. 2; & seq.
Traditiones Ecclesiasticę sunt ab Ecclesia adinuentæ, receptæ, & perpetuò seruatæ. tomo.10.211. 2.
Traditiones Ecclesiasticæ, quæ primò adinuentæ sunt ab Ecclesia, non sunt æqualis auctoritatis, ac sacra Scriptura; quia illæ possunt ab Ecclesia immutari, non autem sacra Scriptura. to.10. 212.2.
Traditiones purè Ecclesiasticæ pertinent ad ius humanum Ecclesiasticum.to.10. 212.2.

Ad

Ad traditiones Ecclesiasticas pertinent ritus, & ceremoniæ sacramentorum, quæ non sunt de illorum essentia; vt exorcismus in baptismo, trina immersio, innouatio chrismatis singulis annis, aqua vino mixta in Eucharistia, missæ ceremoniæ, festiuitatum institutiones, ieiunia, & alia. to.10. 212.2.

Traditiones Ecclesiasticæ, licèt scriptæ non sint, attamen confirmatæ per Apostolicam Sedem ab omnibus Christifidelibus sunt obedienter, & reuerenter seruandæ. to.16. 419. 1; & seq; & to. 19. 151.1.

Traditiones Ecclesiasticæ sunt certissimæ, & nullum penitus continent, aut continere possunt errorem. to.1.7.2.

Traditiones Ecclesiasticæ sunt clarissimæ, ac luce meridiana clariores. to.4.132. 2.

Traditiones Ecclesiasticas sibi ad inuicem repugnantes, & aduersantes dari est omnino repugnans. to.4. 132. 2.

Traditiones Ecclesiasticæ sunt illæ, quæ post Apostolos habuerunt exordium, ab antiquissimis Summis Pontificibus, & ab Ecclesia vniuersali fuerunt susceptæ, & continuò à Christifidelibus fuerunt seruatæ. tomo.8. 277. 1.

Traditiones Ecclesiasticæ à Diuinis traditionibus differunt, quòd illæ, non istæ, possunt à Papa abrogari. to.8.277.2.

Traditiones Ecclesiasticæ maximè commendantur in Concilijs generalibus, & in sacris canonibus. to.8.277. 2.

Traditiones Ecclesiasticæ habent auctoritatem, & gradum certitudinis secundùm principium, à quo habuerunt exordium; ideo cùm traditæ fuerint Spiritu sancto dictante, habent æqualem certitudinem, quam habet Ecclesiæ definitio. to.8. 277. 2.

Traditiones Ecclesiasticæ non aliunde agnoscuntur, quàm ex sensu communi Sanctorum Patrum. to.4. 158. 2.

Continua Ecclesiæ traditio est verba dicta Petro à Christo Domino Matth. 16; & Ioannis 21. intelligenda esse de Ecclesiæ primatu vni, & soli Petro concesso, & non alijs Apostolis. to.4. 159. 2.

Traditiones Ecclesiasticæ statutæ sunt, vel in concilijs plenarijs sunt conditæ, vel à Romanis Pontificibus. to.12. 196.2.

De traditionibus dubitare, quas vniuersa obseruat Ecclesia, insolentissimæ insaniæ est teste D. P. Augustino. tomo 12. 196. 2.

Traditiones Ecclesiasticæ D.Petri Primatum in totam Ecclesiam apertissimè ostendunt. t.10. 21. 1.

Traditiones Ecclesiasticæ fuerunt à concilijs generalibus, & à Sanctis Patribus traditæ. to.15. 321.1.

Traditiones plurimæ Ecclesiasticæ institutæ ab Ecclesia recensentur. to. 15. 364. 1; & seq.

Traditiones Ecclesiasticæ quare ab omnibus ferè hæreticis tanta impietate reijciantur? to.15. 364.1;& seq.

Traditionum Ecclesiasticarum fidelissimi custodes fuerunt semper Romani Pontifices. to.1. 207. 2.

Traditionis Ecclesiasticæ auctoritas etiam sine scripto, etiam absque definitione synodica est euidentissimæ, & ineluctabilis auctoritatis, quia in communi Ecclesiæ sensu, quæ nequit falli, fundatur. tom.2. ex Pighio. 76.1;& seq.

Traditiones Ecclesiasticæ aduentum, & moram D. Petri Romæ asserentes. to. 3.7.1; & seq.

Nulla traditio Ecclesiastica docet Sedem Pontificiam Romæ affixam fuisse de iure Diuino. to. 3.13.2.

Traditiones Ecclesiasticæ sunt necessariò admittendæ; quia Ecclesia plures veritates fuit educta à Spiritu sancto tum ad doctrinam, tum ad morum institutionem spectantes, quæ non sunt in Scripturis comprehensæ. to. 15.321. 1; & seq.

Traditiones Ecclesiasticas probarunt D.Dionisius, S. Irenæus, Tertullianus, S.P.Augustinus, & omnes alij SS.Patres antiquissimi, qui traditionibus euerterunt hæreticos. to.15. 363.1; & seq.

Traditiones Ecclesiasticas reijciunt hæretici, quia cùm Scripturas Diuinas velint pro suo arbitrio interpretari; si semel traditiones admittant, statim sua causa cecidisse se videant. to.15.364. 1; & seq.

Ex traditione Ecclesiastica decretum fuit in VII. Synodo venerandas esse Sanctorum imagines. to.14. 585. 2.

Item ex traditione Ecclesiastica præceptum fuit diem Dominicam ab omnibus esse obseruandam. to.14. 585. 2.

Item Pascha nullo alio, quàm die Dominico ab Orbe Catholico esse celebrandum. to.14. 585. 2.

Item baptizatum ab hæretico, cùm venit ad Ecclesiam, rebaptizandum non esse. to.14. 585. 2.

Traditioni Ecclesiasticæ error subesse non potest, quia Ecclesia Catholica est Spiritu veritatis afflata. to. 14.585. 1.

Traditiones Ecclesiasticæ ex vnanimi Sanctorum Patrum consensu descendunt. to.8. 963. 1; & seq.

Item ex communi sententia aliorum Ecclesiæ Pastorum, & Doctorum, qui omni seculo floruerunt. to.8. 966. 1;& seq.

Traditio Gentilium.

Traditio fuit apud omnes Gentes, quæ vltra leges scriptas, obseruabant, & custodiebant quosdam mores, & consuetudines à maioribus acceptas. to. 12. 224. 1.

Traditiones Gentilium, sicut & Hebræorum, erant vitiosæ, & corruptæ, ideo reprehensibiles. to.12.224.1.

Traianus.

Traianus Imperator persecutus fuit Summos Pontifices Euaristum, & Alexandrum. tomo. 10. 112. 2.

Relegauit Clementem I. in Cimmerium Bosphorum, vt Romanorum conuersionem ad fidem impediret. to.10. 112. 2.

Sed cùm audiret innumeram Gentilium multitudinem ad Christi Domini fidem Clementis miraculis, & prædicatione traduci, apud Tauricam Chersonesum anchora ad collum alligata iussit in profundum demergi. to. 10. 112. 2; & seq.

Traianus ob crudelitatem in D.Clementem exercitam fuit multis, magnisque ærumnis à Deo

à Deo percussus; rebellionibus, conitruis, fulgurum, & grandinum borroribus, terremotibus, inundationibus, incendijs, veneno, ac tandem venetia alluuione confectus. to.10. 113. 1.

Tot calamitatibus afflictus paulò sanior mēte effectus suis Præfectis mandauit, vt sęuitiam in Christianos remitterent, sed non omnino placauit Diuinæ itam vltionis. to.10.113. 1.

Traiani anima post trecentum annos D.Gregorij precibus ob inferis fertur reuocata suspensa vsque ad diem Iudicij illius damnationis, vel saluris sententia. com.10. 113.1.

Traiano imperante adiectæ fuerunt Imperio Romano prouinciæ amplissimæ. tom.20. 7.1.

Traianus publico vetuit edicto, ne permitterentur collegia, seu sodalitia, quæ insup rescripto vocauit etærias, in quibus Christiani congregarentur ad tractanda fidei negotia. to. 20. 7. 2.

Traiectum.

Traiecti Episcopus Guilelmna maledicus Gregorij VII. Pontificis detractor grauissima ægritudine repente correptus miserabili eiulatu coram omnibus vociferabat se insto Dei iudicio, & præsentem vitam amisisse, & æternam; quia Galliarum Regi qnoad omnia, quæ intendisset, operam suam nauauit. to. 18. 398. 1.

Traiectensis Ciuitas appellauit ab interdicto Martini V. edito contra Lutherum. to.6. 528. 1.

Tranquillitas.

Tranquillitas maxima erat in Ecclesia, cùm exortus est Lutherus, qui Christiani Orbia pacem turbauit, & nedum in Ecclesia seditionem, sed etiam intestinas ioter Reges, & Principes seminauit discordias. tomo 4. 241. 1; & seq.

Transfiguratio.

Transfigoratio in Monta Thabor aduentum Christi Domini in extremo iudicio significauit. to.8.87.1.

Transfiguratio inter Moysen iam defunctum, & Eliam adhuc viuum designauit Christum Dominum iu extremo indicio futnrum Iudicem viuorum, & mortuorum, sicut crucifixio inter Latronem malum, & bonum indicauit futnrum esse Iudicem hominum electorum, & reprobrorum. to.8. 89. 1; & seq.

Petrus non poposcit à Christo Domino tabernaculum pro se, & pro Iacobo, & Ioanne, sed tantùm pro Christo Domino, Moyse, & Elia, quia sciebat, non nisi post mortem gloriam illam esse conseqnendam. to. 8. 97. 1; & seq.

Transfigurationis Christi Domini finis præcipuus fuit, vt Discipulos animaret ad subeundam forti animo mortem; vt rantā gloriam exinde orituram acquirerent. to.8. 101. 1; & seq; & 75. 1; & seq.

Transfigurationi præsentem esse noluit Beatissimam Virginem Mariam, qnia non indigebat roborari in fide, cùm paratissima esset ad omnia fortiter subeunda, & generosè toleranda. to.8. 101. 2.

Transfiguratione peracta Apostoli ceciderunt in terram, ne ex tali superbirent visione, sed potiùs per ipsam humiliores euaderent, & humiliùs eam à Deo postularent. to. 8. 67. 1; & seq.

Transfiguratio Christi Domini non multùm durauit, sed breuissima fuit. to.8. 100. 2; & seq.

Transfuga.

Transfuga dicitur ille, qui mutando locum recedit de terris suo Principi subiectis, & rebellando vadit ad hostes. tom.9. 283. 73.

Transgressor.

Transgressor præcepti Diuini non est hæreticus, nisi credat pertinaciter illud non esse peccatum, quauis præcipiatur à Deo. to.13. 252. 2.

Translatio Concilij.

Translatio Conciliorum generalium solummodò Romani Pontificis auctoritate fieri potest. to.8. 830. 1.

Quantumuis concilium sit generale, & Oecumenicum; attamen nequit se de vno ad alium locum transferre. to.8. 837.2.

Translatio concilij generalis etiam inuitis, & repugnātibus concilij Patribus ob quas causas fieri debeat? to.9. 473.14; & seq.

Cùm nulla est causa transferendi, vel prorogandi concilium, multò minùs potest dissolui. to.9. 479. 64.

Si translatio concilij de vno ad alium locum in concilio tractetur, si vnus solummodò ex vocem habentibus dissentiat, aut repugnet, sufficit ad impediendam electionem noui loci, quò sit transferendum concilium. to.9. 144.35.

Translatio Episcoporum.

Translatio Episcoporum de vna aliam Ecclesiam videtur pugnare cum quintodecimo canone Concilij Niceni. to.4. 446.2.

Translatio Episcopi auaritiæ causa, vel ambitionis æstro prohibita fuit à ConcilioRomano sub Damaso sub pęna excommunicationis, à Concilio Capuano can.38; Carthaginensi III; & Concilio Apostolorum cap. 4. to.4. 447.2; & seq.

Translatio Episcoporum ob vtilitatem Ecclesiæ, vel ob aliam iustam causam interdicta non est. to.4. 447. 1.

Translatio differt à transitu, quòd translatio supponit Episcopum translatum possidere Ecclesiam, à qua transfertur; transitus verò supponit Episcopum esse spoliatum Ecclesia; & differt ab inuasione, quæ fit propria auctoritate, non autem auctoritate Apostolicæ Sedis. to.4. 447. 1.

Translatio Episcopi de vna ad aliam Ecclesiam potest etiam fieri de licentia generalia concilij. to.9. 235. 2.

Translatio Episcoporum fuit vetita, quoniam æquiparari solebat rebaptismo. to.6. 230.2.

Translatio Episcoporum sine iusta causa dicta fuit spirituale adulterium. tom.6. 500. 1.

Translatio Episcoporum de vna ad aliam Ecclesiam ob iustam causam est licita. to. 10. 198. 2.

Translationum Episcoporum exempla quamplurima referuntur. to.6. 500, 1; & seq; & to.14. 453. 2.

Translatio Episcoporum à Romanis Pontificibus facta ab immemorabili ostenditur. to.14.364. t.
Translationes Episcoporum factæ à Romanis Pontificibus semper habitæ fuerunt legitimæ. to. t.412. t.
Transferre Episcopos de vna ad aliam Ecclesiam spectat solummodò ad Romanum Pontificem. to.4. t95. 1.
Translationes Episcoporum, & sedium Episcopalium mutationem solus Papa potest efficere to.4.520. 14t.

Translatio Apostolicæ Sedis Auenionem.
Translatio sedis Apostolicæ Roma Auenionem facta per Clementem VI. non fuit propriè translatio, quia Sedes Romana non fuit priuata sua prioritate, sed Papa tunc dictus fuit Romæ non residere. to.9.394. 13.
Translatio Apostolicæ Sedis Roma Auenionem fuit causa magni schismatis in Ecclesia. to.9. 9. 11; & seq.
Septem Pontifices Sedem Auenioni tenuerunt spatio septuaginta trium annorum. to.10. 254. 2.
Transferri posse residentiam à Papa ob rationabiles causas, dummodò Romæ Pontificatus remaneat, nemini dubium esse potest. to.10. 254.2.

Transmarina.
Transmarini iudicij frequentissima fuit apud Patres Africanos commemoratio. tom.6. 307.t.
Transmarini iudicij nomine ferè semper intelligebant tribunal Romani Pontificis. to.6.307. s.
Aliquando intelligebant Episcopos Occidentales siue Italos, siue Gallos, qui ad Romani Patriarchatus iurisdictionem pertinebant, atque ad Romanam synodum. to.6.307. 1; & seq.

Treuerensis.
Treuerensis Archiepiscopus Thiedgaudus simul cum Gunthero Coloniensi Archiepiscopo à Nicolao I. Pontifice fuit excommunicatus, & vsque ad statum laicalem depositus, quia Theutpergam legitimam Lotharij vxorem falsis criminibus arte cōfictis damnare præsumpserant, & matrimonium Vualdradæ pellicis eiusdem Lotharij validum declarauerant, vt eidem Lothario indulgerent. to.1. 53t. 1.

Tribellius.
Tribellius narrat Byzantium à Constantino Imperatore ædificatum imperante Gallieno sic fuisse vastatum, vt nemo prorsus suorum ciuium superesset, propter quod à peregrinis hominibus fuit inhabitatum; sed Gallienus loci amœnitatem perpendens ipsum restaurauit, & fortissimum propugnaculum reddidit ita, vt Constantinus illud expugnare non potuerit, sed à propugnatoribus sponte se dantibus illud acceperit. to.3.711.1;& seq.

Tribunal.
Tribonalia non sunt tollenda, quia sunt mali Iudices, & peiores sunt Aduocati. to.8. 397.2.
Tribunalibus Iudicum infidelium non esse deferendas Christianorum causas non consuluit, sed præcepit Apostolos. to.t8.422. 2.
Tribunal non est idem, ac cathedra, quia ad illud iudicia, & strepitus forenses; ad hanc verò doctrina, ac definitio pertinet. to. 3. 477. 1.

Tribunal Ecclesiæ, & Concilij.
Tribunal Ecclesiæ in quibusdam causis est Concilium generale, quod tamen non est infallibile. to.3. 477. 1.
Tribunali, quatenus tribunal est, non competit infallibilitas, quæ tantùm competit cathedræ, cui competit doctrina, & definitio; tribunali autem competunt iudicia, lites, & strepitus forenses. tom. 3. 477. 1.
Tribunal concilij non distinguitur à tribunali Romani Pontificis, sed est vnum, & idem cum illo. to.3. 586. 1.
Tribunal Ecclesiæ est tribunal supremum in terris, cui omnes Christifideles subijciuntur. to.9. 484. 17.
Tribunal Ecclesiæ catholicæ solius Dei iudicio est subiectum. to.2. ex Pighio. 113. 1; & seq.
Tribunal Ecclesiæ prohibet sacros Canones ad iudicium sæcularium vocari. to.2. ex Pighio. 113. 2.
Tribunal Christi Domini, & Romani Pontificis est idem ipsissimum. to.3.34.2;& 927. 2.

Tribunal Sanctæ Inquisitionis.
Tribunal Sanctæ Inquisitionis circa prohibitionem librorum quam auctoritatem habeat? to. 8. 534. t; & seq.
Tribunal Sancti Officij, vel Congregationis Indicis adhibitis consultationibus Theologorum S. Officij semper procedit ad damnationem librorum, cui postea accedit definitio Summi Pontificis. to.8.536. s; & seq.
Praxis, & consuetudo qualificandi libros in Ecclesia semper viguit ab antiquissimis temporibus, se ipsum allidit, quicunque ausus fuit impugnare Congregationes, in quibus Apostolica conduntur decreta. t.8. 536.2.

Tributum.
Tributum denotat subiectionem illius, qui illud soluit, ad illum, cui soluitur. to.18. 142. 2; & seq; & to. 3. 927.2.
Tributum soluit Ecclesia Imperatori, quia prædium, quod soluebat tributum Imperatori, perueniens ad Ecclesiam transijt cum onere suo, quod habebat soluendi tributum. to.3.53. t; & seq.
Tributum solutum fuit Cæsari à Christo Domino, non ex debito, sed ne alios scandalizaret. to.3. 53.2;& 927. 2; & to.19. 34.1.
Tributum soluens Cæsari Petrus æquale pro se, & pro Christo Domino ostendit se ab ipso cæteris alijs Apostolis fuisse prælatum tanquam Caput supremum. to. 3. 143. 2; & to.4.532.4;& to.7.145.1;& to.8. 169. 2; & to. t7. 526. 1; & seq;& to.t3. 421. 2; & seq;& to.9.516. t.
Tributum fuit solutum à Petro tantùm pro se, & pro Christo Domino, non autem pro alijs Apostolis, quo fuit declaratum alios Apostolos esse subditos, qui non tenebant-

nebantur soluere tributum, tom, 3.927. 2.

Vid. Christi Domini tributum.

Triclinium.

Triclinium tres lectos, aut lectum, in quo tres recumbebant ad mensam, significauit. to. 4. 9. 1; & seq.

Triclinium tam apud Gentiles, quàm apud Hebræos maximè fuit in vsu. to.4.10.1;& seq.

Tridentinum Concilium.

Tridentinum concilium fuit legitimum, & Oecumenicum. to.6. 206. 1; & to.3. 520, 1; & seq.

Tridentini Concilij Patres noluerunt Concilio præfigere Oecumenici titulum. to. 7. 516.1; & seq.

Tridentini Concilij sanctio de Scripturis Diuinis cum enumeratione sacrorum librorum. to. 1. 234. 2.

Tridentini Concilij sanctio edita contra ingenia petulantia de interpretatione Diuinarum Scripturarum. to.1. 243. 2.

Quinam Viri illustres eidem concilio interfuerint, & ei splendorem attulerint? to.1, 271.1.

Tridentinum Concilium à quo, & quo tempore fuerit indictum? to.1.75.1; & to.10. 439. 1.

Tridentinum Concilium fuit inchoatum sub Papa Paulo III; & sub Carolo V. Imperatore, & fuit terminatum sub Pio IV. Pontifice,& sub Ferdinando Imperatore. to.9. 779.2.

Tridentinum Concilium fuit conuocatum contra Caluinistas, & Lutheranos, nec non contra alios hæreticos recentiores. to.3. 520. 1; & to.9. 779. 2.

Tridentini Concilij, & Concilij Lateranensis confensio circa facultatem concessam, & denegatam Episcopis exponendi ad publicum cultum Sanctorum reliquias. to.9. 738.2.

Tridentinum Concilium ob quas causas, & quoties fuerit interruptum? tomo 3. 54. 2.

Tridentinum Concilium fuit Concilium generale, quia ad illud fuerunt vocati omnes Patriarchæ totius Orbis,quanuis non omnes interuenerint. to. 19. 397. 1.

Qualis, & quanta fuerit Concilij Tridentini vtilitas percepta ab Ecclesia? to.3. 520. 2; & seq.

Fuit confirmatum à Pio IV; qui mandauit, vt ab omnibus Christifidelibus recipiatur, & obseruetur prohibendo Prælatis sub pæna excommunicationis latæ sententiæ edere commentarios, glosas, annotationes, scholia, vllumque aliud omnino interpretationis genus super eius decreta etiam sub prætextu maioris corroborationis, aut executionis decretorum, aut alio quæsito colore. to.5. 155. 132.

In Bulla confirmationis Concilij Tridentini non est sermo de interpretationibus, quæ fiunt in scholis. to.5. 155. 133.

In dispensatione Concilij Tridentini factà à Papa requiritur expressa mentio, nec sufficit clausula generalis derogatoria. to.5, 155. 134.

Episcopus neque expressè, neque tacitè potest contra canones Concilij Tridentini dispensare. to. 5.156. 134.

Episcopus ex magna causa necessitatis, vel vtilitatis potest contra eius canones dispensare, to. 5. 156. 135.

Omnia decreta Concilij Tridentini habene decretum irritans anullans omnia, quæ in contrarium fiunt. to.5. 156.136.

Decretum irritans Concilij Tridentini ligat etiam ignorantes quoad nullitatem actus. to.5.156.137; & seq.

Tridentini Concilij decreta de reformatione omni veneratione, & reuerentia sunt suscipienda; obligant enim omnes, quos afficiunt, ad illorum obseruantiam. to.8. 332. 2; & seq.

Omnia alia eiusdem Concilij decreta ab omnibus Christifidelibus sunt summè obseruanda. to.16. 416.2.

Tridentinum Concilium definiuit solum Romanum Pontificem habere potestatem congregandi Concilium generale. to.19. 516.12.

Tridentini Concilij decreta an obligent etiã in Regno Galliarum? tomo 3. 520. 1; & seq.

Tridentini Concilij sessiones ferè omnes obseruantur etiam in Gallijs. tomo 3. 521. 2.

Tridentini Concilij decretum de mulieribus siue coniugatis, siue liberis, quæ cum adulteris, siue concubinarijs publicè viuunt, expenditur. tom. 2. ex *Adolpho*.30. 1; & seq.

Illius decretum de abstinendo à censuris Ecclesiasticis, siue in causis criminalibus, siue in causis ciuilibus. tomo 1. 30. 1; & seq.

Tridentinum Concilium à Pio IV. Pontifice fuit solemniter confirmatum. tom. 5. 155. 132.

Tridentini Concilij decretum circa libros hæreticorum, & schismaticorum fuit postea confirmatum à Pio IV. Pontifice, à Sixto V; & à Clemente VIII. tom. 1. 370. 1.

Trinitas Diuinarum Personarum.

Trinitatis Diuinarum Personarum consubstantialitas definita fuit in Concilio Constantinopolitano. to.10. 47.1.

Trinitati Diuinarum Personarum tribuitur totum id, quod fit per virtutem Deitatis. to.1. 281. 1.

Trinitatis Diuinarum Personarum mentio simul cum nomine Christi antiquis Ecclesiæ temporibus fiebat ab Apostolis, cum ab eis conferebaturSacramentum Baptismi iuxta multorum sententiam. tom.13.152. 1.

Trinitatem Diuinarum Personarum negarunt hæretici Trinitarij, siue Samosateni. to.1.ex Tannero. 27. 177.

Item hæretici Macedoniani, qui à Macedonio instructi respuebant Homousion, & Spiritum Sanctum non pertinere ad Patris, & Filij Diuinitatem asserebant. to.1.144. 2; & to.16. 473. 1.

Trinitatem Diuinarum Personarum Sabelliani hæretici confundebant. to. 1. 145. 1.

Trinitarij.

Trinitarij, seu Samosateni hæretici, qui in Hungaria, & Transyluania degunt, dixerunt Romanum Pontificem statim post tempora Apostolorum degenerasse in Antichristum to.1.ex Tannero. 27. 177.

Negauerunt Deum esse trinum in Personis, & Christum Dominum esse binum in naturis. to.1. ex Tannero. 27.177.

Trinitarij heretici successores Trinitarios antecessores impugnare, & de grauissimis erroribus accusare ceperunt. to. 4. 682. 82.

Trisagium.

Sacro trisagij hymno additum fuit: *Qui crucifixus es*; ob quam additionem Petrus Cnapæus Episcopus Antiochenus Romæ, & Constantinopoli fuit synodicè damnatus. to.1.216.2.

Trisagij origo fuit ab Angelis; cùm enim Constantinopolitana Ciuitas terremotu horribili quateretur; & cùm Proclus Episcopus cum Theodosio Imperatore, & populo extra Vrbem morarentur, puerculus quidam omnibus videntibus raptus fuit in Cælum Diuinitus, deinde ad terram reuersus dixit se audiuisse Angelos canentes: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*; quæ verba statim, ac populus de mandato Patriarchæ concinuit, terremotus cessauit. to.1. 216. 2; & 222.2; & seq; & to. 2. ex Pighio. 120 1.

Blasphemiæ in Deum ortæ ex additione trisagij facta à Petro Cnapæo: *Qui crucifixus es*. to.1. 217. 1.

Hæc additio ab Ecclesia vniuersali synodali sententia fuit perpetuò damnata. tom.1. 217. 1.

Item fuit damnata, tamquam impia, & execrabilis, à Felice III. ep.2. ad Petrum Antiochenum. to.1. 223. 2; & seq.

Trisagium debet pronunciari impassibiliter, vt canunt Seraphim, non Crucifixum. to.1. 226. 1.

Additio crucis in Trisagio facta à Petro Antiocheno teste Asclepiade Episcopo impijssima blasphemia est; confundit enim Filium cum Patre, & cum Spiritu Sancto. to.1. 226. 1.

Apponentes in Trisagio Crucem præter Filium Dei, anathemate percutiuntur. to.1. 226.1.

Triumphans.

Triumphans Ecclesia in Cælis solummodò existit, sicut Ecclesia militans semper fuit in terris. to. 16. 341. 1.

Triumphans Ecclesia constat ex pluribus ordinibus Angelorum, & Beatorum reductis in vnum Deum. tomo 17. 539. 2; & seq.

Vid. Ecclesia militans, & triumphans.

S. Trophimus.

S.Trophimus Asiaticus Gentilis cum S.Paulo iuit Mileto Hierosolymam, vbi à Iudæis accusatus de ingressu in templum redijt Militam cum Apostolo vincto, vbi ab Apostolo relictus fuit infirmus.tom.6.668. 1.

Fuit consecratus à S. Petro, & fuit missus in Galliam Episcopus Arelatensis; an autem fuerit primus Episcopus Arelatensis, longa controuersia est inter Auctores. to.6. 668.1.

Vices Apostolicas habuit in tribus prouincijs à S.Petro Apostolo acceptas. tom.6. 668.1.

Non fuit tamen Episcopus Metropolita, quia Ciuitas Arelatensis tunc non erat Metropolis. to.6.668.1.

S.Trophimum accepisse à S.Petro potestatem consecrandi in tribus prouincijs nullo potest authentico testimonio demonstrari. to.6. 668.2.

Trophimus simul, & Dionysius Areopagita à D. Petro in Galliam missi primi omnium annunciauerunt Euangelium. to. 3. 773.1.

Trophimus Episcopus Afer.

Trophimus Episcopus Afer à S.Cornelio Papa vigore sui decreti non fuit reparatus. to.6. 103. 2.

Trullana Synodus.

Trullana Synodus nihil aliud intendit, quàm ostendere, quænam auctoritas competat Papæ in suo Patriarchatu Romano, non quæ ei competit, vt habet iurisdictionem in totam Ecclesiam vniuersalem. tom.6. 573. 2.

Trullana synodus siue auctoritate Romani Pontificis à Iustiniano II. Imperatore fuit coacta. to.6. 511. 2.

Errauit grauissimè quoad cęlibatum sacerdotum, & Sabbathi ieiunium. to.11. 434. 5.

Non retulit ad Apostolicam Sedem sua decreta, vt ab illa confirmarentur. to.6. 515. 1.

In Synodo Trullana fuit facta protestatio de nullitate omnium illius decretorum, nisi relata fuissent ad Papam. to.6. 515. 1.

Synodus Trullana fuit coacta sub Agathone Pontifice contra Monotheliras. to. 1.73. 1; & seq.

Fuit Constantinopoli celebrata, & dicta fuit Quinisexta, quia canones in V; & VI. Synodo omissos suppleuerit; & in ea centum, & tres canones sanciri fuerunt. to.6. 873. 1; & seq.

Multa decreuit contra antiquam Ecclesiæ disciplinam adeò, vt Romani Pontifices eam numquam confirmare voluerint, quantumcumque Græci Imperatores pro illius confirmatione ardenter instarent. to.6.873. 2.

Mortuo Sergio Pontifice Iustinianus Iunior missa legatione ad Ioannem illius successorem enixè illum, sed frustra pro confirmatione rogauit, quod factum fuit etiam apud Constantinum Papam. to. 6.873.2.

Trullana synodus nullam penitus fidei Diuinæ habet auctoritatem firmam, & infallibilem. to.8. 328. 1; & seq.

Trullanæ Synodi non interfuit Romanus Pontifex, nec illius Legati, nec ei subscripserunt ijdem Episcopi, qui affuerunt VI. Synodo. to.16. 304. 2.

Quia Sergius Papa renuit confirmare, & subscribere Trullanæ Synodo erraticæ, Iustinianus Iunior iussit Pontificem Constantinopolim deportari; sed in pœnam suæ perfidiæ Regni Gloria fuit priuatus, & exul

& exul in Insulam Pontum secessit. to. 16. 304. 2.

Trullanæ Synodi canones.

Trullani canones referuntur à Gratiano sub nomine VI. Synodi generalis. to. 8. 328. 1.
Trullani canones ex parte fuerunt recepti, quia continent veritatem definitam in V; & VI. Synodo; alij verò, de quibus actum non fuit in illis Synodis, non recipiuntur, sed reijciuntur. to. 8. 329. 2.
Trullanus canon secundus recipit, & confirmat octoginta canones Apostolorum, qui tamen omnes non fuerunt recepti à Sede Apostolica teste S. Isidoro. to. 8. 329. 1; & to. 16. 305. 1; & seq.
Item in eodem canone approbatur Synodus S. Cypriani de rebaptizandis hæreticis. to. 8. 329. 1; & to. 16. 305. 2.
Item canon tertius legem Ecclesiasticam de non ordinandis bigamis nimis austeram appellat. to. 8. 329. 1; & to. 16. 305. 2.
Insuper canon tertiusdecimus præcipit, vt præsbiteri, diaconi, & subdiaconi à suis legitimis vxoribus non separentur; quod contra Ecclesiam Romanam fuit decretum. to. 8. 329. 1; & to. 16. 305. 2.
Item canon trigesimus sextus statuit, vt Ecclesia Constantinopolitana ijsdem priuilegijs gaudeat, quibus gaudet Ecclesia Romana; & præferatur Ecclesiæ Alexandrinæ, Antiochenæ, & Hierosolymitanæ; cui decreto fortiter restitit, & illud irritauit S. Leo Papa. to. 8. 329. 1; & to. 16. 305. 2.
Item canon quinquagesimus secundus statuit, vt in omnibus diebus Quadragesimæ præter dies Sabbathi, & Dominicæ nulla fiat consecratio hostiæ, sed offeratur hostia iam consecrata, sicut fit in die Parasceues. to. 8. 329. 1; & to. 16. 305. 2.
Item canon quinquagesimus quintus statuit ieiunantem in Sabbathis Quadragesimæ, si sit clericus, deponendum esse; si verò sit laicus, à communione Ecclesiastica esse segregandum. to. 8. 329. 1; & seq; & to. 16. 305. 2.
Tandem canon sexagesimus sextus damnat non abstinentes à sanguine, & suffocato. to. 8. 329. 2.
Trullanus canon de veneratione imaginis Christi Domini fuit approbatus ab Adriano Papa, non quia statutus fuit à Trullana Synodo, sed quia in V; & VI. Synodo fuit definitus. to. 8. 329. 2.
Ex eo, quòd aliqui canones Trullani recipiantur, non sequitur omnes esse recipiendos; sicut ex eo, quòd S. Paulus aliquas doctrinas Paganorum in suis epistolis posuerit, non sequitur, quòd omnia Paganorum documenta receperit, & approbauerit teste Nicolao Papa epist. ad Michaelem Imperatorem. to. 8. 329. 2; & seq.
Trullani canones editi fuerunt præcipuè, vt carperent Ecclesiam Romanam. to. 4. 458; 1; & seq.
Centum, & duo canones edicti fuerunt in Synodo Trullana, quæ Græcè dicta fuit *penthecti*, idest quinisexta, quia canones editos in V; & VI. Synodo intendit euulgare. to. 16. 305. 1.
Trullanus canon de mixtione aquæ cum vino in sacrificio Missæ facienda. to. 2. 228. 1.

Tuentius.

Tuentius simul cum Vrso ordinatus fuit à Proculo prætermisso proprio Metropolita. to. 6. 120. 2.
Tuentius nedum fuit prauis moribus deturpatus, sed etiam fuit Priscilliana superstitio. to. 6. 120. 2.
Fuit Proculi suffraganeus, & ob malos mores in varijs Synodis fuit damnatus. tomo 6. 120. 2.
Tuentius damnatus in Synodo appellauit ad Apostolicam Sedem, & pœnitens supplicauit, vt ex gratia admitteretur ad communionem Ecclesiasticam, & hanc gratiam obtinuit. to. 6. 120. 2.
Tuentius etiam post gratiam acceptam non potuit Episcopus creari, sed debuit in pœnitentia permanere, quousque nouam gratiam promereretur. to. 6. 121. 1.
Tuentius post hæc omnia fuit præuaricatoriè intrusus in Episcopalem dignitatem per alienum, imò per imaginarium Metropolitam Lazaro famoso cooperante cum contemptu Episcoporum comprouincialium; propter quod damnatus fuit, & expulsus à Patroclo Metropolita. to. 6. 121. 1.
Appellauit ad Zosymum Papam, à quo fuit damnata eius consecratio, & solemniter publicata fuit illius damnatio per totum Orbem terrarum, quæ facta fuerat à Patroclo illius Metropolita. to. 6. 121. 1.

Tunica Christi Domini.

Tunica inconsutilis Christi Domini significauit Ecclesiam Catholicam ex collectione populorum in vna fide vnitam. to. 4. 30. 2; & to. 3. 180. 2.
Tunica inconsutilis Christi Domini discissa non fuit, sed sorte peruenit. to. 3. 180. 2.
Tunica Christi Domini appellatur Ecclesiæ charitas, quæ operit multitudinem peccatorum. to. 3. 180. 2.
Vestis Christi Domini in quatuor partes diuisa significauit Ecclesiam in quatuor mundi partes diffusam; tunica verò inconsutilis significauit omnium quatuor mundi partium vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur. to. 3. 180. 2.
Tunica Christi Domini fuit inconsutilis, ne Ecclesia, quam significat, aliquando discindam ostenderet. to. 3. 180. 2.
Erat inconsutilis per totum, quia nemo pertinens ad Ecclesiam debet esse expers vnitatis fidei, & charitatis. to. 3. 180. 2.

Tunica S. Athanasij.

S. Athanasius accusatus fuit à Græcis, quòd gereret tunicam lineam, non laneam. to. 6. 180. 1; & seq.

Turca.

Turcarum religio eandem habet originem, quam habent sectæ omnium hæreticorum. to. 18. 288. 2.
Turcarum religio gladio fuit diuulgata, & gladio crescit. to. 18. 288. 2.
Turcarum religio minùs mala est, quàm hæresis Anglicana, quia illa non persequitur eos diuersam religionem profitentes, imò illos veneratur; hæc verò in Christianos crudelissimè sæuit. to. 18. 288. 2; & seq.
Turcis, Saracenis, hæreticis, & alijs Christiani nominis hostibus suppeditantes, vel mittentes, aut deferentes equos, arma, fer-

ferrum, vel quoduis metallum, bellica instrumenta, ligna, vel alia qualibet vsui bellico inseruientia excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini. to.5.295.146; & seq; & 296. 148; & 298. 159. & seq.
Turcas, & quoscumque alios Christianæ Religionis hostes certiores facere, & admonere vel per se, vel per Nuncios de rebus ad statum Christianæ Reipublicæ pertinentibus in damnum, & pernicitm catholicorum excommunicantur in Bulla cenæ Domini. to.5. 295. 146: & 296. 148.
Turcis, & quibuscumque alijs infidelibus in damnum, & perniciem Christi nominis, & Religionis consilium, auxilium, vel fauorem quocumque modo præstantes excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini. to.5. 295. 146; & 296. 148.
Turcæ non sunt adeò infensi Christianis, sicut sunt infensi Iudæi. to.5. 297. 151.
Christiani morantes sub imperio, vel in captiuitate Turcarum ab hac excommunicatione excusantur, quia censentur huiusmodi submioistrare coacti. to 5. 300. 169.
Turcis, & Saracenis extra tempus belli deferentes merces, & victualia ex priuilegio Apostolicæ Sedis non incurrunt excommunicationem. to.5. 309. 186.
Extra tempus belli non censetur prohibitum deferre merces, & victualia ad Turcas, & Saracenos, nisi sint de genere mercium, quæ continentur *in cap. ita quorundam de Iudæis*. to.5. 310. 188.
Turcis, & Saracenis instante Vrbano II. fuit bellum indictum à Principibus Christianis, in quo fuit eis erepta Nicæa, Edissa, Antiochia, & Hierosolyma. to.20. 28. 1; & seq.
Fridericus Barbarossa maximis copijs contra Turcas Asiam inuasit. to.20. 28. 2.
Turcæ Chersonesum in Europa occupauerant, & multis prælijs Imperatores Græcos afflixerant; sed Regis Franciæ, & Venetorum armis victi multa loca reddere coacti fuerunt. to.20. 29. 1.
Turcæ vocati fuerunt in auxilium ab Andronico seniore, & iuniore, ac eorum filijs de imperio certantibus, quo ad Europæ interitum ianuam patefecerunt. to. 20. 29. 1.
Expeditio contra Turcas facta à Pontificibus Romanis Benedicto XII; & Clemente VI. to.20. 29. 1.
Baiazetis Turcarum Imperatoris inuasio, qua Bossinam, Croatiam, & Illyricum vastauit tempore Sigismundi Hungariæ Regis. tomo 20. 29. 1.
Turcæ non odio habent Christi nomen, nec Euangelia ceijeiune, sed aiunt Christum Dominum non esse Filium Dei. tomo 18. 288. 2.
Amurathis Turcarum Imperatoris incursiones in Hungariam, & Germaniam. to.20. 29. 1.
Expeditio Calixti III. Pontificis contra Mahometum Turcarum Imperatorem. to. 20. 29. 2.
Aliæ contra Turcas expeditiones Summorum Pontificum. to.20. 29. 2; & seq.
Turcæ Constantinopolitanum Imperium vniuersum penitus subegerunt; post quod Imperium Trapezuntinum cum duodecim Regnis occuparunt; ducentas Vrbes Christianis ademerunt; Peloponnesum, & Pontum expugnarunt; Chalcidem, Schodram, & Hydrunthum occuparunt; & Venetis Methonem, Naupactum, & Dyrrachium abstulerunt. to.20. 30. 1.
Ægypto, & Arabia deuictis ferè omnibus prouincijs in Oriente potiti sunt. to. 20.30.1.
Belgradum Christianorum propugnaculum terrestre, & Rhodum insulam propugnaculum maritimum expugnarunt; & in Hungariam irrumpentes Ludouico Rege interfecto Budam ceperunt, ac ferè totius Hungariæ domioio potiti sunt. to.20. 30. 1.
Beati Pij V. Pontificis expeditio classis contra Turcas ducentarum, & quadraginta triremium præter sex maiores, & nouem triremes communes, quibus apud Echinadas Insulas in faucibus Corinthiaci maris Turcas deuicit, ducentis ipsorum triremibus partim captis, partim deiectis, quadraginta millibus militum cæsis, duobus millibus captis, & duodecim millibus Christianorum à captiuitate liberatis. tomo 20. 30. 1; & seq.
Turcarum iussu Cyrillus Lucarus à Sede Patriarchali Constantinopolitana fuit expulsus, & iusto Dei iudicio in mare præcipitatus. to.3. 799. in epist. ad lectorem.

Turronensis.

Turronensis Synodus celebrata sub Alexandro Papa huius nominis III. in causa schismatis, quod durauit sexdecim annis, in quibus quatuor Antipapæ fuerunt. to. 4. 112. 1.
Turronensis Synodus celebrata fuit anno salutis millesimo centesimo sexagesimo tertio. to.4. 112. 1.

Turris Dauid.

Turris Dauid Sanctæ Matris Ecclesiæ catholicæ fuit typus. to.3. 797. in præfat.
Turris Dauid fuit ex politis, & quadris constructa lapidibus. to.3. 797.
Fuit ædificata cum propugnaculis, vt materialibus hostium armis strenuè resisteret. to.3. 797; & to.17. 404. 1.
Turris Dauid fuit erecta in Monte Sion, vt munitissimam arcem Iebusæorum in eiusdem montis colliculo positam expugnaret. to.17. 402. 2.
Ex Turre Dauid mille clypei pendebant, omnis armatura fortium. to.17. 404. 1.
Turris Dauid gladium ipsius includebat, non gladius turrim, quo declaratum fuit maiorem esse potestatem significatam per elaurm, quàm potestatem significatam per gladium; & ideo potestatem spiritualem sibi subijcere potestatem temporalem, & sæcularem. to.17. 404. 1; & seq.

Tuscia.

Tuscia quamuis esset extra centesimum lapidem ab Vrbe Roma; attamen erat eius suburbicaria. to.4. 312. 9.
Tuscia & vrbicaria, & suburbicaria dicta fuit, tanquam species sub genere. tomo 4. 312. 9.
Tusciæ pars, & pars Piceni connumerabantur inter prouincias suburbicarias. tomo 6. 199. 1.
Tuscia erat diuisa in partem suburbicariam, & in

& in partem Annonariam. to.6. 199. 1.
Tusciæ ciuibus præcepit S. Gregorius Magnus, vt arma sumerent, & se à Longobardorum inuasionibus defenderent. tomo 9. 671. 1; & seq.

Tutores.

Tutor Ecclesiæ, & conciliorum generalium est Imperator. to.4. 431. 1; & seq.
Principes sæculares intersunt comitijs, tanquam tutores, & defensores. to. 4. 432. 1.
Tutores, aduocati, & defensores Ecclesiæ Romanæ debent esse omnes Reges Christiani. to.1. 538. 1.

Tychicus.

Tychicus Pauli Discipulus missus fuit cum epistola ad Tessalonicenses simul cum Onesimo, qui aliam epistolam detulit ad Philemonem. to.14. 552. 1.
Tychicus missus fuit, vt cognosceret, quid agerent Tessalonicenses, & vt eos consolaretur. to.14. 552. 1.

Typhus.

Typhus fumosus huius sæculi in Christi Domini Ecclesiam non est inducendus. to. 6. 337. 2.
Typhum Clericorum Romanorum, qui à Summo Pontifice in Africam missi à potestatibus publicis Imperij Romani accipiebant impetus militares, vt Romanum iudicium exequerentur, tanquam indignum Ecclesia Romana, non esse admittendum, inclamabant Episcopi Afri. to. 6. 337. 2; & seq.

Tyrannis.

Tyrannidis auctor fuit Nemroth, qui Regni cupiditate flagrans interficiendo, & opprimendo homines tyrannidem exercuit. to.3. 218. 1.
Tyrannis nequit cadere in Papam, aut in Imperatorem. to.9. 353. 291.
Tyrannis opponitur Monarchiæ, sicut oligarchia Aristocratiæ; & seditio Democratiæ. to.18. 457. 1.
Tyrannis violentiam, coactionem, & oppressionem subditorum necessariò secum importat. to.5. 16. 2; & seq.
Tyrannis nequit esse diuturna, quia nullum violentum potest esse durabile. tomo 3. 198. 2.
Tyrannis permissa est à Deo ad coercendam hominum inordinatorum malitiam. to. 3. 70. 2.
Tyrannis est quoddam Monarchiæ genus, quo subiectis, tanquam mancipijs, dominatur. to.2. ex Turrecrem. 4. 1.
Tyrannis alia est, qua dominium vi occupatur; alia, qua gentes durissimo natæ seruitio iugum seruile æquo animo perferunt. to.2. ex Turrecrem. 4. 1.

Tyrannus.

Tyranni, qui intentione, & operatione resistunt Ecclesiæ, schismatici sunt; & ab Ecclesia sunt corripiendi; qui autem operatione, non intentione resistunt, ab Ecclesia honestè sunt reuocandi; & tandem, qui intentione, non operatione, resistunt, sufferuntur ab Ecclesia. tomo 4. 86. 1; & seq.
Tyrannus differt à Rege, quia ille propriam vtilitatem intendit; iste verò intendit vtilitatem gentis, cui præest. to.13. 408. 1.
Tyrannus definit esse Rex, & incipit esse iniquus inuasor, ac oppressor populi. tom.7. 315. 1; & seq.
Tyrannus alius est, qui nullum ius habet regnandi; alius, qui Regnum legitimè ingressus suo iure, & Regia potestate abutitur. to.7. 315. 1.
Tyrannus, cùm euasit intolerabilis, à Republica est deponendus. to.7. 315. 2.
Primus tyrannus, qui regnauit in terris, fuit Nemroth. to.3. 70. 1.
Tyrannus, quandiu manet Princeps, non potest à subditis priuatis occidi. to. 7. 315. 2.
Rex legitimè electus ad Regnum, si euadat tyrannus, iure Maiestatis Regiæ non est ipso facto priuatus, sed priùs est declarandus. to.7. 315. 2.
Tyrannis primitiuæ Ecclesiæ à Christianis parendum erat in rebus licitis, quæ non erant contra Deum, nec contra leges. to.7. 315. 2.

V

VACARE.

Vacante Papatu nullus succedit Papæ in iurisdictione, & potestate. to. 3. 36. 1.
Vacante Sede vel fictè, vel verè Cardinales possunt congregare Concilium. tom.9. 38. 184.
Vacante Sede Concilium generale potest exequi ea, quæ sunt necessaria regimini Ecclesiæ, & quæ nequeunt prorogari vsque ad creationem noui Pontificis; & quibus nequit prouideri per dispositionem iuris communis. to.13.531. 1; & seq.
Insuper potest exequi ea omnia, quæ spectant ad fidei doctrinam. to.13. 532. 1.
Non tamen potest cognoscere de casibus, quos Papa sibi reseruauerat. tom.18. 128. 9.

Vid. Sedes vacans.

Vado.

Vado Romam iterum crucifigi: His verbis iussus fuit Petrus à Christo Domino martyrio Romanam Ecclesiam decorare; & Sedem Apostolicam Romæ finaliter perpetuare. to. 9. 395. 25.

Valens Imperator.

Valens Imperator, cùm multos Christianos in exilium egisset, bello aduersùs Gothos suscepto sagitta vulneratus in quodam tugurio igne fuit exustus. to. 1. 331. 2; & 496. 1.
Omnes libros Magorum, & Astrologorum congestos, & in conspectu Iudicum positos iussit concremari. tom. 1. 361. 1; & seq.

Valens hæreticus.

Valens Episcopus Arianus ex Pannonia oriundus impensè laborauit, vt Arij sententiam in Occidentalem Imperij partem traduceret. to. 1. 292. 1; & seq.
Suæ perfidiæ pudore suffusus, vel timore perculsus Romam cum libello ad Iulium Papam profectus, sponte pœnitentiam professus in Ecclesiæ communionem à Iulio Pa-

pa postulauit. to.1.293. 1; & seq; & to.18. 20. 1.

In epistola ad Iulium Papam confessus fuit Primatum Romani Pontificis. to. 16. 57. 1.

Valentia.

Valentia, Constantia, & Roma videntur idem significare, & eandem esse vrbem, tom. 3. 11.1.

Valentia dicta fuit à Valente, qui idem fuit, ac Romus Celtiberorum Rex, à quo fundata fuit Roma. to.3. 11. 2.

Valentinianus senior.

Valentinianus Imperator damnauit Manichæos, Doctoribus graui pensione mulctatis; & domibus, ac habitaculis, in quibus conuenticulos celebrabant, Fisci iuribus adiudicatis. to.1. 293. 2.

Pro S. Damaso Pontifice coegit populum Romanum adhærentem Vrsino inuasori Cathedræ S. Petri, præcipiens Olybrio Vrbis Præfecto, ne permitteret, quòd *nulla intra centesimum lapidem, vel religio ad coeundum ei posset esse, vel copia*. tom. 1. 293. 1.

Sanctionem edidit, qua statuit nullum ministeriorum locum esse relinquendum hæreticis. to.1.543. 2.

Sedauit schisma inter Damasum Papam, & Vrsinum Antipapam exortum. to.10.167. 1.

Vrsino ab vrbe expulso Damasum Papam legitimum in Romana Sede confirmauit. to.4. 322.7.

Auctoritate Damasi omnes libros Magorum, & Astrologorum iussit cremari. to.1. 361. 1; & seq.

Mortuo Auxentio Arianorum Episcopo, qui Ecclesiam Mediolanensem infecerat, hortatus fuit Episcopos collectos in synodo, vt Antistitem doctrina, & bonis moribus præditum eligerent; cùmque ei respondissent, vt aliquem deligeret, & nominaret, statim subinnxit ad ius sacerdotale, non imperiale spectare electionem Episcoporum. to.2. ex Pighio. 177. 2; & seq.

Videns auaritiam, & sordidam cupiditatem aliquorum eius temporis præsbiterorum, & monachorum bonis viduarum inhiantium legem statuit, ne clerici, vel monachi hæreditates, vel legata, aut alias donationes à mulieribus possent accipere; sed à Damaso Papa fuit prohibitus, ne extenderet hanc legem ad ipsas Ecclesias, sed solos clericos, & monachos ligaret. to. 1. 543. 1.

Valentinianus iunior.

Valentinianus Imperator, Eudoxia eius vxor, & Placidia mater, qui Romæ visitandi causa sacra limina Apostolorum aderant, scripserunt singuli singulas literas Theodosio iuniori, ne permitteret fidem Catholicam, & innocentiam S. Flauiani violari. to.1. 102.1.

Valentinianus iunior ab Arianis deprauatus de rebus fidei volens ferre iudicium à D. Ambrosio euangelica libertate fuit correptus. to.1. 246. 2; & to.17. 203. 2.

Eius rescriptum pro auctoritate Romani Pontificis in omnes Ecclesias. to.1.415.1; & seq.

Illius sanctio, qua prohibuit Episcopis Galliis, & aliarum Prouinciarum, ne quidquam tentaretur sine Viri venerabilis Papæ vrbis æternæ auctoritate. to.1. 462. 1.

Valentiniani iunioris testimonium, quo Primatus Anglicanus euertitur. to.16.168.2; & seq.

Propter violatam Ecclesiasticæ Hierarchiæ immunitatem Barbarorum manu fuit interfectus, & cubiculi sigillo suspensus. to.1. 495. 2; & seq.

Valentinianus III. Imperator.

Valentiniani III. Imperatoris epistola ad Theodosium Imperatorem circa appellationem S. Flauiani. to.6. 401. 2.

Eius constitutio, qua statuit seruare omnia, quæ sui Diui Parentes Ecclesiæ Romanæ detulerant. to.6. 598. 2.

Repressit Hilarium Episcopum Atelatensem, qui manu armata hostilem in morem claustra obsidebat, & transalpinas Ecclesias abominabili tumultu inuadebat absque reuerentia Romani Imperij, & cum despectu Romani Pontificis auctoritatis. to.6.598. 2; & seq; & 97. 1; & 135.2.

Statuit, vt Episcopi Romam euocati per Prouinciæ Moderatorem cogerentur adesse, si obedire negligerent. to.6. 599. 1.

Illius sanctio contra Hilarium Episcopum Pictauiensem, qui negabat Episcopos Gallos posse Romam appellare. tom. 6. 881. 2.

Fuit vir magnæ pietatis, & pacis Ecclesiæ studiosus, ac Romani Pontificis adiutor. to.1. 498. 2.

Corde, non aqua, fuit ad fidem Catholicam regeneratus, quia perijt baptismum. to.19. 133. 1.

Romani Pontificis imperio humillimè sese submiserat. to.19. 221. 2.

Valens, & Valentinianus Imperatores.

Valentis, & Valentiniani Imperatorum rescriptum, quo prohibitum fuit hæreticis, ne conuenticulos agerent. tom. 1. 293. 2.

Valentinus Primas.

Valentinus Numidiæ Primas fuit suæ dignitatis adeò tenax, vt in Synodo Carthaginensi celebratam post duodecimũ Honorij, & post octauum Theodosij consulatum sederit ante Faustinum Ecclesiæ Potentinæ Episcopum Ecclesiæ Romanæ Legatum. to.6. 238.1.

Valentians hæresiarcha, Valentiniani.

Valentinus, & Marcion ex Platonica Schola Philosophi, & pestilentes hæresiarchæ multis philosophiæ sophismatibus puritatem fidei inficere conabantur, atque illas Eleutherio Pontifici falsò adscribebant. to. 1. 110. 1.

Valentinus, & Marcion Catholici nomen præseferebant, sed ambo ad vomitum reuersi nunquam à Telesphoro, Aniceto, Eleutherio, & Hyginio communionem, quam exambiebant, obtinere potuerunt. tom.1. 352. 2.

Valentini Sectatores dicti Valentiniani tantæ fuerunt petuicaciæ, vt conuinci, suaderi non potuerint. to.1. 232. 2.

Negauerunt Diuinas Scripturas, & traditiones, quæ ab Apostolis per successionem præsbi-

presbiterorum ad nos descenderunt solas sui magistri Valentini traditiones sequentes, & iactantes. to.1. 232. 2.
Seipsos Apostolis sapientiores proclamabant asserentes se puram, & sinceram inuenisse veritatem. Apostolos verò admiscuisse verbis Saluatoris ea, quæ sunt legalia, & ideo iam abolita. to.1. 232. 2.
Imò dorebant nedum Apostolos, sed etiam ipsum Dominum modò à Demiurgo, modò à medietate, & interdum à summitate suos texuisse sermones; seipsos autem indubitatè, & incontaminatè, ac sincerè absconditum nouisse mysterium. to.1. 232. 2.
Valentiniani genuerunt Tatianum Principem Eucratitarum, seu continentium, qui damnauit esum carnium, nuptias; & Adamum esse omnium prothoparentem, atque adeò librum Geneseos negauit, tom. 1. 232. 2.
Damnati fuerunt ab Eleutherio, & Telesphoro Pontificibus. tom.1. 232. 2; & to. 10. 314.1.

Validitas Concilij.
Validitas Concilij requirit, quòd in nomine Christi Domini sit congregatum. tom. 3. 543. 2; & seq.
Item requirit aliquas conditiones essentiales, & aliquas accidentales. to.3. 415. 1.
Dependet à consensu Romani Pontificis, cuius est validare; & inualidare Concilia. to.3. 540. 2; & seq.
Non exigit tamen necessariò præsentiam Episcoporum Orientalium, etiamsi habeant communionem cum Ecclesia Catholica. to.3. 417. 2; & seq.
Vid. Concilij validitas.

Vallis Tellina.
Vallis Tellinæ incolæ Catholici à Dominio Ræthorum, qui sunt hæretici manifesti, se vindicarunt. to.4. 650. 2.
Eorum compositio cum Rhætis fuit ea conditione, vt Vallis Tellinæ incolis non præficerentur Magistratus, qui non essent Catholici. to.4. 650. 2.
Mediator huius concordiæ fuit Cardinalis Franciscus Barberinus Vrbani VIII. nepos ex fratre Legatus à Latere. tom. 4. 650. 2.

Variatio, varietas.
Variatio omnis prohibita est, & semper præsumitur contra variantem. tom. 9. 470. 2.
Variatio in electione Papæ admittitur per accessum. to.9. 27. 119.
Varietas est in Ecclesia, & simul cum varietate est ordinata graduum, & officiorum distinctio. to.4. 471. 5.

Vasthi Regina Esther.
Vasthi interpretatur *definitio consummata*, & significat synagogam, quæ desijt; Esther interpretatur *eleuata*, & significat Ecclesiam, quæ nunquam desinet vsque ad sæculi consummationem. to.3. 246. 2.

Vas.
Vasa aurea Ecclesiæ S.Petri à Gothis Romam vastantibus erepta fuerunt statim restituta. to.1. 547.2.

Vecordia.
Vecordia dicta est à *ve in corde*, idest à malo, quod est in corde. to. 2. ex B. Ægidio. 1. 2; & seq.
Vecordes, qui habent malum in corde, non bene percipiunt intelligibilia; sicut qui habent malum in oculis, non bene vident ea, quæ sunt sensibilia. to.2. ex B. Ægidio. 5. 1.
Vecordia quędam insipientia dici potest, quia qui habet obscuratum cor, non bene sapit. to.2. ex B. Ægidio. 1. 2.
Vecordium rationes sunt debiles, & inualidæ, & comparantur aranearum telis, quæ faciliter disrumpuntur. to.2. ex B. Ægidio. 2. 1.
Vecordes sunt quidam Nouatores sese inuehentes contra potestatem summi Pontificis, tanquam desertores filij à summo omnium Patre rebellantes; sed eorum argumenta sunt telis aranearum similia, quæ faciliter confringuntur. to. 2. ex B. Ægidio. 2. 1.

Vendere.
Vendere Episcopatum, vel Ecclesiam per quandam æquationem est vendere Spiritum sanctum. to.9. 98. 13.
Vendentes, & ementes de templo à Christo Domino eiecti fuerunt, quia in ipso debemus solùm orationi vacare. to. 3. 183. 1; & seq.
Episcopi tradentes Ecclesias, quibus non oportet, vendunt columbas, idest gratiam Spiritus sancti, quorum cathedras Christus Dominus euertit. to.3. 183. 2.

Verba.
Verba enunciatiua impersonaliter prolata in dubio referuntur ad eum, ad quem illud factum spectat de iure. to.9. 185. 15.
Verbum *præceptum*, & verbum *decretum* sonant iurisdictionem contentiosam. tom.9. 205. 81.

Verbum Diuinum.
Verbi Diuini incarnatio facta fuit per ordinem ad redemptionem generis humani tanquam ob causam primariam, proximam, & principalem. to.4. 472. 2.
Verbi Diuini incarnatio facta fuit præcipuè ad tollendum peccatum originale, & ex consequenti ad tollenda omnia peccata actualia personalia. to.4. 472. 2.
Verbum Diuinum potiùs, quàm Patrem, aut Spiritum sanctum incarnatum fuisse conuenientissimum fuit; quia conuenientius fuit Filium Dei, quàm Patrem, aut Spiritum sanctum fieri Filium hominis; & Filium Dei naturalem assumendo naturam humanam efficere nos filios Dei adoptiuos; & mediam Personam inter Patrem, & Spiritum sanctum fieri mediatorem inter Deum, & homines; & sapientiam Patris nos edocere in fide; & tandem Verbum, quod est similitudo Patris, reconciliare Deo hominem, qui peccauit appetendo similitudinem Dei. to.4. 472. 3; & seq.
Verbi Diuini Persona solummodò naturam humanam assumpsit. to.4. 472. 4.
Conuenientiùs fuit Verbum Diuinum assumere naturam humanam ad redimendum hominem à peccatis, quàm assumere naturam Angelicam ad redimendos Angelos. to.4. 472. 5.
Verbum Diuinum vocatur tonitruum, vnde

Job

Iob 26. *Tonitruum magnitudinis Dei dictum fuit*. to. 13. 156. 2.

Verbum Dei scriptum.

Verbum Dei vniuersum non continetur in sacris literis. to.13.158. 1.

Verbum Dei aliud est impressum, vt inspiratio Spiritus sancti facta in mentibus Prophetarum; aliud expressum, quod per Prophetas notificatum est hominibus; & hoc aliud est scriptum in sacris literis; & aliud viua voce traditum. to.13. 158.1.

Verbum Dei expressum non semper est necessarium ad dirimenda fidei dubia. tom. 4. 717. 20.

Verbum Dei, seu lex diuina latior est, quàm verbum Dei scriptum. tom. 13. 158. 1; & 159. 1; & seq.

Verbum Dei scriptum obscurum est, & seipsum declarare non potest, quia mutis includitur literis. to.13. 159. 1.

Verbum Dei scriptum adulterari, & corrumpi potest à Scriptoribus, & Impressoribus, non sic verbum Dei traditum. to. 13. 159. 1.

Verbum Dei viua voce traditum magis vigebat, dum adhuc viuebant Apostoli. to. 13. 159.1.

Verbi Dei precones.

Verbi Dei precones missi per totum Orbem ad prædicandum Euangelium. to.1. 256; & seq.

Incredibiles eorum labores, & periculorum contemptus. to.1. 256.2; & seq.

Eorum passiones, & martyria horrendissima. to.1. 257. 1; & seq.

Verba Christi Domini.

Verba Christi Domini dicta ad Petrum: *Pasce oues meas*: referuntur ad bonos, & malos. to.10. 9. 1.

Verba Christi Domini: *Et portæ inferi non prævalebunt aduersùs eam*: significant diabolum per suam potentiam oppugnaturum, sed non expugnaturum Ecclesiam; frustra enim cadet omnis illius conatus. tom.10. 9. 2.

Verba Christi Domini: *Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua*: directa fuerunt ad Petri personam, vt in lapsu non amitteret fidem. to.10. 25. 1.

Verba Christi Domini: *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio illorum sum*: significant eiusdem Christi Domini præsentiam mediante suo in terris Vicario. to.10. 46. 2.

Aliqua verba Christi Domini dicta ad Petrum spectarunt solam Petri personam; alia verò totam Ecclesiam. tom. 13. 256. 1.

Verba Christi Domini: *Tu vocaberis Cephas*: denotarunt Petro traditam fuisse plenitudinem potestatis; sicut in capite est plenitudo sensuum. to.3. 140. 2; & seq.

Verba Christi Domini: *Tibi dabo claues Regni Cælorum*: significarunt Petro collatam fuisse potentiam, qua liget, & soluat; & discretionem, qua dignos, & indignos discernat. to.3. 141. 2; & seq.

Verba: *Quodcumque ligaueris super terram &c.* significant potestatem absoluendi à peccatis. to.3. 142. 1; & seq.

Vid. Christi Domini verba; & vid. textus.

Verba Exodi.

Verba Exodi 28. *Doctrina, & veritas*: iussu Dei scripta in rationali summi Sacerdotis significarunt debere ex ore sacerdotis prodire sapientiam, & veritatem. tom.10. 26. 2.

Verba Isaiæ.

Verba Isaiæ 28. *Ecce ego ponam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem &c.* significarunt nedum Christum Dominum, qui est primarium Ecclesiæ fundamentum; sed etiam D. Petrum, qui est fundamentum Ecclesiæ secundarium. to. 10. 25. 2.

Verba Canonis.

Verba Canonis *Constantinus* explicantur. tomo 10. 105. 2.

Verba Sacramentorum.

Ex verbo, & elemento fit Sacramentum. to.19. 49. 1.

Verbis arcanis transformatur panis in carnem Christi Domini. to.19. 53. 1.

Verba à Græcis prolata in collatione baptismi verum efficiunt Sacramentum. tom.18. 353.2.

Verba absolutionis prolata à sacerdote sunt forma sacramenti pœnitentiæ. to.18.354. 1.

Verba sacramentorum prolata à ministris sunt eiusdem virtutis, & efficaciæ in effectu sacramenti; sicuti prolata à Christo Domino. to.13. 319. 1.

Verba narratiua Papæ.

Verba narratiua in literis Apostolicis, super quibus fundatur gratia, vel intentio Papæ proprium factum, vel secum gestum narrantis plenam fidem faciunt. tom.4. 525. 196.

Verbis narratiuis Papæ non admittitur probatio in contrarium. to.4. 526. 198.

Vercellense Concilium.

Vercellense Concilium celebratum fuit contra Berengarium Archidiaconum Andegauensem Patrem Sacramentariorum. to.1. 158. 2.

Fuit coactum à Leone IX. Pontifice, ad quem Henricus Rex Franciæ instante Durando Episcopo Leodiensi Berengarij causam retulit, quam priùs Benedicto IX. significauerat. to.1.158.2;& 315.1;& seq.

Citauit solemniter Berengarium, qui tamen noluit comparere. to.1.315.2.

In audientia omnium, qui ex diuersis Mundi partibus Vercellas conuenerant, duo clerici, qui se Berengarij Legatos dicebant, conantes ipsum defendere, in primo statim auditu defecerunt, & capti sunt; & sic Berengarij sententia omnium Patrum suffragijs fuit damnata. to.1.315.2.

Vercellense Concilium à Berengario infatuatum fuit blasphemè vocatum. tom. 1.315. 2.

Lanfrancus Cantuariensis Archiepiscopus hæresis Berengarij in suspicionem adductus, quamuis Romæ coram Leone, & nonnullis Episcopis sententiam suam probasset; attamen non fuit dimissus, nisi ad Synodum Vercellensem se contulisset, vbi fidem Ecclesiæ Catholicæ contra hæresim Berengarij publicè fuit confessus. to.1.315.2.

Rrrr Veri-

Veritas.

Veritas ibi est, vbi est Spiritus sanctus, to. 9. 296. 7.

Veritas, quæ non defenditur, opprimitur; & error, cui non resistitur, approbatur, to. 4. 45. 2.

Neque amicitia, neque propinquitas generis, neque Regni sublimitas homini debet esse pretiosior veritate. to. 4. 46. 2.

Quisquis alicuius potestatis metu veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis timet hominem, quàm Deum, to. 4. 47. 2. & to. 6. 5. 1.

Scandalum nasci vtilius permittitur, quàm veritas relinquatur teste D. Gregorio, to. 13. 432. 2.

Veritas fidei catholicæ determinationi Apostolicæ Sedis non contradicit, to. 13. 602. 2.

Veritatem declarare est prius ordine intentionis; quàm extirpare falsitatem; ordine autem executionis è contra. to. 2. ex B. Ægidio. 2. 2. & seq.

Veritatis origo, & caput est, vt Christo Domino credamus in ijs, quæ Petro promisit teste S. Cypriano. to. 2. ex Alano. 44. 2.

Vbi est vna forma veritatis, impossibile est, vt sit diuersitas prædicationis. to. 1. 183. 1.

Veritatis proditor est non solùm, qui mendacium pro veritate asseuerat, sed etiam qui non pronunciat liberè veritatem, quam pronunciare oportet. to. 6. 5. 2.

Pro veritate meliùs est pati supplicium, quàm pro adulatione consequi beneficium. to. 6. 5. 2.

Veritates in Diuinis constituentes ius Diuinum, aliæ solùm creduntur, non comprehenduntur; aliæ sunt per se notæ; aliæ deducuntur ex per se notis; & aliæ sunt tantùm probabiles. to. 11. 526. 1. & seq.

Veritas in se ipsa habet intrinsecam, & essentialem repugnantiam cum falsitate, & errore. to. 7. 731. 2.

Vestis Aaronis.

Vestis Aaronis fuit ornata quatuor coloribus, qui figurarunt quatuor virtutes Cardinales, quibus nihil vtilius est in hac vita hominibus. to. 3. 232. 2.

Hyacinthus vestis Aaronis significauit contemplationem, & deuotionem; purpura passionem Dominicam; coccinus dilectionem, & sacrificationem; byssus autem pudicitiam, & continentiam, to. 3. 232. 2.

Vestis Christi Domini.

Vestis quadripartita Christi Domini significauit Ecclesiam in quatuor Orbis partes diffusam. to. 3. 180. 2.

Tunica verò inconsutilis eiusdem Christi Domini, quæ non fuit diuisa, significauit Ecclesiæ vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur, & conseruatur, tomo 3. 180, 2.

Tunica Christi Domini significat Ecclesiæ charitatem, quæ multitudinem operit peccatorum. to. 3. 180. 2.

Tunica inconsutilis est Ecclesia, quia nunquam est dissuenda, & quia in vnitatem fidei omnes colligit. to. 3. 180. 2. & seq.

Tunica inconsutilis Christi Domini non fuit diuisa, sed indiuisa remansit; vt designaret Ecclesiæ vnitatem nunquam esse scindendam, sed esse indiuisam continuò seruandam. to. 9. 285. 85.

Tunicam inconsutilem Christi Domini, quam milites Pilati scindere ausi non sunt, scindunt schismatici. to. 3. 222. 2.

Vestis Nuptialis.

Vestis Nuptialis non significat, nisi Ecclesiæ vnitatem, & charitatem. to. 3. 222. 2.

Sine veste Nuptiali intrat ad Nuptias, qui in Ecclesia fidem habet, & charitatem non habet. to. 3. 222. 2.

Vice Vestis Nuptialis induti sunt schismatici sacco scisso, & sordido, non contexto, & mundo, quia separati sunt ab vna Ecclesia sancta, & munda non habente maculas, neque rugam. to. 3. 222. 2.

Vestes sacerdotales.

Vestes sacerdotales sunt virtutes, quibus anima sacerdotis indui debet. to. 3. 256. 1.

Vestimenta habere debent sacerdotes, quibus debent suos subditos tegere; nequit enim alios tegere, qui nudus est. to. 3. 256. 2.

Prima vestis sacerdotalis est amictus, qui ponitur circa capitium, & flectitur circa collum, & significat fidem, quæ est prima omnium virtutum. to. 3. 256. 1. & seq.

Secunda sacerdotum vestis est alba, quæ significat candorem bonæ operationis, & maximè cordis mundiriem, & iustitiam, in qua debet abundare sacerdos. tom. 3. 256. 2.

Tertia est Zona, qua sibi renes præcingit, & significat castitatem, quam debet seruare. to. 3. 256. 2.

Quarta est orarium, seu stola, quæ collo imponitur, quia iugum Domini significat; & cancellatur in pectore ad significandum, quòd ex cruciatibus huius vitæ transitur ad gaudia sempiterna; sicut ex huius mundi delicijs ad pœnas æternas euolatur; & tandem stola copulatur Zonæ, quia sacerdos, qui prædicat alijs esse castè viuendum, debet castè viuere. to. 3. 256 2.

Quinta est manipulus, qui ponitur in brachio sinistro pro detergendis superfluis humoribus oculorum, vel sudoribus manuum; & significat sumptus necessarios, quos sacerdos à subditis debet recipere. to. 3. 256. 2.

Sexta vestis sacerdotalis est planeta, vel casula, quæ duas habet oras; vnam circa caput, quæ Dei amorem significat; & aliam inferiorem, quæ innuit amorem proximi, to. 3. 256. 2.

Planeta sacerdotalis ad vtramque manum reflectitur, ne charitas sacerdotis sit otiosa, sed patiens sit; quod innuitur, prout planeta ad sinistram reflectitur; & benigna, prout ad dexteram extenditur. to. 3. 257. 1.

Casula, seu planeta in anteriori, & posteriori parte vsque ad pedes protenditur, quia eius charitas, nedum ad præsentem, sed etiam absentem populum debet extendi, tom. 3. 257. 1.

Vestis nuptialis Matth. 20. figurauit planetam, seu casulam sacerdotum, tomo 3. 257. 1.

Vetus testamentum.

Vetus testamentum continebat triplicem seriem

tiem Diuinorum præceptorum, scilicet moralium, iudicialium,& ceremonialium; & quoad moralia fuit impletum, ac perfectum abrogatis iudicialibus,& ceremonialibus.to.19.6.2.

Vid. lex vetus, testamentum vetus,ac Pontifices veteris legis.

Vexatio.

Vexationes Ecclesiæ Romanæ ipsam nunquam expugnare, vel deijcere potuerunt. to.3.7.2.

Vexantes Ecclesiam Romanam pro hæreticis, & schismaticis semper habiti fuerunt. to.3.7.3.

Vexationes Ecclesiæ à primis nascentis fidei temporibus nobis fuerunt prædictæ. to.15. 318.2.

Vexationes Ecclesiæ semper relatæ fuerunt ad summum Pastorem, à quo fuerunt sedatæ. to.14.506.1,& seq.

Vexata fuit Ecclesia nedum ab Imperatoribus Gentilibus, sed etiam ab hæreticis,& schismaticis.to.10.10.1;& seq.

Vid. Ecclesiæ persecutio.

Vgo Cardinalis.

Vgo Cardinalis fuit primus postillator Bibliæ sacræ.to.13.413.2.

Vgo Cardinalis cognomento Candidus.

Vgo Cardinalis cognomento Candidus, sed mente nigerrimus fuit promotor schismatis Guiberti Episcopi Rauennatensis.to.1. 12.1.

Ob sua plurima scelera tandem fuit iustissimè excommunicatus, & gradu deiectus. to.1. 10.1.

Nedum propter mores inconditos, sed etiam propter ineptiam fuit à B. Gregorio VII. Cardinalatu priuatus. to.1.139.1;& seq.

Interfuit Synodo Vvormatiensi coactæ ab Henrico IV. contra Gregorium VII;in qua tragediam scænicam de vita, & institutione Papæ Gregorij VII. ab ipso calumniosè concinnatam recitauit; ex qua permoti reliqui assidentes sententiam tulerunt, quòd Gregorius VII. nec fuisset, nec esset, nec in posterùm esse posset Romanus Pontifex. to.1.129.1;& seq.

Vgo Ætherianus.

Vgo Ætherianus fuit Vir sui temporis doctissimus, Ecclesiæ, & Romani Pontificis Zelantissimus.to.1.188.1.

Scripsit contra Photium asserentem ab Adriano II. innouatam, contemptamque fuisse catholicam fidem.to.1.188.1;& seq.

Probauit Spiritum sanctum procedere nedum ex Patre, sed etiam ex Filio.to.1.188.1; & seq.

Docuit Romano Pontifici semper licuisse, & quòd ei semper licebit confirmare fratres in fide, decreta edere, & cudere interpretationes, vbi aliquid obscurè scriptum inueniatur.to.1.188.1.

Summè extolit humilitatem Summi Pontificis, qui licèt primatum teneret; attamen humiliauit se Synodo Chalcedonensi citando illius iudicium. to.1.188.1;& seq.

Asseruit Romanum Pontificem non conscribere, aut componere, vel docere nouam fidem, dum aliquid definit, sed antiquam solummodò explicare. to.1.188.1.

Docuit, quòd qui Romanæ Sedi, imò totius Orbis Præsidi resistunt,Christi Domini dispositioni resistunt; & nisi resipiscant, contumaciæ iudicio plectentur; & quicumque Christi Domini nauiculam,quæ est Ecclesia Romana, contemnunt, incautè nauigant, eisque non superest,nisi solum naufragium. to.1.188.1.

Vgonotti.

Vgonotti omnes sunt vnius, & eiusdem fidei, ac religionis. to. 8.546.1;& seq.

Dixerunt neminem obligari sub pœna damnationis æternæ ad credendum, vel non credendum Eucharistiæ Sacramentum. to. 8.546.1; & seq.

Vgonottorum hæresim imitati fuerunt Lutherus, & Marcus Antonius de Dominis Spalatensis. to.8.546.2.

Vicarius.

Vicarius propriè loquendo est alterius principalis Auctoris minister, qui gerit vices illius, & vtitur eius potestate sibi ab illo commissa. to.12.390.1.

Vicarius apud Iurisconsultos, & Oratores significat seruum ministrum gerentem curam familiæ. to.17.45.1.

Vicarius dicitur ille, qui tenet locum, & gerit vices illius, cuius est Vicarius. to. 13. 326.2.

Vicarius dicitur à vice, quo nomine opus, & officium insinuatur;vnde Vicarius alicuius dicitur ille, qui agit opus illius, cuius est Vicarius. to.3.179.2.

Vicarij nomen significat eum, qui gerit vicem, seu personam, vel officium alterius. to.15.221.9.

Vicarius aliquando habet potestatem æqualem potestati principalis, cuius est Vicarius; & aliquando non habet plenitudinem potestatis, quam habet principalis. to. 3. 179.2;& to.15.224.20.

Vicarius nequit sibi substituere alium Vicarium. to.9 153.41;& 497.50.

Vicarius Christi Domini.

Vicarius Christi Domini est vnus in terris,qui est Caput Ecclesiæ, & est loco Christi Domini. to.3.29.1.

Vicarius Christi Domini est vnus tantùm in terris; & ideo vna tantùm est iurisdictio primaria Capitis, à qua omnis alia iurisdictio necesse est, vt emanet. to. 3. 30. 2.

Vicarius relictus à Christo Domino ascendente in Cœlum fuit D. Petrus, & omnes illius successores. to.3. 349. 3;& to.19.569. 1; & seq.

Vicarius Christi Domini vnus tantùm in Ecclesia sancta fuit institutus, ne vnitatis vinculum dissoluatur. to.3.44.1.

Vicarius Christi Domini non habet eandem plenitudinem potestatis,quam habet Christus Dominus.to.15.224. 20; & to. 3. 197. 2.

Vicarium Christi Domini esse vnicum tantùm Ecclesiæ vniuersalis Pastorem colligitur ex vnitate ipsius Ecclesiæ. to.5. ex Alexandro à S. Elpidio.13.2;& seq.

Vicarius Christi Domini est Pontifex nedum Vrbis, sed etiam Orbis.to.2.ex Alexandro à S. Elpidio.15.6;& seq.

Vicarius Christi Domini visibilis non est Spiritus sanctus, vt blasphemarunt hæretici. to.17.44.1;& seq.

Vicarij Christi Domini potestas expressa fuit sub nomine clauium. to. 2. ex Turrecrem. 10.2;& seq.
Christus Dominus voluit, vt eius Vicarius immediatè conferret potestatem iurisdictionis omnibus Ecclesiæ Prælatis. to.2.ex Alexandro à S. Elpidio. 11.5;& seq.
Vicarium instituit, qui non solùm regeret Ecclesiam mediantibus alijs Pastoribus in partem sollicitudinis assumptis, sed etiam illos gubernaret, & regeret immediatè ob plenitudinem potestatis.to.2.ex Alexandro à S. Elpidio. 15.3.
Vicarios omnes Petri successores quomodò plenitudinem potestatis eis traditæ exercere deberent, docuit illis verbis; *Conuerte gladium tuum in vaginam*. to. 2. ex Alexandro à S. Elpidio.34.2.
Voluit suos Vicarios esse petras fundamentales Ecclesiæ, quia illius vices debent sustinere, atque illius præsentiam visibilem supplere. to. 2. ex Aluarez. 11. 1; & to. 7. 641. 2; & to. 8. 224. 2; & to. 12. 4.2; & 5. 2;& 64.2;& seq;& 580. 1;& seq.
Vicarium instituit Petrum,& omnes illius successores, non tamen eos instituit, vt essent caput principale, & primarium. to. 19. 501.1.
Quomodò Vicarij Christi Domini eidem possint succedere? to.4.474.16,& seq.
Sui Vicarium instituit, non autem successorem æqualem; quia Vicarius supponit eum præsidere,cuius vices gerit;successor autem non supponit præsidere illum, cui succedit, sed potiùs per mortem non præsidere; ideo quia Christus nunquam desinet regere Ecclesiam, rectè dicitur instituisse Vicarium, non successorem æqualem. to.4.303.1.
Vicarium instituit, cui tamen non contulit excellentiam, sed tantùm plenitudinem suæ potestatis. to.4.330.1; & seq; & tom.1. 503.2; & to.2.ex Pighio.32.2.
Vicarium vniuersalem in terris instituit Diuum Petrum immediatè,cui Pontifices Romani succederent.to.20.163.1;&seq;& 288. 2.
Vicarium instituit, non successorem, quia successio fit per translationem sacerdotij; Christus Dominus autem manet sacerdos in æternum, Vicarius autem manet etiam manente Pontifice. to.17.16.1;& tom.3.3. 2.
Instituit Vicarios generales omnes Apostolos, quia eorum potestas extendebatur ad omnem locum totius Orbis terrarum;Episcopos autem non instituit Vicarios generales, quia eorum potestas ad vnam diœcesim, siue ad determinatos homines vnius diœcesis est limitata.to.15.225.25;& seq.
Instituit Vicarium, cui voluit subesse omnes Christianam fidem profitentes. to.12. 180. 1.
Instituit Vicarium, qui gereret eius vices in terris nedum,quatenus homo est, sed etiam quatenus Deus est.to.3.31.2;& seq.
Instituit suum Vicarium, quem voluit inungi, quia Christus dicitur vnctus. tom. 19. 221. 1; & seq.
Christus Dominus instituit suum Vicarium, qui illius personæ præsentiam visibilem repræsentaret.to.8.927.2.
Instituit Vicarium, vt malos homines verbi gladio, non ferro confoderet. tom. 2. ex Alexandro à S. Elpidio.34.2.
Instituit suum Vicarium, qui regitur à Spiritu sancto, & ei solùm subijcitur. to.9.578. 205.
Vicario Christi Domini ob vnitatem, & superbiam non omnes obediunt. to. 3. 219. 3.
Vicarium suum instituit, qui posset punire, & corrigere; quotquot peccant contra legem Diuinam. to.3.45.1.
Vicarium instituit, cui quanuis malo, ab omnibus præstanda est obedientia. to.18.222. 2.

Vid. Papa Christi Domini Vicarius.

Vicarius Ecclesiæ.

Vicarius primus Ecclesiæ vniuersalis à Deo constitutus fuit Adam habens Dei imperium.to.3.37.2.
Vicarius Ecclesiæ Romanus Pontifex dici non potest, sed Christi Domini. tom. 10. 256.1;& to.11.461.2.
Vicarius super Ecclesiam, non autem Vicarius Ecclesiæ, seu infra Ecclesiam dici potest.to.3.573.2.

Vicarius Episcopi.

Vicarius Episcopi habet eandem iurisdictionem, quam habet Episcopus, cuius est Vicarius.to.9.209.121.
Vicarius Episcopi dicitur habere idem tribunal cum Episcopo, & in iurisdictione cæteris alijs post Episcopum præponitur. to.9.209.121;& to. 18. 103. 7.

Vicarij Papæ.

Vicarius Papæ in Gallijs à Zosymo Episcopus Arelatensis fuit declaratus. to. 1. 439. 2.
Alij Vicarij à diuersis Summis Pontificibus in varijs Prouincijs fuerunt constituti.to.1. 439. 2.
Vicarius Papæ per totum Illyricum fuit Episcopus Tessalonicensis; & quanuis Vicariatus in Acridanum Episcopum à Vigilio Papa fuerit translatus instante Iustiniano Imperatore in Acrido Dardaniæ oppido nato; attamen à Nicolao I. fuit Episcopo Tessalonicensi restitutus. tom. 4.369. 4; & seq.
Vicarius Papæ in Illyrico non habet ius iudicandi, & deponendi Episcopos. to. 11. 232.129.
Papa nequit instituere Vicarium totius Ecclesiæ vniuersalis, quia nequeunt esse duo Papæ simul viuentes, sed solùm potest instituere Vicarium alterius Ecclesiæ particularis.to.9.153.41.

Vicarius in temporalibus.

Vicarius Præfecti prætorio regebat suam Vicariam, seu diœcesim, quæ plures sub se continebat prouincias. to.4.369.4.
Diuiso Imperio in orientale, & occidentale sex Vicariæ remanserunt in oriente, & totidem in occidente.to.4.369.4.
Primus Vicarius, qui antonomasticè Vicarius orientis fuit appellatus, sedem habuit Antiochiæ, quæ fuit Metropolis aliarum prouinciarum. to. 4.369. 4.
Secundus fuit Vicarius Ægypti speciali titulo Præfecti Augustalis insignitus. to. 4. 369. 4.

Ter-

Tertius fuit Asiæ Vicarius, qui sedem habuit Ephesi teste S. Ioanne Chrisostomo. to. 4. 369. 4.

Quartus fuit Vicarius Cesareæ Cappadociæ, qui præerat Ponticæ diœcesi. to. 4. 369.4.

Quintus fuit Vicarius Thraciæ, qui à tempore Constantini sedem habuit Byzantij, quod postea ab eodem Constantino Constantinopolis nomen accepit. to. 9. 369.4.

Sextus demum fuit Vicarius Illyrici Occidentalis, cuius Metropolis fuit Tessalonica Vrbs amplissima inter omnes Tessaliæ, & Achaiæ, quæ tamen erat subiecta ditioni Macedonum. to. 4. 369.4.

Occidentis primus Vicarius fuit Italiæ, cuius Metropolis fuit Mediolanum, tom. 4. 369. 4.

Secundus fuit Vicarius Illyrici, cuius Metropolis fuit Sardica, in qua celebratum fuit Concilium Oecumenicum contra Arianos. to. 4. 369.4.

Tertius fuit Vicarius Africæ, cuius Metropolis fuit Carthago. to. 4. 369.4.

Quartus fuit Vicarius Galliarum, cuius Metropolis, & sedes fuit Augusta Treuirorum. to. 4. 369.4.

Quintus fuit Vicarius Hispaniæ, cuius Metropolis fuit Hispalis, quanuis aliter aliqui sentiant. to. 4. 369.4.

Sextus tandem fuit Vicarius Britanniæ, cuius Metropolis fuit Eboracum Romanorum Colonia, in qua Constantinus Chlorus pater Constantini Magni Regiam posuit, ac vitam finiuit. to. 4. 369.4.

Vicarium Roma non habuit, sed Præfectum, qui superexcellebat omnes alias Vrbis dignitates, & omnes alios Præfectos, & curam habebat vsque ad centesimum lapidem ab Vrbe. to. 4. 369.4.

Vbi erant Vicarij Præfecti Prætorio, à D. Petro, & Apostolis instituti sunt Primates sicut enim Vicarius plures regebat prouincias; sic multis prouincijs præfectus fuit Prima. to. 4. 370.4.

Ad Vicarios appellabatur à Consularibus, & prouinciarum Præsidibus; & sic à Metropolitis ad Exarchos, & Primates. tom. 4. 370.4.

A Vicarijs ad Præfectum prætorio interponebatur prouocatio; sic ab Exarchis, & Primatibus ad Patriarcham. tom. 4. 370. 4.

Vicariatus temporalis fuit origo dignitatum Ecclesiasticarum Primatus, Patriarchatus &c. to. 4. 370.4.

Victima.

Victima nobilior pro sacerdote, quàm pro Rege præcipiebatur offerri Leuit. 4. tom. 3. 617.1.

Victor I. Papa.

Victor I. Pontifex Romanus damnauit solemniter Theodotum hæresiarcham. tom. 10. 314.1.

Anno Domini centesimo nonagesimo octauo excommunicauit omnes Asiaticos recusantes celebrare Pascha die Dominica post lunam quartamdecimam Martij. to. 9. 691.2.

Victor I. vocauit in ius Cataphrygas, qui mortuos baptizabant, & eos prohibuit mortuos baptizare; imò nec etiam permisit id fieri in necessitatis articulo, loquendo de adultis, nisi priùs credulitatis confessionem edidissent, to. 1. 238. 1.

Item Quartadecimanos Orientales, & Afros in sacramentorum administratione discrepantes iudicauit; & Blastum Romanum præsbiterum eo, quòd Christum Dominum ad legem veterem redigens gratiam euangelicam euacuaret, præsbyterij ecclesiastici gradu priuauit in Concilio Romæ coacto. to. 1. 288. 1; & seq.

Victor I. non communicauit cum Ebionitis, vt calumniantur Caluinus, & Centuriatores, qui falsò citant Eusebium. to. 9. 725. 2; & to. 8. 438. 2; & to. 18. 639. 1.

Falsò accusatus à Magdeburgensibus cum asseruisse Christum Dominum esse purum hominem; hanc enim esse falsam calumniam Victori irrogatam ab Artemone, & Paulo Samosateno ostendit Eusebius ex eo, quòd Victor excommunicauit Theodotum Coriarium illius hæreseos Auctorem. to. 10. 464. 2; & to. 4. 809. 45; & to. 8. 152. 2; & to. 1. 338. 2; & to. 15. 139. 358.

Non Victor I. Papa, sed Victor Coriarius fuit assertor talis impietatis, qui propterea à Victore Papa fuit damnatus teste Eusebio lib. 5. hist. cap. 28. to. 4. 809. 45.

Victor I. sanciuit Pascha celebrandum esse die Dominico post Lunam quartamdecimam mensis Martij contra traditionem, quam iactabant Asiani, habitam à S. Ioanne Euangelista. to. 4. 573. 9.

Excommunicauit Asiæ Episcopos celebrantes Pascha more Iudaico, ob quod non fuit redargutus à S. Irenæo, quasi id non posset, sed solùm quotimodijs fuit obsecratus, ne tot Episcopos ab Ecclesia separaret. to. 3. 275. 2; & seq; & to. 14. 434. 1.

Victor I. superstitiones Iudaicas coercuit, quas postea etiam Concilium Nicænum prohibuit. to. 3. 276. 1.

Victoris I. potestatem supremam in totam Ecclesiam agnouerunt etiam Episcopi Asiani. to. 3. 276. 1.

Victoris I; & Episcoporum Asiæ controuersia non fuit de Primatu Romani Pontificis, sed de celebratione Paschatis. tom. 3. 276. 1.

Victor I. Romæ Concilium coegit, cui ipse præsedit, & definiuit quæstionem, quam cum Asianis habebat. tom. 13. 248. 1; & seq.

Eius literæ in Asiam missæ, quibus omnes totius Africæ, & vicinarum Prouinciarum Ecclesias absque vlla discretione ab ecclesiastico fœdere segregare præceperat, nisi sententiam de celebrando Paschate abiurarent. to. 13. 248. 1.

Iussu Victoris I. Polycrates Ephesinus Episcopus, & Asiæ Primas conuocauit prouinciale Concilium. to. 13. 248. 1.

Blastum heresiarcham cum Quartadecimanis sententiem excommunicauit, & declarauit hæreticum. to. 1. ex Tannero. 20. 131; & seq.

Victoris I. Romani Pontificis, & martyris historia explicatur. to. 2. ex Alano. 16. 2; & seq; & to. 11. 42. 29.

Victoris I. auctoritate, & mandato coactum fuit Palestinum Concilium, in quo Theophi-

philus Cæsareæ Episcopus declarauit quæstionem de celebratione Paschę die Dominico. to. 11. 43. 2.
Eius epistola ad Theophilum Alexandrinum Episcopum, & ad omnes fideles Alexandriæ degentes; licèt Eusebius voluerit hunc Theophilum Palestinæ Episcopum fuisse; adeoque hanc epistolam Palestinam, & ad Palestinos missam fuisse. to. 3. 689. 1.
Victor I. an excommunicauerit, vel solùm minatus fuerit excommunicationem? to. 11. 44. & seq.
Ad instantiam S. Irenæi Lugdunensis Episcopi ad seruandam Ecclesiæ vnitatem, & pacem excommunicationem abstulit. to. 11. 47. 40. & to. 14. 202. 2.
Victor I. exercuit iudicium primæ instantiæ in Polycratem Ephesinum Episcopum. to. 6. 114. 1.
Ratio potissima, quæ permouit Victorem ad damnandos Asianos Episcopos ea fuit; quòd asserebant Pascha celebrandum esse Luna quartadecima ex præcepto; adeoque erroris Ecclesias Occidentales damnabant. to. 6. 893. 3.
Victor I. nedum ipse cum plurimis Italiæ Episcopis Concilium celebrauit, & Polycrati Episcopo Ephesino, vt omnes Asiæ Episcopos vocaret ad synodum, sed etiam Irenæo Episcopo Lugdunensi, Narcisso Episcopo Hierosolymitano, Palmæ Ponti Episcopo, Bacchyllo Episcopo Corinthiorum; & omnibus alijs totius Orbis Episcopis idem iniunxit, vt Ecclesiarum vnitas redintegraretur; quapropter Asiæ Ecclesias decreto Pij Papæ non obtemperantes literis grauiter obiurgatas à communione Ecclesiæ semouit. to. 1. 72. 2.
A nemine fuit reprehensus, quasi auctoritatem in omnes Ecclesias, & potestatem conuocandi vbique Concilium non haberet, sed tantùm ab Irenæo fuit admonitus, quòd in Orientis Ecclesias plusquam seueriùs animaduertisset. to. 1. 72. 2.
Damnando Quartadecimanorum sententiam perspexit, detexit, & detersit Iudaicam pestem, quæ paulatim irrepere inceperat sub pallio traditionis S. Ioannis Apostoli, eiusque Discipulorum, qui illi successerant. to. 1. 110. 1. & seq.
Allogorum, & Theodosianorum hæresim reijcientium Euangelium S. Ioannis Apostoli eo, quòd in eo scriptum sit: *Deus erat Verbum, quod erat in principio*, & illius Apocalypsim irridentium, necnon reliquam Scripturam adulterantium damnauit. to. 1. 233. 1.
Victoris sententia, quamuis displicuisset pluribus Episcopis, quia timebant, ne Ecclesiæ vnitas scinderetur; attamen fuit approbata, & vulgata in Concilio Niceno. to. 7. 723. 2. & to. 15. 383. 6.
Victor quæstionem, quæ inter Anicetum, & Polycarpum Romæ inualuerat, & quam Anicetus, ne vinculum pacis dissolueretur, pro eo tunc omittendam putauit, tandem definiuit ex traditione prędicationis Apostolicæ, vt Alexandrinos, Palæstinos, Osroenos, & Ponticos in eandem cum Ecclesia Romana consonantiam adduceret. to. 15. 382. 2. & seq.
Victor I. fuit quintusdecimus, vel tertiusdecimus Pontifex Romanus ab Apostolo Petro, & ei Zephyrinus successit. to. 18. 639. 1. & to. 20. 329. 5.
Ei plurimæ reste D. Hieronymo scriptæ fuerunt epistolæ, quibus non reprehensus, quòd non posset; sed commonitus fuit, quòd non facilè deberet Ecclesiæ vnitatem discindere damnãdo tot Episcopos Orientis, & Asiæ. to. 20. 329. 5.
Floruit sub Commodo Imperatore ex testimonio Sancti Hieronymi. tom. 20. 329. 5.

Victor II. Papa.

Victor II. Papa misit Hildebrandum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem in Gallias Legatum ad perquirendos, damnandosq; quosdam hæreticos, qui hæreses Simoniacorum, & Nicolaitarum exsuscitare tentauerant, quibus nonnullos Occidentis Prouincias infecerant. to. 1. 316. 2.
Gebehardus Estirensis Episcopus antea vocatus Pontifex Romanus fuit creatus, & omnium virtutum exemplis præluxit. to. 10. 74. 2.
Aliquando cùm celebraret, Subdiaconus ei assistens venenum in calicem posuit, sed à dęmone statim oppressus, & grauissimè torrus fuit coactus confiteri delictum, Victo. remque monere, vt à calicis sumptione abstineret. to. 10. 75. 1.
Eius Legatus Hildebrandus præsedit Concilio Turonensi, in quo *Berengarius* hęresim suam abiurauit. to. 7. 810. 2.
Fuit ex Germania, & successit Leoni IX. to. 10. 285. 1. & to. 7. 810. 1.

Victor Antipapa.

Victor Antipapa fuit salutatus mortuo Petro Leonis eius partes fouente Fridrrico II. Imperatore. to. 1. 15. 1. & seq.
Vixit in Cathedra vsurpata contra Alexandrum III. octo annis, & septem mensibus. to. 3. 221. 1.
Adeò ardenter ambiuit Pontificatum, vt Pontificium amictum Alexandro detraxerit. to. 10. 74. 1. & seq.
Eum secuti fuerunt quinquaginta Episcopi, & Imperatoris fretus auxilio conciliabula multa coegit. to. 10. 74. 2.
Fuit Cardinalis titulo S. Cæciliæ Octauianus vocatus Ioannis maledicti filius. tom. 10. 74. 1. & to. 3. 221. 1.

Victor Vtitensis Episcopus.

Victor Vtitensis Episcopus lib. 1. de Wandalica persecutione refert à Genserico ex Africa expulsos fuisse Quoduult Deum Carthaginensem Episcopum, & plurimam clericorum turbam, qui nudi, & expoliati fractis nauibus impositi Deo miserante prospera nauigatione Neapolim Campaniæ perducti fuerunt. to. 6. 364. 2.
Victor Vtitensis fuit Episcopus omnino Orthodoxus, & creditur fuisse Byzacenæ Prouinciæ Primatem. to. 6. 364. 2.
Ex eius mandato Ferrandus Diaconus scripsit S. Fulgentium in Episcopum Ruspensem consecratum fuisse. to. 6. 364. 2.
Illius testimonium in suis Sanctorum tabulis confirmauit Sacrosancta Ecclesia Romana. to. 6. 364. 2.

Vien-

Viennense Concilium.

Viennense Concilium sub Clemente V; & Henrico VII. contra varias hæreses fuit celebratum. to.9. 779. 2.

Viennensis Concilij decretum editum contra Henricum Regem Theutonicum. to.1.560. 2.

Vigilia.

Vigilia vna tres horas habet,& ideo nox,quæ duodecim horis constat, quatuor habet vigilias. to.3. 148. 1.

Quarta vigilia noctis venit Dominus ad Discipulos, qui turbabantur in mari; ideo in extrema parte noctis, idest in fine sæculi, cùm Ecclesia Antichristi motibus erit turbata. to.3. 148. 1.

Prima vigilia noctis fuit tempus veteris legis; secunda fuit tempus Prophetarum; tertia aduentus Christi Domini in carne passibili; & quarta aduentus in die Iudicij teste S.P.Augustino. to.3. 148. 1.

Vigilantius hæresiarcha.

Vigilantius hæresiarcha teste D. Hieronymo conatus fuit sub prætextu religionis introducere in Ecclesiam Dei ritum Gentilium, nescio quem, puluerem in modico vasculo adorandum proponens. to.7. 260. 2.

Vigilantius prohibuit, ne mitterentur subsidia Hierosolymam in subleuamen captiuorum. to.7. 260. 2.

Docuit, quòd dum viuimus, possumus quidem mutuò pro nobis orare; postquam autem mortui fuerimus, nullius pro alio oratio sit à Deo exaudienda. tom.7. 260. 2.

Item detestatus fuit, quòd Monachi ad solitudines se conferrent, quia in illis nec possunt Ecclesias celebrare, nec homines sæculares perditos lucrifacere. to.7. 260. 2.

Negauit Martyrum sepulcra esse veneranda, damnandas esse vigilias, & solùm in Pascha alleluia esse canendum. tom. 7. 260. 2.

Dixit virtutem continentiæ esse hæresim, & pudicitiam esse libidinis seminarium. to.7. 260. 2.

Impugnauit virginitatem, odio habuit pudicitiam, ieiunia Sanctorum detestatus sæcularium conuiuia frequentauit. to. 7. 261. 1.

Docuit cereos ad sepulcra mortuorum non esse accendendos. to.7. 261. 2.

Dolebat sanctorum Martyrum reliquias pretioso operiri in Ecclesijs velamine. to. 1. 300. 1.

Tandem ab Innocentio I. Pontifice teste N.S. Possidio solemniter fuit damnatus. to. 1. 300.1.

Vigilius Papa.

Vigilius, antequam esset Pontifex, promisit Theodoræ Imperatrici restituere Anthymum ab Agapeto Papa depositum,& quem noluit restituere Syluerius successor Agapeti; propter quod iussu Theodoræ per Bellisarium Syluerio in exilium pulso intrusus fuit Antipapa Vigilius. tom. 10. 471. 2; & to.4. 811. 60; & to.11. 498. 2.

Mortuo Syluerio Vigilius fuit electus verus, & legitimus Papa; & tunc nec Theodoræ promissum voluit implere; sed V.Synodum Constantinopolitanam, in qua damnatus fuit Anthymus, & reiecta illius hæresis, quam Theodora fouebat, confirmauit. to. 10. 472. 1; & to.4. 811.61.

Vigilio Papæ falsò tribuitur epistola ad Theodoram Imperatricem ab hæreticis. to. 10, 471. 2.

Synodum Constantinopolitanam post aliquot menses, & trium Capitulorum damnationem recepit, & confirmauit; vt constat ex eius epistola ad Eutyehium Episcopum Constantinopolitanum. tom. 9. 731. 1.

Hæc epistola data fuit 6. Idus Decembris anno vigesimo septimo Imperij Iustiniani. to.9. 731.1.

Vigilius à Patribus Concilij Chalcedonensis fuit inuitatus ad discussionem trium Capitulorum. to.9. 803. 2.

Vigilius gloriosissimus Papa antiquioris Romæ fuit vocatus, quia Papa sonat plenitudinem vniuersalis Ecclesiæ. tom. 3. 36. 1.

Anno quingentesimo quadragesimo septimo excommunicauit Theodoram Augustam, & hæreticos acephalos, quorum patrona erat Theodora. to.9. 691. 2.

Viuente adhuc Syluerio intrusus in Papatum Bellisarij ope arcano chirographo ad Theodoram professus fuit Eutychianam hæresim, monita tamen Augusta, vt id silentio contegeret; ne namque vulgata Romani palàm defecissent; sed mortuo inter ærumnas Syluerio negauit Vigilius Augustæ se posse præstare, quæ promiserat temerè. to.11. 498. 12.

Vigilius Petri fidem induit cum Mitra, & Theodoræ excandescentis iussu in exilium pulsus pœnis, & ærumnis fuit confectus; atque adeò sancti Pontificis nomen, & encomia à sanctis Patribus accepit. tom.11. 498. 12.

Cùm primùm Petri Sedem conscendit, verus Petri successor effectus errorem, & simulationem erroris eiecit ita,vt qui prius instar paleæ ambitionis vento rapiebatur, in petram postea immutatus fidei stabilitatem ostenderit. to.8. 157. 2.

Anthymi restitutionem ad Sedem Constantinopolitanam, quam impiæ Theodoræ promiserat, constantissimè noluit implere, & vexationes exilij etiam vsque ad internecionem maluit substinere, quàm peccatum pollicitum exequi. to.8. 157. 2.

Vigilius mortuo Syluerio per subsequentem electionem legitimam verus Papa creatus ex mobili gleba in saxum mutatus voluit potiùs mori, quàm syngrapham de Anthymi restitutione à se scriptam firmare. to.8. 450.1.

Tanta fuit magnitudo; & constantia Vigilij, vt nec blanditijs, nec minis Imperatoris flecti potuerit; propter quod à lictoribus per Ciuitatem raptatus, fame, & carcere afflictus, ac in exilium actus vitam maluerit, quàm fidem amittere. to. 8. 460. 1; & seq; & to.12. 236. 2; & seq; & to.6. 791.3; & seq; & to.7. 685. 2.

In VI. Synodo actione tertia productus fuit sermo Mennæ ad Vigilium falsatus, inuenti adulterini tres codices, & duo libri nomine Vigilij, sed prorsùs conficti; vnde fal-

falsam quoque fuisse illius epistolam ad Theodoram prudenter arguitur; Liberatum verò, qui veritatem testatur epistolæ, publico fuisse rumore deceptum. tom. 12. 136. 2; & to.1.118.1.

Romæ captus Theodoræ opera, & Constantinopolim ductus, vt promissum de restituendo Anthymo impleret, nedum tam nefariæ petitioni dissensit, sed Theodoram ipsam cum omnibus alijs excommunicatione percussit. to.14. 14. 2.

Vigilius Papa à S.Gregorio Magno fuit summis celebratus encomijs, to. 12. 136. 2; & to.14. 14.2.

Constantissimè renuit interesse, aut consentire V. Concilio protestatus sine suo consensu, aut suffragio, non legitimam synodum, sed acephalum conuenticulum esse. to.6. 616. 2; & seq; & 791. 3; & seq.

Vigilij constitutum in causa trium Capitulorum, quo statuit nulla ratione subuerti debere, quæ Concilium Chalcedonense decreuerat, to.6. 794. 6; & seq; & tom. 15. 683. 3.

Noluit subscribere, vel damnare tria capitula, quia lis erat de personis, non de rebus; & licèt personæ errassent, attamen cùm teuocarent errorem, mos fuit Ecclesiæ pœnitentes in suum sinum recipere, non illos damnare. to.6. 795. 7; & to.15. 683. 4; & 10.8. 922.1.

Vigilius ab Imperatore Iustiniano euocatus Constantinopolim Mennam, & alios trium Capitulorum damnatores à communione suspendit; & ipsum Iustinianum ad eam damnanda cogentem constanter contempsit. to.15. 682. 2.

Mennam rogante Theodora Augusta in communionem recepit;& Theodorum Mopsuestenum,Ibæque epistolā, & scripta Theodoreti salua Synodi Chalcedonensis reuerentia damnauit. to.15. 682. 2; & seq.

Vigilius non fuit inconstans circa trium Capitulorum doctrinam, sed tantùm nolebat definire studio conseruandæ pacis, ac vnitatis Ecclesiæ. to.15. 682. 1; & seq.

Vigilium ab exilio reducem subscripsisse V. Synodo ex plurium non obscuris testimonijs ostenditur. to.15. 684. 7.

In epistola ad Theodoram, & ad Acephalos, ac Eutychianos non damnauit Catholicum dogma duarum naturarum in Christo Domino; nec hæresim Eutychianorum probauit. to.15. 140. 166.

Solemnis legatio viginti Episcoporum, inter quos erant Patriarchæ Constantinopolitanus, Alexandrinus, & Antiochenus, & alij omnes Metropolitani vnà cum Bellisario, & sex alijs Exconsulibus, ac Patritijs ad Vigilium missa, vt dignaretur ad Concilium Constantinopolitanum venire. to. 1. 76.2; & seq.

Dioersa Vigilij Papæ decreta à Patribus II. Synodi Constantinopolitanæ approbata. to.1. 81. 1.

Tandem confirmauit Quintam Synodum Constantinopolitanam, & damnationi trium Capitulorum consensit. tom. 1. 86. 2; & seq.

Postquam Pontifex fuit canonicè electus fidem Catholicam illibatam in omnibus semper seruauit, atque in posterùm se velle constantissimè eam seruare professus est; quo de restituendo Anthymo spem ademit Theodoræ. to.t. 118. 1; & to.18. 88. t.

Formulam baptismi ab Arianis, & Priscillianistis corruptam ex verbis Euangelij restituit. to.t. 150. 1.

Declarauit Ecclesiam Romanam esse fundamentum,& formam omnium Ecclesiarum, atque adeò habere primatum. to. 1. 150. 1.

Ad Vigilium integra causa trium Capitulorum fuit delata, quam ad Concilium Constantinopolitanum remisit. to. t. 150. 2; & seq.

Acta Concilij Constantinopolitani non fuerunt recepta, nisi postquam à Vigilio fuerunt confirmata. to.1. 151. 1; & to.6.796. 7.

Interpellauit Iustinianum Imperatorem contra Theodorum Cæsariensem Episcopum Acephalum. 10.1. 150. 1.

Ab vnctione Pontificia in alterum vltum mutatus Apostolicum depositum seruanit fideliter; nec priùs damnationi trium Capitulorum subscripsit, quàm à metu nunquam exindendi schismatis fuisset coactus. to.t. 183.2.

Simul cum Theodoro Mopsuesteno Origenem, Didymum, Euagrium, & alios Origenistas damnauit. to.1.308.2.

Epistola Vigilij ad Theodorum, quam refert Liberatus in suo Breuiario historico, lecta fuit in VI.Synodo; sed Patres ostenderunt neque epistolam, neque librum esse Vigilij, eamque infamiam amouerunt. tom. t. 344. 1.

Vigilius teste D. Gregorio Magno nedum contra Theodoram Augustam, & contra Acephalos promulgauit damnationis sententiam, sed etiam plurima pro vnitate, & pace Ecclesiarum Orientalium, & Occidentalium constituit. to.1. 440. 1.

Eius electio post mortem Syluerij fuit legitima, & canonica. to.17. 384. 2.

Factus legitimus Papa damnauit epistolam ad Theodoram contra duas Christi Domini naturas. to.18. 53. 2.

Vigilius, cùm promisit Theodoræ restitutionem Anthymi, erat Archidiaconus; cùm autem scripsit epistolam, erat Antipapa, quia duo Papæ simul esse non possunt; factus autem verus Papa illam damnauit. to.18. 644.2; & seq.

Vigilij Papæ miraculosa conuersio, cùm electus fuit verus Papa,ex Saulo Paulus illicò factus. to.19. 440. 1; & seq.

Ad instantiam Cæliberti Regis Francorum concessit Abbatiæ Ciuitatis Arelatensis quædam priuilegia, quæ postea à S.Gregorio Magno confirmata fuerunt. to.20.322. 8.

Precibus Narsetis, qui trucidato Totila Gothos subegerat, victus Iustinianus Vigilium Romam redire permisit. tom. 5. 75. 2.

Denique Vigilius ab exilio redux, ac in Sicilia pluribus morbis,ærumnisque confectus, penitusque consumptus gloriosè vitam finiuit. to.6. 795. 7.

Vigilius Tapsensis Episcopus.

Vigilius Tapsensis Episcopus in quinto libro contra Eutychetem enumerat Episcopos omnium Prouinciarum, qui interfuerunt Sardicensi Concilio, inter quos fuerunt septuaginta sex Primates. to.6. 204. 2.

Eiusdem Vigilij liber adulteratus fuit turpiter à Chiffletio. to.6. 204. 5; & seq.

Vigilius Tapsensis in suo libro egit omnino de vera Sardicensi Synodo, non autem de Philippopolitano Conuentu. to. 6. 205. 1.

Calumniam aduersùs Synodum Chalcedonensem, quòd addidisset ad Synodum Nicænam refutauit Vigilius Tapsensis ostendens istam additionem semper viguisse, & semper probatam fuisse ab Ecclesia; & etiam in Sardicensi Concilio. to.6.205.1.

Summis celebrauit elogijs veram, & legitimam Synodum Sardicensem. tom. 6. 205. 1.

Vigorius.

Vigorius; quia ausus fuit scribere de rebus ad fidem, & mores spectantes, omnibus irridendum se præbuit. to.3.409. 2.

Simon Vigorius, & alij eiusdem mentis Monarchiam Ecclesiasticam deprimendo magnam iniuriam irrogarunt Ecclesię Catholicæ. to.3. 433. 2.

Vigorij rationes, & fundamenta contra potestatem clauium Pontifici Romano concessam. to.3.440; & seq.

Vigorius textuum sacræ Scripturæ corruptor, & adulterator. to.3. 441. 2.

Vigorius, & Richerius epistolam tertiam Anacleti, & epistolam nonagesimam primam Alexandri I; & epistolas aliorum summorum Pontificum surreptitias vocarunt. to.3. 451. 1; & seq.

Vigorij, & Richerij fundamenta contra primatum Romani Pontificis euulsa. tom. 3. 452; & seq.

Vigorius denegauit Romano Pontifici primatum vniuersalis Ecclesiæ. to. 3. 459. 1; & seq.

Vigorij, & Richerij praua interpretatio verborum Christi Domini ad Petrum: *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* to.3. 469. 2; & seq.

Vnitas Ecclesiæ assimilatur vnitati corporis mystici. quod debet habere vnum caput visibile. to.5.658. 1.

Vnitas Ecclesiæ militantis debet regi ab vno capite visibili; & in hoc discriminatur ab vnitate Ecclesiæ triumphantis, quæ regitur ab vno capite à nobis inuisibili, & à solis beatis visibili. to.10. 157. 2.

Vnitas Ecclesiæ maiorem habet sapientiam, & charitatem, quàm quæcunque alia vnitas. to.9. 493. 32.

Vnitas Ecclesiæ dependet ab vno Pastore à Christo Domino,cùm in Cælum ascendit, in terris relicto, qui illius vices gerit in terris, & ad quem possunt omnes fideles recurrere pro decidendis fidei controuersijs. tomo 4. 630. 1; & seq; & 632. 1; & seq;

seq; & 640. 2; & seq; & tom.3. 592. 2.
Vnitate Ecclesiæ rescissa nulla remansit Ecclesiæ forma, nulla sacramentorum communio. to.4. 643.1; & seq.
Vnitas Ecclesiæ ex omni genre Gentili, & Iudaica per totum Mundum dispersa collecta est. to.4. 736.41.
Vnitas Ecclesiæ saluatur per hoc, quòd eius filij virtutibus fidei, spei, & charitatis vniantur. to.4. 262.4.
Vnitas Ecclesiam seruat, propterea Ecclesia scindi non debet, ne destruatur. to.6. 3.2; & seq.
Vnitas Ecclesiæ requirit nedum fidei Diuinę, sed etiam doctrinæ vnitatem conformem. to.12.161.1.
Vnitas Ecclesiæ nedum debet vnire fideles inter se, sed etiam debet illos vnire cum capite. to. 10. 157. 1.
Vnitas Ecclesiæ comparatur vnitati rerum successiuarum, vt sunt Regnum, flumen, &c; quarum partes non sunt semper numero eædem; non autem vnitati rerum permanentium, quæ easdem exigunt partes. to.10. 267.2.
Vnitas Ecclesiæ vbique seruat eandem doctrinam Euangelicam, eadem præcepta, & morum concordiam; at Ecclesiæ ab illa diuisæ non habent, nisi dissensiones in doctrina, schismata, & rixas, ac morum, animorumque dissonantiam. to.5. 589.1; & seq;
Vnitas Ecclesiæ seruatur à Christo Domino in Cælis, & in terris ab illius Vicario. to.5. 14. 2; & seq.
Vnitas Ecclesiæ sine fidei, & sacramentorum vnitate conseruari non potest; & qui tolleret vnitatem, & ipsam Ecclesiam consequenter destrueret. to.12. 397. 1.
Vnitas Ecclesiæ à Sanctis Patribus fuit nobis ostensa, probata, & continuò confirmata. to.12. 62. 2.
Vnitas Ecclesiæ eadem numero remanet, quamuis Summus Pontifex ad tempus mutetur. to.10.272. 2.
Vnitatem suam seruare semper sollicita fuit Ecclesia à Christo Domino in Petro fundata. to.8.181. 2.
Vnitati Ecclesiæ repugnat regimen plurium Iudicum supremorum non subordinatorum. to.8. 379. 2.
Vnitas Ecclesiæ deducitur ex vnitate cultus, ex ordine, & connexione membrorum cum capite. to. 8. 708. 1.
Item ex vnitate cathedræ; sicut vna erat Ecclesia Hebræorum, quia vna erat Moysis cathedra. to.8. 710. 1.
Vnitas Ecclesiæ est vnitas indiuisibilitatis ratione fidei, & sacramentorum, quæ scindi non possunt; & vnitas continuationis, quia succedentes eandem fidem tenent, & seruant; & vnitas perfectionis propter celsitudinem, & eminentiam; & vnitas ordinis, quia omnes confusiones, & dissensiones exterminat. to.8.710.1;& seq.
Vnitas Ecclesiæ vnum ad tempus Summum Sacerdotem, & vnum Iudicem vice Christi Domini exigit. to.7.3.2.
Vnitas Ecclesiæ vnum Summum Pontificem habet, non vnum numero, sed successiue. tom. 4. 168. 1; & tom. 7. 148. 2.
Vnitati Ecclesiæ incorporamur per baptism in re, vel in voto. to.7. 747. 1; & seq.
Vnitas Ecclesiæ principaliter dicitur per ordinem ad eius caput, quod est Christus Dominus. to.15. 196.21; & seq.
Vnitas Ecclesiæ colligitur ex illis Christi Domini verbis ad Petrum; *Pasce oues meas*. to. 1. 15. 109. 6.
Vnitatem Ecclesiæ non credens est schismaticus omnino ab Ecclesia diuisus. to. 15. 213. 26.
Vnitas Ecclesiæ dicitur per comparationem ad summam Dei vnitatem, & Ecclesiæ cælestis. to.10. 45. 2.
Vnitas Ecclesiæ exigit remanere eundem ordinem, & habitudinem partium ad vnum caput. to.10.267.2;& seq; & to.3. 201. 1.
Vnitas Ecclesię necessariò importat vnitatem capitis, & vnitatem corporis. to. 9. 210. 171.
Vnitas Ecclesiæ vnam domum nouit, vnius cubiculi castitatem in casto pudore custodit. to.9. 236.8.
Vnitas Ecclesiæ eodem modo comparatur ad Christū Dominum spiritualiter, sicut vxor ad virum. to.9.499. 54.
Vnitas Ecclesiæ importat vnum corpus mysticum, & ideo homogeneum. to. 9. 613. 308.
Vnitati Ecclesiæ repugnat, quòd habeat simul plura suprema capita visibilia. to.13. 165. 2.
Vnitas Ecclesiæ mystica dicitur per similitudinem ad vnitatem physicam corporis naturalis. to.13. 307. 1.
Vnitas Ecclesiæ desumitur à fide, spe, & charitate obiectiuè, non subiectiuè acceptis. to.13. 379.1.
Vnitas Ecclesiæ cum Christo Domino est ratio, ob quam recipit, & elicit suas operationes. to.13. 483. 1.
Vnitas Ecclesiæ semper comparata fuit vnitati ouilis. to.14. 564. 1; & seq.
Vnitati Ecclesiæ non potuit congruere, nisi vnum caput visibile. to.1. 4.2;& to.5. 88. 1; & seq.& to.6. 52. 1.
Vnitati Ecclesiæ conuenit tantùm vnum caput propter similitudinem cum Ecclesia triumphante, cum Synagoga, nec non cum corpora naturali. to. 14. 567. 1; & seq.
Vnitas Ecclesiæ ampliùs demonstratur. to. 1. 1. 2; & 424.1; & to.3. 138. 2; & 180. 1; & to.4. 257. 2.
Vnitas est causa efficiens, & conseruans perpetuitatem ipsius Ecclesiæ. to.1. 6. 1; & seq.
Vnitas Ecclesiæ desumitur secundùm conformitatem, quam habent Ecclesiæ membra inter se, & ad finem ipsius; & secundùm ordinem ad causam efficientem, & regulatiuam, quæ vna est, & est ipsemet Christus Dominus. to. 2. ex Alexandro à S.Elpidio 13. 2; & seq.
Vnitas membrorum Ecclesiæ differt ab vnitate membrorum corporis naturalis; quòd illa non habet omnia sua membra mystica simul, sed successiuè; ista autem omnia sunt simul secundùm tempus. tom.2. ex Alexandro à S. Elpidio, 14. 10.

Vnitas Ecclesiæ conuenit cum vnitate corporis naturalis in hoc, quòd nulli membro potest salus, & vita competere, nisi maneat corpori vnitum. to.2. ex Alexandro à S. Elpidio. 14. 7; & seq.

Vnitati Ecclesiæ semper fuit necessarium vnum caput visibile. to.2. ex Turrecrem. 7. 1; & to.19.247.2.

Vnitati Ecclesiæ non fuerunt datæ claues à Christo Domino, sed Petro. to. 14. 49.2; & seq.

Vnitas ita essentialiter Ecclesiæ competit, vt ab ea diuidi, & separari non possit. to. 3. 28.2.

Vnitas Ecclesiæ dicitur etiam septuplex, quia septem donis Spiritus Sancti insignitur, vel quia septem dierum numero designatur vita præsens, qua Ecclesia militans peregrinatur in terris; vel quia numerus septenarius vniuersalitatem, quæ competit Ecclesiæ, significat. to.3. 204. 1.

Vnitas Ecclesiæ non tollit varietatem, & diuersitatem morum, rituum, & ceremoniarum. to. 3. 205. 1.

Vnitatem necessariò competere Ecclesiæ catholicæ est de fide credendum. to.3.461. 2.

Vnitas est simpliciter, & absolutè Ecclesiæ necessaria, vt conseruetur. to.16. 357. 2; & seq.

Vna est Ecclesia catholica. quia est *terra labij vnius*; vnam enim fidem profitetur. tomo 19. 423.2.

Vnitatem Ecclesiæ catholicæ confiteri est absolutè, & simpliciter necessarium ad salutem. to.1. 3. 2.

Vnitas Ecclesiæ deducitur ex eo, quòd sit corpus mysticum Christi Domini qui nequit esse caput, nisi vnius corporis tantùm. to. 4. 223. 1.

Item colligitur nedum ex vnitate capitis, sed etiam ex vnitate fidei, quam profitetur. to.19. 129. 2; & seq.

Vnitas Ecclesiæ constat ex circuncisione, & præputio, quia Christus Dominus, qui est lapis angularis, *fecit vtraque vnum*. to. 19. 132. 2; & seq.

Summa Ecclesiæ vnitas manifestissimè fuit prædicta à Daniele Propheta. to.19. 229. 2.

Vnitas Ecclesiæ est perfectissima inter omnes vnitates propter stabilitatem, fortitudinem, amplitudinem, & dominij plenitudinem. to.19. 231. 1.

Vnitas Ecclesiæ non posset seruari, nisi continuaretur successio Capitis, & Pastoris. to.19. 425. 2; & seq.

Vnitas Ecclesiæ etiam ex principijs naturæ colligitur; vt in apibus, gruibus, ramis eiusdem stipitis &c. to.19. 426. 1.

Vnitas Ecclesiæ ita dependet ab vnitate capitis, vt sine ista nequeat consistere. to.20. 483. 2; & 507. 2.

Vnitas Ecclesię arguit summam perfectionem, dignitatem, charitatem, & excellentiam illius. to. 20. 507. 2; & seq.

Vnitas Ecclesiæ à Christo Domino fuit comparata vnitati, qua ipse, & Pater vnum sunt. to.20.508.1.

Vnitas Ecclesiæ semper eadem perseuerauit à Christo Domino vsque ad nostra tempora. tomo 20. 524. 2; & seq.

Vnitas Ecclesiæ catholicæ typicè fuit figurata in vnitate veteris Ecclesiæ ab Adam vsque ad Christum Dominum. tom. 20 524. 2; & seq.

Vnitas Ecclesiæ quantùm ad gubernationem exteriorem desumenda est etiam per ordinem ad Christi Domini Vicarium. to.13. 287.2.

Vnitas exterior Ecclesiæ est ostensiua, & conseruatiua vnitatis interioris, quæ habetur per fidem, spem, & charitatem. tom.13. 287.2.

Vnitatem Ecclesiæ disertissimè descripsit, docuit, & nobis commendauit S.Cyprianus. to.1. 421. 2.

Vnitas Ecclesiæ principaliter attenditur ex connexione, & communicatione membrorum ad inuicem; & ex ordine omnium membrorum ad vnum totum caput. to.9. 388.8.

Vnitati Ecclesiæ opponitur schisma, quo tollitur charitas, qua perficitur vnitas. to.9. 387.1; & seq.

Ad seruandam Ecclesiæ vnitatem vnus semper debet ei præsidere. to.3. 63.2.

Vniuersale.

Vniuersale accipitur, vel vt idem est, ac solus; vel vt ad omnea extenditur. to.3.458.2; & seq; & to. 13. 244. 1; & to. 12. 53. 1; & to.20. 79. 2; & seq, & to.6.441. 1; & seq; & to.14. 30.2.

Vniuersale si cadat, cadunt omnia: ad quæ vniuersale illud extenditur. tom.13. 244. 1.

Vniuersalis Episcopi nomen humilitatis gratia respuit S.Gregorius Magnus. tom.14. 417.1; & to.13.244. 1.

Vid. Episcoporum tituli.

Vniuersalitas Ecclesiæ.

Vniuersalis nomen competit Ecclesiæ ratione Institutoris, qui est Dominus vniuersorum. tom.3. 206. 2.

Vniuersalitas etiam quantùm ad loca competit Ecclesiæ, quia per totum Orbem extenditur. to.3. 206. 2.

Item quantùm ad hominum conditionem, quia omnes nationes colligit, & nullam respuit. to.3. 206. 2.

Item quantùm ad tempus, quia incepit ab initio Mundi, & vsque in finem est duratura. to.3.207. 1.

Item quantùm ad status, quia comprehendit nedum homines, qui sunt in statu viæ, sed etiam eos, qui sunt in patria, imò etiam Angelos. to. 3. 207. 2.

Item quantùm ad doctrinam, quam omnibus hominibus communiter tradit. to.3. 207. 2.

Item quantùm ad peccatorum remedium, quia ministrat sacramenta, quibus omnia omnium hominum peccata delentur. to.3. 207. 2.

Item quantùm ad præcepta, quæ non vni populo, vt lex Moysaica; non vni sexui, vt circumcisio, quæ solis masculis dabatur; sed omni populo, omni sexui, omni ætati, & conditioni præscribuntur. tom. 3. 208.1.

Vniuersalitas, quæ destruit alias Ecclesias particulares, non competit Ecclesiæ Romanæ;

manæ ; sed vniuersalitas , quæ continet sub se omnes alias Ecclesias, ei propriè congruit . to.6. 444. 1.

Vniuersalis Ecclesia dupliciter dicitur iudex, & norma in definiendis fidei controuersijs. to.16. 541. 1.

Vniuersalis Ecclesia non fuit equaliter commissa Petro , & omnibus Apostolis , to.8. 503.2.

Vniuersalis Ecclesia dicitur illa , ad quam ordinatur Summi Pontificis potestas. t.13. 404.1.

Vniuersalis Ecclesia per Concilium generale sede vacante repræsentatur . to.9.226.3; & seq.

Vniuersalis Ecclesiæ consensus est argumentum potestatis Summi Pontificis Romani . to.11. 553. 1.

Vniuersalis Ecclesia quomodò, & cur vocetur Catholica ? tom. 2. ex Turrecremensi . 60.1.

Vniuersalis Ecclesia multipliciter dicitur Catholica . to.4. 257. 4; & seq; & 258.1; & to.3.206.2; & seq.

Vniuersalis Ecclesia per totum vniuersum Orbem diffundenda fuit . to.15. 304.2.

Vniuersalis Ecclesia quare dicatur Apostolica,non autem dicatur Ecclesia Christiana; cùm Christus Dominus sit fundamentum principale ,& primarium ; Apostoli verò fundamentum secundarium , & minùs principale fundatum supra ipsummet Christum Dominum ? to.4. 259. 5.

Vniuersalis Ecclesiæ Primatis munus quodnam sit ? to. 1. 42.2.

Ecclesia à Christo Domino D. Petro collata non est hæc , vel illa , sed tota Ecclesia vniuersalis . to.13. 237. 1.

Vniuersalis Ecclesia non dicitur Prophetica , sed Apostolica ; quia Apostolorum doctrina fuit vberior , & manifestior , quàm doctrina omnium Prophetarum . to. 4. 259. 6.

Vniuersalis nomen quare , & quomodò conueniat Ecclesię ? to.13. 415. 1; & tom. 16. 278. 2; & 455. 1.

Vniuersalis Ecclesiæ curam , & diligentiam qualem debeant habere omnes fideles ? to.16. 410. 1; & seq.

Vniuersalis Ecclesia tota simul nequit esse Iudex infallibilis controuersiarum fidei . to. 9. 717. 2.

VniuersalisEcclesia non repręsentatur à Concilio non includente Papam . tom.3. 186. 1; & seq.

Vniuersalis imperfectè dicitur Ecclesia sede vocante ; quia capite visibili caret . to.3. 398. 1.

Vniuersalis verè, & propriè nequit dici Ecclesia , nisi accipiatur simul cum suo capite visibili , quod est Summus Pontifex Romanus . to.3. 186. 1.

Vniuersalis visibilis Ecclesia sola potest saluare , quia extra illam salus esse non potest . to. 16. 456. 1.

Vniuersalem Ecclesiam deserentes sunt sacri coniugij violatores sacrilegi . to.16. 456. 2.

Vniuersalis Ecclesia vacante sede , si debeat, congregare Concilium , illud debet congregare in eo loco , in quo vacat Ecclesia. to.9. 42. 210.

Vniuersalis Apostolica Ecclesia,& sedes Apostolica inter se differunt . to.6. 592. 1; & 627.2.

Vniuersalis Ecclesia ibi est , vbi est remissio peccatorum . to.9. 487. 20.

Vniuersalis Ecclesiæ mutatio quoad mores , non quoad fidem. to.10. 153.1.

Vniuersalis Ecclesia realiter est in electis . to. 3. 33. 1.

Vniuersalis Ecclesiæ gradus , officia , & dignitates quot sint? to.3.204.2;& to.5. 532. vsque ad 539.

Vniuersalis Ecclesia traxit S. P. Augustinum in suum gremium consensu populorum , auctoritate miraculis inchoata , spe nutrita , charitate aucta , auctoritate firmata , successione Sacerdotum,& nominis vniuersalitate . to. 7. 4. 2.

Vniuersalis Ecclesiæ nota ex S. P. Augustino est , quòd abscondi non possit ; quia per totum vniuersum Orbem est manifestata ; quo hæreticorum sectę , vtpotè in mundi angulo conclusæ , euertuntur . to.15.320. 2; & seq.

Vniuersalis Ecclesia dicitur Apostolica ; quia ab Apostolis sine vlla interruptione suam ducit originem . to.15. 309. 1; & seq.

Vniuersalis Ecclesiæ tutelam tenentur suscipere Imperatores , & Reges Christiani . to.1. 73. 2.

Vniuersalis Ecclesiæ vtilitati conferunt varia munera , & officia in ipsa distributa. to.1. 70.1.

Vniuersalis Ecclesia est Apostolica . tom.3. 138.1; & seq; & to.2. ex Aluarez . 7. 1. & seq.

Vniuersalis Ecclesiæ vtilitati confert plurimùm congregare Concilia generalia. to.1. 70. 1.

Vniuersalis Ecclesia habet formam Hierarchiæ à Dei prouidentia dispositæ. to.1.41. 2.

Vniuersalis Ecclesia , quare dicatur repræsentari à Concilio , & non esse Concilium? to.3. 385.2.

Vniuersalis Ecclesia fuit à Christo Domino condita . to.1. 2. 1.

Vniuersalis Ecclesię vtilitati maximè est fauendum . to.18. 108. 11.

Vniuersalis Ecclesia fuit sine Principibus sæcularibus vsque ad Philippum Imperatorem . to. 18. 467.2.

Vniuersalis Ecclesia nomine ouium cur significata ? to.18. 491.2.

Vniuersalis Ecclesiæ figura est Cœli firmamentum;duo autem Luminaria sunt figuræ duarum principaliorum Dignitatum , scilicet Pontificatus , & Regni . tomo 13. 420.

Vniuersalis Ecclesiæ necessitatibus quomodò teneantur subuenire omnes Christifideles ? to.4.698. 34.

Vniuersalis Ecclesia designata fuit in linteo demisso ipsi D. Petro, quod plenum erat ex omni genere animalium . to.4. 30. 1.

Vniuersalis Ecclesiæ iudicium quomodò sit maius iudicio Romani Pontificis ? tom.9. 508. 70.

Vniuersalitas Ecclesiæ , & fides ex Euangelio colligitur . to.4.167. 2; & seq.

Vniuersalitas Ecclesiæ designata fuit per sagenam

genam missam à D.Petro in oiare ex omni genere piscium congregante; idèst ea omnium hominum nationibus gentes colligente, to.4. 40. a.
Vniuersalis Ecclesia perficitur sacramentis à Christo Domino institutis, quæ omnibus venientibus ad Ecclesiam possunt conferri. to.3. 64. 1.
Vniuersalis Ecclesiæ thesaurum dispensare, cur spectet solùm ad Pontificem Romanum? to.9.699. 2.
Vniuersalis Ecclesiæ suffragia in charitate fundari quomodò sit intelligendum? to.9. 688. a.
Vniuersalis Ecclesia ad totum mundum extenditur. to.13.266. 2.
Vniuersalis Ecclesiæ Sacerdotium est dignius sacerdotio synagogæ. to. 1.25. 2.
Vniuersalis Ecclesiæ amplitudo monstratur. to.4. 308; & 309.2; & seq.

Vniuersitas.

Vniuersitas, quando se ipsam congregat, requirit duas partes vocatorum; dummodò ad vocationem superioris maior pars non sufficiat citatorum. to.9. 139. 3.
Vniuersitates Ciuitatum in Tuscia requirunt præsentiam duarum partium; & maior pars illarum duarum partium sufficit ad decisionem eorum, quæ proponuntur. to.9. 140.3; & seq.
Vt vniuersitas faciat statutum derogans iuri singularum personarum, requiritur omniũ consensus; & non sufficit consensus maioris partis ipsius Vniuersitatis. to.9.219. 31; & seq.
An maior pars vniuersitatis possit per impositionem oneris grauare singulos de vniuersitate? to.9. 219. 32.
Vniuersitas residet in vno solo habente tamẽ ab illa auctoritatem,& potestatem.to.9.45. 221; & seq.
Vniuersitas importata nomine Ecclesiæ vniuersæ non est vniuersitas membrorum Ecclesiæ ita, vt fiat distributio pro singulis membris Ecclesiæ, aut pro ipsa communitate fidelium. tom. 13. 390. a.

Vnus.

Vnius auctoritas potest esse talibus rationibus munita, vt multorum auctoritati sit præferenda. to.9. 203.64.
Sicut vnus Deus est in superioribus, ita vnus Dei Vicarius debet esse in terris. to.9.203. 63.
Vna, & eadem res propter diuersas rationes, non propter eandem, potest diuerso iure censeri. to.9.438.118.
Vnus de duodecim Apostolis quare electus in Pontificem totius Ecclesiæ? to.13.252. 2.
Vnum in spiritualibus præsidere est magis necessarium, quàm in temporalibus. t.13. 289.1.
Vnum præsidere Ecclesiæ in spiritualibus est de iure Diuino, & ea Diuina institutione. to.13. 289. 2.
Vnum est ex parte boni, plura autem ex parte mali. to.16. 361.1; & seq.
Vnius, & eiusdem nequeunt esse duo Iudices immediati, quando potestas vnius non est sub alio. to.13.372.2.

Vocatio.

Vocatio, quæ fit à Papa, est auctoritatiua; illa verò, quæ fit ab inferioribus, est potiùs requisitio, siue denunciatio. to.9.45. 224;& seq.
Vocatio ad Concilium facta à Cardinalibus Sede vacante est auctoritatiua, & per modum citationis; quia in eo casu ad eos censetur deuoluta potestas congregandi Concilium. to.9. 45.225.
Vocati à Papa ad Concilium, si renuant, censentur in contumacia, non autem vocati ab inferioribus. to. 9. 45. 225.
Vocati ad Concilium, vel collegium à legitimo superiore non comparentes constituunt se contumaces. to.9.142. 15.
Vocati ad Concilium à Papa, qui potest etiam terminos iuris abbreuiare, reddit non venientes contumaces, & actus à paucis venientibus potest explicare, & efficit, vt potestas concilij resideat in venientibus, & non venientes possint mulctari.to.9.143. 22.
Vocatus ad Concilium siue generale,siue prouinciale pro aliquibus specialibus negotijs siue ciuilibus, siue criminalibus habet ius reuertendi Domum, non autem vocatus indistinctè, & generaliter pro omnibus. to.9.157.2.
Vocatio ad Concilium debet esse specialis, & non sufficit vocatio generalis. to.18. 109.2.
Vocatio debet semper præmitti concilio, ne vllus possit ob ignorantiam ab interuentu excusari. to.10. 534. 1.

Vid.ad Concilium qui vocandi.

Vocationis Apostolicæ est triplex genus. tomo 16.475.2;& seq.

Volucres.

Volucres Cœli in psal.8. designant cælestia; & pisces maris designant terrestria. to.4. 78. 2.
Volucres Cœli Luc. 8. significant solùm Angelos malos, seu Dæmones. to.4. 79.2;& seq.
Volucres Cœli Matt.13.significant sanctos viros, qui requiescunt in ramis synapis. tomo 4. 80. 1.

Voluntas.

Voluntas coacta, vel coactioni admixta voluntas est iuxta S. P. Augustinum. tom.4. 86.1; & seq.
Voluntates, quæ tendunt in vnum, & idem non censentur plures, sed vna, & eadem voluntas. to.4.812. 70.
Voluntas Papæ in his, quæ sunt de iure positiuo, circa correctionem est pro ratione. to.9.497. 50.
Voluntas, cuius est electio hæc bona per gratiam Dei, charitatem, ceterasque virtutes, ideo bene eligit, quia non deficit à recta regula rationis. to.13. 182. 1.
Voluntatem creatam esse primam regulam suarum actionum idololatriam sapit. tomo 13.182.2; & seq.
Voluntas Diuina est prima regula, qua diriguntur omnes rationales voluntates, & voluntas hominis potest esse quasi secunda regula voluntatis alterius hominis subditi, & obedientis: to.13. 340. 1; &seq.
Voluntas mala ex S.P.Augustino non est efficiens,

ficiens,ſed deficiens . to.2.ex N. B.Ægidio. 58.2.

Votum .

Votum eſt teſtificatio quædam ſpontaneæ promiſſionis , quæ Deo , & de his , quæ Deo ſunt propria,fieri debet . to.9. 700.2; & to.2. ex N.B. Ægidio . 37. 2.

Votum duplex eſt ſcilicet ſimplex , & ſolemne . to.9. 700. 2.

Votum ſimplex eſt promiſſio facta Deo ſina aliqua ſolemnitate , nec in facie Eccleſiæ acceptantis , ſiue ſit pro aliquo non faciendo , vt de non contrahendo matrimonio . to.9.700., 2.

Votum ſolemne duplex eſt ; aliud eſt votum ordinis , quod ex præcepto Eccleſiæ annexum eſt ordinibus ſacris ; aliud eſt votum religionis , quod conſtituit Religioſum profeſſum . to. 9. 701.1.

Votum indeliberatum non valet . to.9. 334. 563.

Vota ſemel emiſſa opere complenda ſunt, nec poſſunt pro cuiuſque arbitrio diſſolui . to.9. 700.1.

Opus ex voto factum eſt magis meritorium, quàm ſi liberè , & abſque voti neceſſitate factum fuiſſet . to.9. 700. 1;& ſeq.

Votum an ſit de iure Diuino , vel humano ? to.8.610. 1; & 611. 1.

Votum aliud eſt abſolutum, aliud conditionatum . to.9. 700.1;& ſeq.

In voto , & iuramento conditio bona , & debita , etiam non appoſita, ſubintelligitur . to.2.ex B.Ægidio 37. 2.

Votum ſemper proteſtatur Deo . to.9.315. 15.

Votum emiſſum contra bonum commune eſt omnino illicitum, & nullatenus ligat.to.2. ex N.B.Ægidio . 38.1.

Votum, & iuramentum æquiparantur . to.9. 336. 581.

In turpi voto eſt mutandum decretum iuxta S.Iſidorum . to.2. ex N.B.Ægidio . 38. 1.

Votum diſtinguitur à iuramento , quòd illud eſt promiſſio facta Deo ; hoc verò eſt inuocatio Dei in teſtem.to.2. ex N.B. Ægidio. 40.1;& ſeq.

Votum non tenet, niſi ſit liberè emiſſum. to.9.116.129.

Votum eſt obſeruandum maximè,quando eſt iuramento firmatum . to.9.315. 15.

Votum debet habere tres comites , ſcilicet deliberationem, propoſitum , & promiſſionem , & tunc Deo fit verè . to.9. 342.218.

Votum magis obligat , quàm iuramentum, quia frangens votum peccat peccato infidelitatis ; frangens verò iuramentum peccat peccato irreuerentiæ , quod eſt minùs leue . to.18. 432. 1.

Votum continentiæ .

Votum continentiæ emiſiſſe quaſdam viduas tempore Apoſtolorum , vt Diaconiſſarum munere expeditiùs fungerentur , etiam Caluinus , & Lutherus concedunt ; etiamſi docuerint votum non poſſe fieri , niſi in ijs , quæ ſunt à Deo præcepta . to. 9.750. 1.

Votum continentiæ ſolemnizatum per ſuſceptionem ordinis poteſt ab Eccleſia tolli . to.9.701. 2.

Vid. continentia.

Votum obedientiæ .

Votum obedientiæ eſt ſummè perfectum, quia per illud homo abnegat ſemetipſum. to.9.752.2; & ſeq.

Votum obedientiæ erat in vſu etiam temporibus S.P.N.Auguſtini, & Caſſiani . to. 9. 753. 2.

Votum obedientiæ iuxta Lutherum eſt illicitum , quia per illud vouetur obedientia vni ſoli contra ſacram Scripturam præcipientem obedientiam omnibus . to. 9.752. 2.

Votum paupertatis .

Votum paupertatis ſimplex , & ſolemne quomodò differant ? to.5.578. 143.

Votum paupertatis tam actualis, quàm habitualis pertinet ad perfectionem Euangelicam iuxta illud Matthæi 19. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus .* to.9. 751. 1.

Votum paupertatis poſſunt emittere etiam pauperes ; quia multum dat, qui dat,quod habet, & quod poteſt acquirere. to.9.751. 2; & ſeq.

Votum paupertatis non violatur per poſſeſſionem bonorum in communi . to.9. 752. 1.

Votum paupertatis in Regulari profeſſo an tolli poſſit à Papa ? to.9. 707.2; & ſeq.

Vid. paupertas.

Votum Religionis .

Votum ſolemne profeſſionis in aliqua Religione approbata ex quacumque cauſa etiã vrgentiſſima non poteſt à Papa diſpenſari. to.9. 701. 1; & ſeq.

Votum ſolemne Religionis in hoc differt à voto ſolemni Ordinis ; quòd illud habet annexum eſſentialiter votum continentiæ ; iſtud verò illud habet annexum ſolùm ex iure Eccleſiaſtico . to.9. 701.2.

Vota ſolemnia , & vota ſimplicia conſtituentia ſtatum Religioſum, vt ſunt vota Societatis Ieſu,non diſtinguuntur ſpecie formali , ſed ſolùm quantùm ad modum ; ſiue quantùm ad maiorem , & minorem ſtatum perfectionis . to.9. 704. 2; & ſeq.

Votum ſolemne Religionis eſt totalis traditio Deo facta per modum viui holocauſti; at votum annexum Ordini ſacro eſt traditio Deo facta per ordinem ad exercendos ſacros ordines, non tamen eſt totalis ſeparatio à Mundo , ideo non eſt totalis traditio Deo facta . to.9. 707.1; & ſeq.

Vota Monaſtica , in quibus vita Religioſorum conſiſtit, ſunt iuris Diuini , non humani . to.18. 432. 2.

Votorum commutatio .

Votum peregrinationis ad Terram Sanctam à ſolo Papa poteſt permutari . tom.3. 82. 2.

Vota facta homini an confeſſor poſſit commutare, qui tempore iubilæi non fecit confeſſionem, quia non habebat, niſi venialia? to.5.500. 72.

Penitens , qui non petiuit à confeſſario tempore iubilæi commutationem votorum,an poſſit poſtea elapſo tempore petere ? to.5. 500.73.

An voti commutatio poſſit fieri extra ſacramentum confeſſionis ? to.5. 501.74.

Votorum commutatio non eſt neceſſariò facien-

cienda in opera similia in ordine ad eundem finem. to.5. 501. 74.

In votorum commutationibus considerandum est, quod magis competit bono spirituali ipsius pœnitentis, quamuis materia cõmutationis non sit ęqualis. to.5.501.74.

Votorum commutatio in alia opera pia, quamuis secundùm se sint multò præstantiora, & excellentiora, non est facienda, si ad eundem finem consequendum non sint accomodata. to. 5. 500. 74.

Votorum commutatio non est facienda in opera aliàs debita de præcepto. t.5.501.74.

Votorum commutatio non est facienda in alia opera æqualia magnitudine, duratione, & numero? to.5. 501. 75.

Votorum cõmutatio debet fieri in rem ęqualem ad modum contractus, qui suaprè natura petit æqualitatem, quæ seruari debet inter contrahentes. to.5. 502. 75.

Æqualitas materiæ subrogatæ per commutationem non est accipienda merhaphoticè, sed moraliter, & arbitrio prudentis. to.5. 502. 75.

Vota omnia, excepto perpetuæ castitatis, & Religionis, possunt commutari virtute iubilæi. to.5.502. 76.

An Vota iurata etiam per iubilæum possint commutari? to.5. 502. 76.

Vota facta in fauorem tertij, siue sint realia, siue personalia, poterit confessarius virtute iubilæi commutare absque vllo consensu, & absque licentia illius hominis, vel illius loci pij. to. 5. 503. 76.

Si votum fiat hoc modo: *Promitto Deo me tibi daturum decem aureos*; si pauper sit præsens, & acceptet, non poterit dari dispensatio, nec commutatio sine consensu tertij eò, quòd tertio fuit ius quæsitum. to.5.503. 76.

Pœnitens immemor voti, nolensque commutari durante iubilæo an possit petere commutationē transacto tempore. to.5.503.77.

An vota pœnalia, & conditionalia adimpleta conditione possint commutari? tom.5. 503.78.

An votorum commutatio fieri debeat ab eodem Confessore, à quo fuit facta absolutio à reseruatis? to.5. 505. 79.

Qui lucratus non est iubilæum, sicut à principio intendebat, quia non adimpleuit omnia, an possit petere commutationem voti obliti? to.5. 505.80.

An virtute Bullæ, seu iubilæi facienda sit commutatio voti in aliquod subsidium omnino spirituale? to.5.505. 81.

Vota emissa sub spe consequendi iubilæum an possint commutari? to.5. 506.82.

An confessarius possit differre commutationem votorum extra tempus iubilæi? to.5. 506. 83.

Vota an possint commutari in materiam, quam ipse confessarius, vel vir doctus postea præscripserint? to.5.506.84.

Vota non commutantur in confessione inualidè facta. to.5.506. 85.

Confessarius potest commutare vota peregrinationis, & quomodò? to.5. 507. 86.

Quæ vota castitatis, & Religionis possint commutari? to.5. 507. 87.

Episcopi an possint commutare vota castitatis perpetuæ, ac Religionis? to.5. 508.88.

Vota illius, qui non petiuit commutationem, nec lucratus est iubilæum; post tempus expletum iubilæi an possint commutari? to.5. 509.89.

Vota an possint commutari sub conditione? to.5. 509. 90.

An priuilegia iubilæi circa vota commutanda extendantur ad vota facta, & facienda, & an semper exigatur causa in huiusmodi commutationibus? to.5. 510.91.

An Papa commutante votum sibi reseruatum possit postea commutari virtute iubilæi? tomo.5. 511. 92.

An votum castitatis temporalis commutatum virtute iubilæi in summam certam pauperibus ea data extinguatur omnino? to.5. 511. 93.

An si Papa commutet votum Religionis in aliud, teneatur ad id, in quod votum est commutatum, & an vouens possit liberè primum votum adimplere, relicta commutatione? to.5. 511. 94.

An si quis liber à voto per commutationem rursus idem votum emittat, teneatur ad commutationem, & ad prius votum complendum? to.5.512. 95.

Quomodò sint commutanda vota de præcepto, quod obligat sub mortali seruando siue voto? to.5.512. 96.

Qualiter sint commutanda vota ieiunandi omnibus ferijs sextis, & recitandi omnibus Sabbathis calculos Virgineos? tom.5. 512. 97.

Votum ieiunandi certa die an sit commutandum in aliquid adimplendum in eodem die? to.5. 512. 98.

Qualiter sint cõmutandum votũ virtute iubilæi non contrahendi matrimonium, aut votum assumendi Ordines sacros? tom.5. 512. 99.

Pœnitens factus incapax ad implendam commutationem voti non tenetur redire ad votum iam commutatum. to.5. 513.101.

Priuilegia Mendicantium commutandi vota, & absoluendi à reseruatis non suspenduntur virtute Bullæ Ctuciatæ. to.5. 518.23.

Vota quænam possint commutari virtute Bullæ Ctuciatæ, & quæ non? to.5. 522. 28.

Durante anno Bullæ vota, quorum commutatio conceditur, possunt toties quoties commutari à Confessario electo. to. 5.522.29.

Votum semel commutatum potest iterum commutari in subsidium temporale, non tamen semper, sed interdum in opera pia. to.5.522. 30.

Votorum dispensatio.

Papa dispensando in voto non dispensat propriè in iure Diuino tollendo obligationem, sed potiùs in materia, circa quam est tale ius illam auferendo, vel mutando. to.5. 627. 2.

In proprio voto Papa potest dispensare. to.4. 519.133.

Votum sine causa legitima nequit à Papa absolui, aut dispensari. to.9. 315. 15; & 318. 43.

Votum solemne professionis in Religione approbata ob quancunque causam etiam vrgentissimam à Papa nequit dispensari. to.9. 701.1; & seq.

Votum continentiæ solemnizatum per susceptionem Ordinis sacri potest à Papa dispensari; non autem votum Religionis. to.9. 703. 2.

Voti solemnis indispensabilitas vnde proueniat? to.9. 705.2.

In voto solemni non intelligitur particula: *Nisi Papa dispenset*. to.9. 706.2.

Votum solemne paupertatis Regularis professi an, & quomodò possit à Papa dispensari? to.9.707. 2.

Votum Religionis, seu Monachatus in substantialibus est dispensabile. to.3.89.1.

Votum, & iuramentum an possint à Papa dispensari? to. 7. 311. 2; & to.6. 770. 6; & 318. 43.

Papa dispensare potest contra vota essentialia Religionis. to.4. 519. 131.

Dispensatus super voto sine causa non est tutus quoad Deum. to.9. 317.30.

Dispensatio, & absolutio à voto, vel iuramento, quando fit cum causa, debet fieri cum causæ cognitione,& parte citata.to.9. 318. 44; & seq.

Votum castitatis perpetuæ, & Religionis an possit à Papa dispensari? to. 5. 164. 133; & 576. 135; & 634. 2.

Alexander III. Papa dispensauit cum Nicolao Iustiniano Monacho professo, vt posset inire matrimonium, ne tam excellens familia deleretur, ex quo matrimonio susceptis filijs ad monasterium rediJt.tom.5. 165.173;& 635. 1.

Votum castitatis à Cælestino III. fuit dispensatum cum Constantia filia Regis Siciliæ Moniali professa. tom. 5. 165. 173;& 635. 1.

Si Papa dispenset cum Diaconis, & Subdiaconis, aut Sacerdotibus absque legitima causa, vt vxores ducant, peccabit mortaliter. to.5.165.176.

Quando Papa dispensat cum clericis,vel monachis, vt ducant vxores, an verè, & propriè dispenset?to.5.166.181.

Fæmina simplici continentiæ, & Religionis voto ligata à Summo Pontifice dispensationem obtinuit ad contrahendum matrimonium, contraxit, vixitque aliquo tempore cum marito, quo mortuo, an ex voto teneatur seruare continentiam, & Religionem ingredi? to.5.166.178;& seq.

Vota castitatis possunt dispensari, quando non sunt perpetuæ castitatis, sed vel sunt ad tempus, vel partialis castitatis. tom. 5. 507. 87.

Votum, si fiat de seruanda castitate per centum annos, tunc enim, cùm non præsumatur durare ampliùs vita hominis, censetur esse votum castitatis perpetuæ. to. 5. 508. 87.

Vota, quæ non sunt vota integræ, nec omnimodæ castitatis, possunt ab Episcopo dispensari. to.5.508.87.

Votum non nubendi, seu non ineundi matrimonium potest Episcopus dispensare. to. 5.508.87.

Episcopus in qualitate adiuncta substantiæ voto Religionis potest dispensare. tom. 5. 508. 88.

Promittens non solùm Religionem,sed etiam perseuerantiam in illa, quamuis reseruetur Papæ Religionis dispensatio; potest tamen Episcopus dispensare in voto perseuerantiæ, quod est diuersum à voto Religionis, cùm non dispensetur in voto Religionis, sed in qualitate annexa.to.5.509.88.

Votum an, & quomodò siue solemne, siue simplex possit à Papa dispensari? to.7.311. 15 & seq.

Papa non potest dispensare cum monacho,vt matrimonium ad tempus contrahat. to.5. 576. 136.

Religiosus dispensatus ad matrimonium contrahendum,an maneat liber à voto paupertatis, & obedientiæ? to.5.577.137.

Regularium vitæ annexa est castitas, & paupertas ita, vt non possit Papa dispensare secundùm aliquos, sed veriùs est posse. to. 5.578.139;& 140.

An Papa possit dispensare, vt persistente Monachatu habeat proprium propriè dictum? to.5.577.138.

Item an possit Religiosi irritare vota, sicut cæteri Prælati?to.5.585.177.

An habenti votum solemne paupertatis possit Papa concedere dominium rei alicuius? to.5.579.144.

Vota Episcoporum.

Episcopi non possunt vota emittere, renunciare Episcopatui, aut Religionem ingredi inconsulto Romano Pontifice. tom. 5. 585.178.

Vota huiusmodi non sunt omnino irrita; quia habent conditionem affirmatiuam, si placuerit Summo Pontifici. tom. 5. 585. 178.

Liberi tamen sunt à voto negato consensu Papæ.to.5.585.178.

Votum magnæ peregrinationis ab Episcopo emissum est validum de se ratione conditionis inclusæ, si Papæ placuerit. tom. 5. 585.178.

Erit tamen irritum,quando consideratis considerandis iudicaretur maius Dei obsequium, & bonum ouium non abesse, sed residere.to.5.585.178.

Vota Societatis Iesu.

Religiosi Societatis post vota emissa ante professionem possunt retinere dominium suorum bonorum, non tamen vsum. to. 5. 578.141;& 142.

Religiosi Societatis ex peculiari voto obligantur Summo Pontifici circa missiones. to. 5. 576. 134.

Votum solemne Societatis Iesu in quo propriè consistat? to.8.610.1.

Vota simplicia Societatis Iesu an constituant verè, & substantialiter Religiosum illa vouentem, & an sint substantialia vota Religionis? to.8.611.1;& seq.

Innocentij III; Bonifacij VIII; & Gregorij XIII. doctrina circa voti solemnitatem, vbi plura de votis Societatis Iesu. tom. 8. 610. 1; & seq.

Votum Conciliorum.

Vota si essent ita diuisa in varias partes,quòd non posset dignosci maioritas numeri, nec sanioritatis, nec auctoritatis, cui esset standum? to.9.224.58.

Vota si sint diuisa in duas partes, & Papa sit præsens Concilio, præualet sententia,cui

Papa adhæret, licèt sit minor pars. to. 9. 224. 60.
Secus verò,si ageretur de causa fidei, vel contra Papam.to.6.224.60.

Vox.

Vox Hus Boemico idiomate anserem significat. to.3.588.2.
Vox in Concilijs alia est consultiua, alia decisiua.to.13.491.1.
Vox Alleluia est vox Hebraica, quæ idem significat, ac laudate Deum. tomo 19. 135. 1.
Vox *Baba* Græcè significat idem, quod latinè significat Auus. to. 1. ex Ecchellensi.15.2; & 20. 2.
Habuit originem in Concilio celebrato in Ægypto sub Heracla. to.1. ex Ecchellensi. 16. 1.
Vox Babylon significat confusionem. tom.3. 270.1;& seq;& to.17.633.2;& seq.
Item significat ciuitatem Diaboli per totum Orbem diffusam oppositam Ciuitati Dei. to.7.210.2;& to.18.597.1.
Vox Babylon fuit mysticè translata ad significandam Romam Gentilem, & Ethnicam, non autem RomamCatholicam.to.12.499. 2; & seq; & to. 18. 514. 1; & seq;& 597. 1; & seq.
Item fuit translata ad significandam omnem animam peccatricem, iniquam, & sceleratam.to.12.498.2.
Vox Bariona significat filium hominis fragilis, caduci, & miserabilis. tom. 18. 230. 1.
Vox Basan significat confusionem, prostrationem, abiectionem, & depressionem. to. 3. 195. 2.
Vox Beniamin significat idem, ac filius dexteræ.to.4.572.5.
Vox Cœlum in Scripturis aliquando significat Ecclesiam catholicam in terris militantem. to. 3. 232. 2.
Item aliquando significat sanctum, vel animam alicuius iusti in gratia constituti. to. 3.232.2.
Vox catholicus deriuatur à voce Græca *Cathos*, quæ latinè significat commune, seu vniuersale, ac per totum Orbem diffusum. to.13.311.2;& to.14.5.1.
Vox Cephas Hebraicè significat caput; Syriacè verò petram. to. 4. 755. 20; & to. 7. 19. 1; & to. 8. 141. 2; & to. 11. 262. 5; & to. 12. 579. 2; & seq; & to.14. 365. 1;& to. 18. 5.2;& 478.1.
Vox dypticon significauit tabulam, in qua scribi solebant nomina Episcoporum, Archiepiscoporum, & Patriarcharum; imò & Chorepiscoporum, Archipræsbiterorum, & Archidiaconorum, quorum nomina ad altare recitari solebant antiquitus in Ecclesia, in qua obierant cum bona fama communionis catholicæ. to. 6. 479. 1; & seq.
Vox Episcopus significat inspectorem, interpretem, & custodem. to. 1. ex Ecchellensi. 17. 1; & to. 2. ex Aluarez. 16. 2; & seq; & to.8.362.1;& 875.1.
Vox Ethnicus significat infidelem, qui est extra Ecclesiam Catholicam. tom. 3. 501. 1.
Vox Euangelium significat bonum nuncium, & aliorum omnium supremum. tomo 16. 414. 8.
Vox Eucharistia significat bonam gratiam, seu gratiarum actionem. tom. 19. 52. 2; & seq.
Vox fauus significat Diuinitatem iuxta Bedæ interpretationem.to.4.7.2.
Vox Heli interpretatur Deus meus. tomo 3. 245. 1.
Vox hexaclinon, seu hexaclinion significat accubitum sex personarum in mensa. to.4. 11.2.
Vox Iesus significat tres numeros octonarios, in quibus sunt magna mysteria. to.3. 599.1;& seq.
Vox iubilæus significat libertatem, vt habet paraphrasis Chaldaica. tom. 5. 447. 1; & seq.
Vox Laban significat idem, ac candidus, vel hypocrita. to. 3. 242. 2; & seq; & 253. 2.
Vox Longinus Græcè significat idem, quod latinè significat hasta, vel lancea. tom. 4. 12. 1.
Vox Nabal significat idem, quod scandalizans.to.3.253.2.
Vox Nemroth significat idem, ac tyrannus, profugus, vel apostata. to.3.41.1.
Vox præsbiter apud Græcos est æquiuoca, & significat idem, quod senior. to. 13. 242. 2.
Vox Sysara interpretatur Diabolus. tom. 4. 206. 2; & seq.
Vox Vr significat idem, ac ignis, & indicat mentis feruorem.to.3.255.2.
Vid. nomen.

Vrbana.

Vrbana, Vrbica, & Vrbicaria sunt voces Sinonymæ, quæ significant idem, quod aliquo modo spectat ad Vrbem, & ad illam refertur.to.4.312.1.
Vrbana, Vrbica, & Vrbicaria sunt voces latiùs patentes, quàm suburbanum, suburbicum, & suburbicarium. to. 4. 312. 1; & seq.
Vid. Suburbicaria.

Vrbanus I. Papa.

Vrbanus I. Romanus successit Calixto I. to. 7.800. 2;& to.10.283.2.
Fuit obiurgatus à Magdeburgensibus, quòd instituerit Sacramentum confirmationis post Sacramentum baptismi. to.10. 465.1; & to.1.339.1;& to.8.439.2; & to.18.20.1; & to.15.139.359;& to.18.639.2.
Docuit, quòd contra statuta Patrum condere aliquid, vel mutare nec Sedis Apostolicæ potest auctoritas. to. 3. 292.2.
Non instituit Sacramentum confirmationis, sed ex Apostolica traditione acceptum confirmauit.to.1.339.1.

Vrbanus II. Papa.

Vrbanus II. Papa primus omnium aliorum Pontificum in Concilio Claramontano aduersùs Saracenos bellum Sacrum indixit. to.1.571.2.
Ab Alexio Imperatore Constantinopolitano, & Simeone Patriarcha Hierosolymitano litteris sollicitatus aduersùs Turcas, & Saracenos Syriam,& Asiam vastantes trecenta millia armatorum misit in Orientem sub Gothifredo, qui illas barbaras gentes ex illis Regnis eiectas Orientem Impera-
to-

toribus Constantinopolitanis ereptum à Turcis reddiderunt. to.1.571.2; & to.10. 75.2;& to.20.27.2;& seq.

Vrbanus II. post Victorem III; qui Gregorio VII. successerat, electus libertatem Ecclesiasticam aduersùs oppugnatores restituit. to.1.559.1; & seq.

Guilelmum Angliæ Regem infensum, & iniurium S. Anselmo Canthuariensi Archiepiscopo, quia Guibertum Antipapam execrabatur, voluit percellere, nisi idem S. Anselmus pro eodem Rege intercessor extitisset, & Sponsor. tom.1. 559.1; & sequ.

Vrbanus II; cùm Rogerium Siciliæ Comitem zelo in Ecclesiam feruere cognosceret, reuocato Roberto Episcopo Tranensi Apostolicæ Sedis Legato, Legationem B. Petri in Siciliam ad hæredes transituram eidem Rogerio concessit ea conditione, vt nullus alius Legatus ipso inuito mitteretur. to. 1. 463. 2.

Vrbani II. diploma Legationis perpetuæ Rogerio Comiti Calabriæ, & Siciliæ missum à Fazello Siculo adulteratum,& corruptum in opprobrium Ecclesiæ vniuersæ. tom. 1. 463.2; & seq.

Vrbanus II. hoc diplomate nec seipsum, nec suos successores, neque Sedem Apostolicam iure Diuinitus ei concesso nec voluit, nec potuit spoliare.to.1.559.2.

Philippum Francorum Regem eo, quòd viuente propria vxore aliam superinduxerat alterius viri vxorem, anathemate perculit. to.4.36.1;& to.20.19.2; & seq.

Priùs excommunicauerat Henricum III. Germaniæ Imperatorem ob enormia scelera, à quo ex Italia depulsus se recepit in Galliam, vbi Philippum incæstuosum, & adulterum, qui electa vxore legitima coniugem Fulconis Andegauensis non sine grauissimo populorum scandalo sibi copulauerat, anathemate percussit. to. 10. 75. 2; & to. 20. 27. 2;& seq.

Trecenta millia peditum, & centum millia equitum instituit, quibus Asiam, & Palestinam,ac Christi Domini Saluatoris sepulcrum à Barbarorum manibus recuperauit. to.10,75.2;& to.20.27.2;& seq.

Vrbanus III. Papa.

VrbanusIII. Papa contra legem Imperatorum concessit licentiam viduis nubendi intra tempus luctus, scilicet intra annum. to.3. 35. 2.

Vrbanus illa Christi Domini verba: *sit tibi, sicut Ethnicus, & publicanus*: docuit intelligenda esse de excommunicatione ferenda in Ecclesiæ inobedientem,& contumacem. to.9.503.57.

Vrbanus IV. Papa.

Vrbanus IV. Papa transtulit Siciliæ Regnum in Carolum I. Andegauensem Comitem S. Lodouici Regis Galliarum fratrem.to.6. 781.2.

Fuit accusatus à Centuriatoribus, quòd rogante S.Thoma Aquinate Festum corporis Christi Domini celebrandum instituit additis ementitis indulgentijs; propter quod ab ijs blasphemarus fuit, tanquam Idolomaniæ auctor horribilis. to.8.460.1.

Vrbanus IV. fuit natione Gallus, & successit Alexandro IV; & successorem habuit Gregorium X. tom 7. 811. 1; & tom. 10. 285. 2.

Vrbanus V. Papa.

Vrbanus V. Pontifex vnanimi omnium Cardinalium consensu fuit electus. to. 7. 811. 2.

Curiam Romanam, quæ septoaginta annorum spatio fuerat in Gallia, Summo Romanorum consensu transtulit Romam. to. 7. 811.2.

Vrbanus VI.

Vrbanus VI. Papa Neapolitanus habuit contra se Clementem VII; qui Auenionem Sedem tenuit.to.10.285.2.

Vrbanus VI. erat Barentinus Archiepiscopus, patria Neapolitanus, vel Pisanus; & extra Collegium propter discordiam Cardinalium fuit electus. to.9.9.11. 2.

Post eius publicationem, consecrationem, & adorationem, & intimationem factam Christianis Principibus aliqui Cardinales confugientes ad Ciuitatem Fundensem elegerunt Clementem VII. dictum antea Robertum de Gebenna, qui Curiam Romanam Auenionem transtulit, & secum aliquos Cardinales adduxit. to.9.9.11.

An Cardinales, & Prælati; qui ab obedientia Vrbani VI. recesserant, commiserint schisma; & Vrbanus VI. restitui debuerit? to.9.23.95.

Eius electio fuit facta per impressionem metus,nec per quoscunque actus consecutiuos potuit ei aliquod ius acquiri; ac propterea electio Clementis VII. Fundis à Cardinalibus facta fuit valida. tom. 9. 118.138.

Vrbani VI. seueritatem Cardinales ferre non valentes omnes,vno tantùm excepto, fugetunt Anagniam .to. 9. 805.1.

Post electionem Vrbani VI;& Clementis VII. cepit crudelissimum schisma, quod durauit vsque ad Constantiense Concilium, à quo tribus Papis depositis fuit extinctum. to.9.805.1.

Vrbanus VI. furibundam populi turbam in palatium irruentem Pontificijs vestimentis ornatus exterruit visa illis Christi Domini verbis: *Quem quæritis*? to.10.73.2.

Vrbanus VI. fuit per vim, & metum creatus; quia Cardinales populi minas metuentes iactantis se illos viuos combusturum, si Pontificem Gallum elegissent; timebat enim, ne Pontifex Gallus Auenionem rediret,elegerunt Barensem Archiepiscopum, qui Vrbanus VI. fuit appellatus. tomo 3. 348.1;& seq.

Vrbanus VIII. Papa.

Vrbanus VIII. Papa soli Romano Pontifici reseruauit canonizationem Sanctorum. to. 9.737.1.

Vrbani VIII. nonnulla decreta circa canonizationem Sanctorum. tomo 9. 737. 1, & seq.

Vrbanus Episcopus Siccensis.

Vrbanus Siccensis Episcopus priùs fuit presbiter Ecclesiæ Hipponensis à S. P. Augustino in monasterio educatus; & ex monasterio fuit ad Episcopatum assumptus teste eodem S. P. N. Augustino. to. 6. 332. 2;& seq.

Vrbani Episcopi Siccensis controuersia cum

quibusdam Pelagianis cepta ex oratione Dominica.to.6.332.2.

Vrbani Siccensis Episcopi electio facta fuit sub Zosymo Papa. to. 6. 332. 2; & seq.

Vrbanus Siccensis Episcopus damnauit Apiarium præsbiterum suum.to.6.333.1.

Vrbanus fuit Romam euocatus à Zosymo, vt de suis in Apiarium actis redderet rationem.to.6.332.2.

Vrbanus Siccensis dannauit Apiarium, quia fuerat illegitimè ordinatus; & quia diuersa crimina patrauerat in Trabacensem Ecclesiam, & quia erat multis fœdatus flagitijs; & quia contumaciter, & dolosè omnia, quæ obijciebantur ei, abnegabat. to. 6.335.2.

Vrbanus ex testimonio Zosymi, quod in Apiario corrigendum erat, sine vlla dubitatione correxit.to.6.336.1.

Vrbanus apud Zosymum in multis ab Apiario accusatus; ac propterea Zosymus iussit, vt suas vias corrigeret, aliter corrigendus à Papæ Legatis.to.6.336.1.

Vrbanus obedienter, & promptè se Zosymi mandatis submisit, & Apiarij causam Synodo Carthaginensi discutiendam reliquit. to.6.336.1.

Vrbicaria.

Vrbicariæ prouinciæ dicebantur illæ, quæ Vicario Vrbis erant subiectæ. tom. 4. 312. 6.

Vrbicariæ prouinciæ dicebantur illæ, quæ sunt subiectæ Vicario Vrbis Romæ, ad differentiam earum prouinciarum Italiæ, quæ erant subiectæ Vicario Mediolani, qui regebat alteram partem Italiæ, quæ complectebatur Venetias, Istriam, Æmiliam, Liguriam, Flaminiam, Picænum annonarium, Alpes Cotias, Rhetiam primam, & Rhetiam secundam.to.4.312.6.

Vrbicaria distinguebatur etiam à voce Vrbana, quòd hæc significabat, quæcunque spectabant ad Vrbem, aut ad Magistratus Vrbanos quocumque modo; vrbicaria autem significabat prouincias Vicario Vrbis subiectas.to.4.312.6.

Vrbicaria distinguebatur à suburbicaria, tanquam aliquid minùs vniuersale ab aliquo magis vniuersali; nam vrbicariæ continebant suburbicarias, non è contra; quia suburbicariæ erant sub Præfecto Vrbis; at sub Vicario Vrbis erant Suburbicariæ, & vrbicariæ.to.4.312.6.

Vrbicariæ regiones etiam dicta sunt non tantùm loca Vrbi vicina, sed etiam omnes prouinciæ, & regiones intra, & extra Italiam vbique gentium positæ, quæ ex eo, quòd annonam deferebant ad Vrbem, vrbicariæ appellabantur; & singulæ prouinciæ plurimas Ciuitates complectebantur; & in hoc sensu vrbicaria cum suburbicaria confundebantur; propter quod hæc acceptio impropria, & inuerisimilis est. to. 1. 417.2; & seq.

Vrbicariæ prouinciæ omnes erant decem, quæ Præfecto Vrbis erant subiectæ; & in hoc sensu etiam vrbicaria, & suburbicaria confunduntur, quæ tamen sunt distinguendæ. to.6.199.1.

Vid. Suburbicaria, & Vrbana.

Vrbs.

Vrbs Malacensis à S. Francesco Xauerio fuit mirabiliter liberata à contagio. tomo 10. 78. 1.

Vrbs Bituricensis fuit combusta paulò, postquam recepit, & approbauit Concilium Basileense.to.3.421.1.

Vrbes, & loca, in quibus Episcopi, & Primates debent residere, ab initio nascentis Ecclesiæ fuerunt determinata, & statura à Romanis Pontificibus SS. Clemente, & Lucio.to.16.401.2.

Vrbs per antonomasiam appellata fuit Roma. to.4.312.6; & seq.

Vrsacius.

Vrsacius, & Valens Arij sectatores primarij literas ad Iulium Papam dederunt, quibus confessi fuerunt omnia, quæ de S. Athanasio ad illorum aures peruenerant, falsa esse, & commentitia, & solùm per fraudem deceptos ea credidisse; ac propterea veniam petierunt.to.16.57.1.

Communionem cum S. Athanasio summoperè optarunt, pro quo S. Pontificem enixè rogarunt.to.16.57.1.

Protestati etiam fuerunt se nunquam desciscuros ab eo, quod ipsemet Papa statuisset; si aliquando Episcopi Orientis præ malitia in iudicium hac de re eos vocare voluissent.to.16.57.1.

Tandem abiurato Ario, eius hæresi, ac illius sectatoribus coram omnibus præsbiteris huic confessioni subscripserunt. tomo 16. 57.1.

Vrsacius, & Valens Episcopi Ariani sui erroris pœnitentiam agentes vna cum libellis professionis fidei profecti sunt Romam ad B. Iulium Papam pro reddenda sui erroris ratione.to.18.20.1.

Vrsacius, & Valens Iulio Papæ libellum pœnitentiæ offerentes communionem cum Ecclesia Catholica meruerunt. tom. 2. ex Pighio.106.2.

Vrsicinus Antipapa.

Vrsicinus, quem alij Vrsinum vocant, contra Damasi Papæ electionem à factiosis hominibus in Basilica Sicinnini fuit oppositus; sed nullum habuit sectatorem, quin potiùs etiam armis, tanquam schismaticum notorium, prosecuti sunt. to.1.10.2.

Eius causa sæpius discussa ex decreto Imperatorum fuit abiectus; & Prætextatus Vrbis Præfectus eum exilio mulctauit. to. 1. 10. 2.

Marcianus Imperator edidit legem contra Vrsicinum, ne aduersùs Damasum Papam, cui Vrsicinus Romanam Sedem inuidebat, quidquam moliretur, ne quidem per se, cùm in exilio esset, sed per suos Episcopos, quos ordinauerat, qui contempto Damasi iudicio, suas sedes impunè retinebant. to.6.112.2.

Vrsicinus, & facto Episcoporum, qui eum sequebantur, & legitimis obtemperare detractabant iudicijs, Ecclesiæ Catholicæ pacem turbarunt non modicùm. to. 6. 112. 2.

Vrsicini sectatores vel ab ipso ordinati, vel ab ipso seducti à S. Damaso fuerunt synodaliter damnati, tanquam schismatici; rebelles verò Pontifici suas cathedras violen-

lentes retinentes, Ciuitates turbantes, plebem circumscribentes, atque inconditо impetu Ecclesiam, & Rempublicam arietantes.to.6.169.2.

Vrsicino in Gallias relegato, & intra Agrippinensis Coloniæ muros circumscripto Episcopus Parmensis,& Episcopus Puteolanus Villius factionem contra S. Damasum Papam fouere non omittebant. tom. 6. 169. 2.

Vrsicini sectatores Gratiani lege ab Imperatoribus Arcadio, & Honorio confirmata centum millibus ab ea Vrbe, quam infecerant seditionibus, exulare coacti fuerunt. to.6.169.2.

Legem hanc contra Vrsicini sectatores latam, & promulgatam, vt etiam extenderetur ad suos Episcopos Africana postulanit Ecclesia, cuius Primas erat Aurelius, qui illam petijt à Principe.to.6.170.1;& seq.

Vrsus.

Vrsus, & Tuentius à Proculo, & Lazaro in Gallijs fuerunt illicitè consecrari in Episcopos.to.6.119.1.

Vrsi, & Tuentij ordinatio fuit facta prætermissoMetropolitano ab Episcopis damnatis, & depositis.to.6.119.1.

Vrsus, & Tuentius ob malos mores fuerunt in diuersis Synodis accusati, iudicati, & damnati. to.6.120.2;& seq.

Fuerunt à Zosymo Papa per totum Orbem à communione Ecclesiæ separati, & a quocunque Ecclesiastico gradu depositi. to.6. 120.2.

Vrsus, quamuis electus Episcopus, attamen propter obiecta crimina potuit legitimè excuti. to.6.121.1.

Vrsus, & Tuentius fuerunt præuaricatoriè, & illegitimè in Episcopalem dignitatem intrusi; nempe per alienum, & imaginarium Metropolitam; & per cooperationem Lazari iam damnati, & depositi; ac illegitimo die, cum contemptu omnium Episcoporum comprouincialium, & proprij Metropolitæ.to.6.121.1.

Propter hæc, & propter alia crimina obiecta fuerunt à Patroclo eorum vero Metropolita in Synodo prouinciali damnati, depositi, & à suis sedibus Episcopalibus extrusi. to.6.121.1.

Vrsus, & Tuentius appellarunt Romam ad Zosymum Papam, sed non retulerunt, nisi damnationem suæ consecrationis, eiusque solemnem per omnes sub Cœlo Ecclesias publicationem.to.6.121.1.

Vsucapio.

Vsucapio definitur adiectio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti.to.11.20.2.

Vsucapio non distinguitur à præscriptione per id, quòd vsucapio sit rerum mobilium, præscriptio verò rerum immobilium; vt perperam aliqui autumant; nam vsucapio definitur à Vulpiano adeptio dominij per continuationem possessionis dominij anni, vel biennij: rerum quidem mobilium anni; immobilium verò biennij. to.11.20.2.

Vsucapio non nisi publico bono fuit introducta; ne scilicet quarumdam rerum diu, & ferè semper incerta esset dominatio; & vt esset aliquis finis litium.to.11.21.1.

Vsucapio non est iniqua, & iniusta, nec iuri naturali vllatenus est aduersa. tom.11.21. 1.

Vsucapione, & præscriptionis exceptione dominium non tantùm directum, nec tantùm vtile, sed etiam omnino plenum, verum, instum, & rectumnobis acquiritur, siue res sint mobiles, siue immobiles. tom.11.21. 1.

Vsucapionis forma est possessio, quæ debet esse iusta, idest iusto titulo, & bona fide acquisita.to.11.21.1.

Ad vsucapionem non sufficit titulus generalis, sed requiritur titulus specialis, nempe titulus vel pro emptore, vel pro hærede, vel pro donato, vel pro derelicto, vel pro legato, vel pro dote.to.11.21.1;& seq.

Vsucapio deficit deficiente titulo; quia deficiente titulo deficit iusta possessio; & deficiente iusta possessione deficit vsucapio.to. 11.21.2.

Tandem vsucapio deficit deficiente bona fide, quæ debet esse conscientia omnino sincera absque vlla animi hæsitatione; nam deficiente bona fide deficit iusta possessio, & per consequens deficit vsucapio. tom. 11. 21. 2.

Si iusta erroris causa interueniat, vsucapit is, qui putat se heredem, quamuis hæres non sit.to.11.22.1.

Pro hærede vsucapit is, qui iustam causam existimandi se heredem esse habuerit.to.11. 22.1;& seq.

Etiam vsucapionis ratione conuenit Romano Pontifici potestas in totam Ecclesiam; & ex vsucapione peremptoria præscriptionis exceptio emanauit.to.11.22.2.

Vsus.

Vsus, quantumuis diuturnus, vim legis nequit habere, nisi ex tacito populi consensu. to. 13.240.2.

Non omnis vsus viuendi,sed solus vsus viuendi bonorum consuetudo est; sicut non omnis vsus loquendi, sed solus vsus loquendi eruditorum consuetudo loqui appellandus est.to.13.240.2.

Vsus potestatis à Christo Domino traditæ, seu vsus clauium est vsus potestatis spiritualis.to.13.179.1.

Pro vsu clauium non licet quidquam accipere, quia minister nequit vendere,quod Dominus gratis donat;nec dispensator nequit accipere aliquid pro eo, quod Dominus omnino gratis dispensat.to.13.179.1.

Vsus clauium ob lucrum temporale nullo fine,quantumuis bono,potest fieri licitus.to. 13.179.1.

Vsus perpetuus fuit in Ecclesia venerandi Sanctos, quos Romanus Pontifex Sanctorum numero adscripsit.to.13.138.1.

Vsu consumptibilia alia sunt, quæ vnica actione consumuntur, vt panis, vinum &c; alia verò, quæ longiori tempore durant, nec statim consumuntur, vt vestes, libri, vtensilia, & cætera huiusmodi.to. 8.479. 1.

Vsus non potest separari à dominio in rebus, quæ vsu consumuntur, siue statim consumantur, vt cibus; siue tempore longiori subsistant, vt vestes &c. to.8.480.1.

In tantùm vsura est peccatum; in quantùm vsus

vsus à dominio separari attentatur. to. 8. 380.1.
Cui conceditur vsus rei consumptibilis, conceditur etiam dominium quantùm ad potestatem ea vtendi, to.8.480.1.
Vsus rei consumptibilis potest separari à dominio respectu alienationis; v. g. cùm alicui traditur potestas habitandi aliquam domum, nequit illam alteri locare, vel donare; sic cùm quis inuitatur ad mensam, nequit alium sibi surrogare &c. to. 8. 480. 1.
Vsus est assumptio rei in facultatem voluntatis, vel applicatio rei ad aliquam operationem.to.8.480.1.
Religiosi habentes vsum rerum mobilium, & immobilium, quæ illis datæ sunt à fidelibus, habent verum dominium. to. 8. 480. 1.
Vsum in rebus consumptilibus distingui à dominio non fuit definitum àIoanneXXII. to.8.481.2.
Vsus alius est vsus facti, & hoc à dominio distinguitur; alius est vsus iuris, & hic à dominio non differt. to.8.481.2.

Vtile, vtilitas.

Vtile aliquando viriatur, & aliquando non vitiatur per inutile.to.9.350.269.
Vtilitas publica præferenda est vtilitati priuatæ; & ob vtilitatem publicam propria vtilitate quis debet priuari. to.9.412.26.
Vtile est Ecclesiæ aliquando dispensare cum bigamo,aut percussore.to.13.556.2.
Vtilitas Conciliorum generalium quanta sit? to.4.646.2;& to.5.686.1;& to.1.70.2; & to. 10.546.1;& to.11.387.2;& to.12. 608.1.& to.19.9.1.

Waldenses.

Waldenses, siue Pauperes de Lugduno dixerunt Ecclesiam Romanam omisisse veram fidem,& factam fuisse Sathanæ synagogam. to.10.215.2.
Waldenses negarunt singularem Romani Pontificis auctoritatem asserentes omnes præsbiteros auctoritate esse pares; ac propterea ab obedientia Romani Pontificis se separarunt.to.10.304.2.
Waldensium, & Albigensium hæreses duodecimo sæculo exortæ à Christianissimis Galliarum Regibus fuerunt extinctæ. to. 15. 332.2.
Waldenses negarunt Christiano Magistratui licitum esse leges condere, & reos punire. to.15.271.1.
Asseruerunt per quodlibet peccatum mortale amitti potestatem Ecclesiasticam, & laicalem.to.15.270.2.
Dixerunt omnia miracula, quæ in Ecclesia patrantur,esseDiaboli illusiones,præstigia, fictiones, & mendacia Papistarum. to. 8. 725.1;& seq.
Waldenses docuerunt successoribus Apostolorum, scilicet Papæ, & Prælatis Ecclesiasticis repugnare dominium in temporalibus, nec eis licere habere diuitias; vnde Ecclesiam asseruerunt durasse vsque ad Syluestrum Papam,à cuius tempore post Constantini Imperatoris donationem voluerunt Ecclesiam defecisse.to.3.65.1.
Omnem auctoritatem Principibus,& omnem prorsus obedientiam subditis ademerunt, quam dixerunt simul stare non posse cum libertate Euangelica; ideo nullum penitus inter Christianos superiorem esse posse. to. 5.90.2.

Walafridus Strabo.

Walafridus Strabo docuit multas gentes imitari mores Romanorum, quia ex Apostolis descendunt.to.1.107.1.
Item nullam aliam Ecclesiam æquè, ac Romanam ab omni fæce hæreseon cunctis retro temporibus liberam, & puram fuisse,& permansisse.to.1.107.1.

Walpolus.

Walpoli Angli inuicta constantia, ac tolerantia mirabilis in subeundis tormentis à Caluinistis Anglis illi pro Christi Domini fide crudelissimè illatis.to.1.266.1.
Walpolus, cùm torqueretur acerrimè, nihil aliud, præter Iesu nomen ex ore suo proferebat.to.1.266.1.
Nouo, & à sæculis inaudito crudelitatis genere à Caluinistis fuit laniatus, & peremptus.to.1.266.2.

Wandali.

Wandali Reges nullum permiserunt sine suo consensu nouiter institui, & erigi Episcopatum. to.6.461.1.
Wandali Africa potiti Ecclesiasticam disciplinam statim euertere ceperunt. to.6.233. 2.
Sub wandalica persecutione Carthaginensis Ecclesia, quasi vidua gemuit. to. 6. 235. 1.
Wandalorum ciectio ex Africa facta fuit ante nouam Imperatoris Iustiniani dispositionem.to.6.250.1.
Sub wandalica captiuitate innumeræ Africæ Ecclesiæ erant suis orbatæ Pastoribus, & ministris; ac pristinus ille disciplinæ Ecclesiasticæ vigor perierat, qui sub S. Cypriani, & aliorum temporibus floruerat. to.6.329.2.
Plurimæ sacræ Virgines à barbarica Wandalorum violentia fuerunt oppressæ, & desloratæ.to.6.330.2.
Wandali Ariani insignem Fausti Basilicam multis insignitam Sanctorum reliquijs porcorum, & caprarum multitudine replecerunt, & prophanarunt. to. 6. 339. 2; & seq.
Wandalorum Rex Hunnericus omnesEpiscopos Catholicos ex Africa expulerat. to. 6. 339.2;& seq.
Post eiectos wandalos Episcopi,qui redierunt ad suas Ecclesias, primitias Domino consecrarunt, & vniuersali totius Africæ Synodo coacta ad Ioannem II. Pontificem literas miserunt, quibus miserabilem illarum Ecclesiarum statum ingemuerunt. tom. 6. 339.2;& seq.

Wicclefff.

Wicclef sententia, quòd Romana Ecclesia non sit suprema inter alias Ecclesias, damnata fuit à Martino V. Pontifice. tom. 9. 580.211.
Wicclef docuit Romanum Pontificem non habere iurisdictionem temporalem. to. 9. 672.2;& seq.
Post Vrbanum VI. non admisit alium verum Pontificem, quia negabat Martinum V. esse Papam legitimum, quoniam ab illo

damnatus fuerat. tom.9. 728.2.

Wiccleff asseruit Ecclesiam Romanam esse Sathanæ synagogam, adeoque veram fidem catholicam amisisse; & Papam non esse proximum, & immediatum Christi Domini Saluatoris Vicarium. tomo 10. 215. 2.

Wiccleff, & eius sectatores omni conatu in Romani Pontificis auctoritatem insurrexerunt.to.10.304.2.

Wiccleff, quem secuti sunt Lutherani, & Caluinistæ, docuit Romanum Pontificem non minùs, ac quemlibet alterum hominem, cui æqualem tribuit auctoritatem, errare posse in canonizatione Sanctorum. to. 10. 489.2.

Wiccleff, & Ioannes Huss docuerunt Religiones à Diabolo fuisse introductas. tom. 10. 500.1.

Wiccleff, Ioannes Huss, & Hieronymus Pragensis Eucharistiæ mysterium violare ausi sunt, propterea eorum impietas in Concilio Constantiensi ab Ecclesia fuit solemniter damnata.to.4. 245.1.

Wiccleff, eiusque Sectator Laurentius Valla negarunt nostram voluntatem liberam esse in eo, quod attinet ad rectè agendum, & Diuinis præceptis obtemperandum, solùm in rebus temporalibus libertatem concedentes. to.4. 245.2; & seq.

Wiccleff aliquando confessus fuit S. Matrem Ecclesiam Catholicam Romanam vniuersalem per totum Orbem diffusam à B. Petro Apostolorum Principe fundatam, & vsque modo continuatam fuisse. tom. 5. 22. 2.

Illius horrendæ blasphemiæ, & turpia conuicia in sanctos Patres.to.5.68.2;& seq.

Docuit Ecclesiam constare ex solis prædestinatis, non prædestinatos autem ad Ecclesiam Dei non pertinere.to.18.31.2.

Primus omnium hæreticorum asseruit Romanum Pontificem esse Antichristum. to. 18. 572. 2; & seq.

Wiccleff suam summam perfidiam ostendit, quia instar Herodis Ecclesiam Dei decollare conatus fuit. to.20.267.1.

Dixit quosdam Romanorum Pontificum verisimile esse fuisse Diabolos. tom. 20. 267. 3.

Asseruit non posse ex Scripturis deduci Petrum fuisse Caput totius Ecclesiæ. tom.20. 268. 8.

Docuit probabile esse, quòd Christus Dominus omnibus Apostolis dederit potestatis plenitudinem ad soluendum, & ligandum, & faciendum quodlibet officium Prælati in Ecclesia militante; ac propterea Petrum non habuisse præ cæteris Apostolis excellentiorem potentiam, quatenus fuit Romanorum Episcopus.to.20.269.1.

Wiccleff hæresim Iouiniani suscitauit asserentis Ecclesiam ex æquo fundata fuisse super omnes Apostolos.to.20.270.4.

Docuit non fuisse necessarium propter perpendicularem Christi Domini residentiam super Cœlos aliquem vice illius, qui eius visibilem præsentiam suppleret, iam præferri fidelibus.to.20.271.9.

Insuper dixit potestatem Ecclesiæ non fuisse collatam Diuinitus à Christo Domino, sed ex electione humana, scilicet ex donatione Cæsarea quadrigentis pene annis post Christi Domini mortem.to.20.271.9.

Asseruit Paulum non esse Petro inferiorem, quia habuit potestatem in totam Ecclesiam, cæteris Apostolis in partem sollicitudinis assumptis, quia speciales prouincias sibi susceperunt. to.20.272.2.

Item dixit Iacobum Apostolum fuisse Petro prælatum, quia fuit Episcopus Hierosolymitanus, vbi Christus Dominus erat, antequam moreretur, Episcopus. to. 20. 275. 1.

Insuper docuit Petrum non simpliciter, sed humilitatis gratia cæteris Apostolis antelatum fuisse.to.20.277.1.

Præterea Petrum non fuisse personaliter, sed tantùm figuratiuè illam petram, supra quam fundata fuit Ecclesia. tom.20. 277. 1.

Item dixit fanum esse Catholico non concedere de Petro, nec de aliquo alio Christiano, quòd sit Caput alicuius Ecclesiæ; sed hoc, tanquam Domino proprium, Domino soli reseruare.to.20.279.1.

Ea verba dicta Petro: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: dixit intelligenda esse solùm figuratiuè; quarenus Petrus dicebatur à petra, qui est Christus Dominus, super quem ædificata fuit Ecclesia.to.20.280.1.

Cum suo Magistro Wilelmo docuit Petrum nunquam Romæ fuisse, nec prædicasse; ideoque nec Romæ Episcopum fuisse, sed potius Paulum, qui Romæ fuit, & Romæ prædicauit.to.20.282.1;& seq.

Wiccleff multiplicando Capita Ecclesiæ sic impleuit Christi Domini, & Petri nauiculam, vt pene mergatur. to.20.286.1.

Dixit, quòd nullus sacerdotum præfigendus fuit toti Ecclesiæ præter Christum Dominum; sed quicunque in sinceritate foret vitæ perfectior, ille eo ipso esset Vicarius Christi propinquior.to.20.287.3.

Simul cum Rogaristis Deum præficere mundo abscondito, qui sine superbia, & sine strepitu verborum, & maioritatis contemplatione plus prodest Ecclesiæ. tom. 20. 287. 3.

Wiccleff asseruit totum Caput Ecclesiæ, & totum Corpus Ecclesiæ esse absconditum, & immanifestum; & totum in fornace fouere incognitas latebras; ideirco Capitum Ecclesiæ successio in Ecclesia non datur. tom. 20.288.1.

Item docuit, quòd nec Imperator, nec Ecclesia vniuersalis; imò nec ipsemet Deus de sua potentia absoluta potest efficere, quòd ex eo, quòd qui succedit post Petrum in facie Ecclesiæ Romanus Episcopus, vel Papa, eo ipso sit Caput, vel pars Ecclesiæ, cui sit necessariò obediendum. to. 2. 288. 2.

Insuper docuit, quòd Deus non promisit, quòd quicumque successerit Petro in officio Pastorali Romæ, sit Caput Ecclesiæ.to. 2.288.2.

Negauit Episcopum Ecclesiæ Romanæ capitaliter præeminere super omnes alios Episcopos, sicuti Christus Dominus fuit super omnes suos Apostolos.to.20.293.1.

Wic-

Wiecleffi horrenda blasphemia in Romanum Pontificem eructaea, quem abominationem desolationis noo erobescic vocars. to. 20. 293. 1.

Wicceff negans Romanæ Sedis eminentiam super alias Ecclesias ascendir cathedram pestilentiæ. to. 20. 293. 2.

Item dixit constare de fide; quòd potestas, quam Papa exercet, fuit à potestate Cæsarea, nec habere fundamentum in Scriprura, oisi deriuetur ironicè ex illo Luc. 22. *Reges gentium dominantur &c.* to. 20. 296. 1.

Item docuit eminenriam Sedis Romanæ in dispositionem causarum maiorum emanasse de Cæsare. to. 20. 299. 7.

Simul cum suo magistro Wilelmo Christum Dominum, in quanrùm erat homo mortalis, non habuisse iurisdictionem coactiuam, quia non habuir diuirias, nec diuitum adiutorio vsus est; & sine diuitijs, ac sine adiutorio habentium diuitias iurisdictio coactiua exerceri uon potest; & ideo nec Papam habere vittutem coactiuam, quia nequit esse ChristoDoniloo potentior. to. 20. 299. 1.

Wiccleff iactauit se plenè habere sensum Domini, qnem necesse fuit ipsi assistere totum, quòd secit confirmando; & quòd Christus Dominus ei fuit in moribus similis, sicut & erir in die iudicij. ro. 20. 299. 1.

Dixit potestatem, quæ fingitur à Papa, esse fictam, & ad seducendos subdicos diabolicè introductam. ro. 20. 300. 1.

Item docuir Papam, qui oon sequitur Christum Dominum, & Pettum iu moribos, eis noo succedere io potestate. to. 20. 302. 1.

Item quòd Deus non promisit, quòd quicunque in officio Pastorali Petro successerit, gaudebit dignitate, vt sit capot Ecclesiæ. ro. 20. 302. 1.

Wiccleff Paganotum errorem, & Antiochi, ac Alexandri idololatrarum opinionem defendir; & fouit, cùm dignitatem Papalem asseruit ex vitæ moribus esse existimandam, & ex operibus desumendam. ro. 20. 302. 3.

Item esse ridiculum asserete, qoòd Papa sit summos Pontifex, & quòd Christus nec in Petro, nec in alio talem approbauit dignitatem. to. 20. 303. 3.

Insuper negauie Papam appellandum esse sanctissimum; quia non est reuelatum, ao sie prædestinatus, vel reprobus. to. 20. 304. 1.

Item asseruit Papam iniustè sibi vendicasse nomen Beatissimi, & quòd sir ptimus in discubitu. ro. 20. 307. 1.

Item dixit Papam, & Cardinales non fuisse ordinatos à Christo Domino, sed per diabolum fuisse ioteoductos. tom. 20. 309. 1.

Item quòd hoc oomen *Papa*, cùm sie termious extra scripturam, videtur, quòd in dotatione Ecclesiæ præsumpta sit innentum per Cæsarem; & sic nimis salubre foret Ecclesiæ, quòd non forent Papæ, vel aliqui Cardinales. ro. 20. 309. 1; & seq.

Docuit summam infideliratem esse Papæ electionem à Cardinalibus factam comprobare. to. 29. 312. 1; & seq.

Insuper asseruit Cardinales esse diabolos incarnatos, & earum electiones non esse dignas memoria. to. 20. 312. 1.

Cardiualium electionem damnauit, quia sine errore non sufficiunt ad eligendum bonum Papam. to. 20. 313. 3.

Item dixit Papam non esse secundùm se sufficientem ad eligendos sibi Cardinales loco Apostolorum. to. 20. 313. 6; & seq.

Item docuit Papæ electionem Diuinæ prouidentiæ esse relinquendam, & potiùs prædicationem, & orationem esse amplectendam humiliter. to. 20. 314. 1.

Asseruit Papæ electores debere cognoscere, quem hominem Christus Dominus ad Ecclesiæ ædificationem elrgerit. to. 20. 314. 1.

Item Papæ electionem noo esse faciendam, sed Apostolorum exemplo io electione Matthiæ pet sortes esse scrutaodam. to. 20. 315. 5.

Docuir Romam non esse locum aptum Christi Domini Vicario, qnia sicut Cæsar priùs infideliret perdidit vitas corporum martyrum Christi Domini; ita Papa perdit vitas animarum; & quia Cæsar, qui Papam dotauit, resedit in illa villa contra legem, quam Christus Domious suis Apostolis præcepit, & ordinauit. tom. 20. 317. 1; & seq.

Item asseruit Papam nullo modo Romæ debere Sedem *habere; quia Roma* est principalis locus, in quo sæculum regnar in terris; Papa autem à sæculo, sicut Christus Dominus, debet elongari; ideo potiùs Bethleem, vel Hierusalem debet eligere. to. 20. 318. 3.

Item dixir, quòd cùm Christus Doojinos occisus fuerit extra portas Hierusalem, teliquit maiorem sanctitatem, vt illic resideat eius Vicarius. to. 20. 319. 5.

Item Papam in omnibus suis actiooibus, vt coronando Cæsarem, conferendo Episcopatus, & alias dignitates, ac beneficia, concedendo priuilegia, & indulgenrias oon quærere, nisi gloriam mundanam, & proprium lucrom. to. 20. 321. 1; & seq.

Item negauir Papam posse concedere priuilegia; oam illa opera, ad quæ priuilegia cooceduntur, sunt vtilia; & sic possunt absque Papæ licentia fine periculo fieri; vel sunt oociua, & sic nequeunr à Papa dispensari, vt fiant. to. 20. 323. 2.

Wiccleff dixit Græcos diuisos esse à fidelibus nomine tenus; Latinos autem Ecclesiæ filios esse maniacos diuisos à fidelibus Græcis, & à fide Domini Nostri Iesu Christi, secutus Iulianum Pelagianum, qui Maniacos vocanit Occidentales Episcopos. to. 20. 327. 1.

Item asseruit Occidentalem plagam, quia sequitur Ecclesiam Romanam, esse Maniacam. to. 20. 328. 3.

Irem dixir obediendum esse Papæ, & coicumque Prælato Cæsareo, in quantùm docet fidem Christi Domini, & virturea; & sic etiam diabolo incarnato obedire tenentur omnes Catholici. to. 20. 330. 1.

Item ex dissensione Pontificum circa Papatum magoum bonum Ecclesiæ prouenisse; quia iam visa debilitate Antichristi con-

fortau-

fortantur fideles ad promulgandas multas sententias Euangelicas, & ad veritatem sequendam. to. 20. 330. 1; & seq.

Wicceleff in hoc habuit magistrum Iulianum Ecclanensem asserentem schisma inflictum fuisse Ecclesiæ Romanæ inter Damasum, & Vrsinum in pœnam, quia in præceptorem suum Pelagium sententiam damnationis edixerat. to. 20. 330. 2.

Item dixit, quòd superbia, & cupiditas Romanorum Pontificum, qua alijs præsidere, & præeminere cupierunt, fuit in causa, quare Græci à Latinis fidelibus fuerint segregati, & diuisi. to. 20. 331. 3; & seq.

Item docuit Romanum Pontificem non posse alios de hæretica prauitate conuincere; quapropter Curiam Romanam, quæ hoc facere præsumit, mysticè esse castellum, quod est contra Christi Domini Apostolos Matth. 21. to. 20. 333. 1.

Wicceleff secutus fuit veterum hæreticorum consilium asserentium non esse obediendum, nisi bonis Prælatis. tom. 20. 333. 2.

Hanc hæresim didicit à Maximianistis hæreticis reijcientibus Papam Melchiadem, quia Cæcilianum Carthaginensem absoluerat, quem ipsi falsò damnauerant; ob quod asserebant non esse obediendum Melchiadi. to. 20. 334. 5.

Item didicit à Pelagianis per Iulianum Ecclanensem Episcopum vocantibus Zosymum Papam præuaricatorem, quia contra Cælestium suæ hæreseos patronum præcipuum tulerat damnationis sententiam. to. 20. 335. 6.

Eius mendacium, quo attribuit Catholicis sententiam asserentem posse Papam in omni lege, & etiam in lege Dei dispensare, imò totam Dei legem, & omnes fidei articulos tollere, & cuncta talia immutare, & innouare. to. 20. 336. 2.

Asseruit Papam nullam penitus habere potestatem ad determinandas veritates Catholicas, nec ad refellendas hæreticas. to. 20. 337. 2; & seq.

Dixit maiorem inter omnes blasphemias, quæ vnquam de Antichristo irrepserunt, esse, quòd Romanus Pontifex, præsertim in materia fidei, non possit peccare; ob quam blasphemiam Ecclesia Romana à Christi sequela declinauit. tom. 20. 339. 2.

Conatus fuit arguere lenitatis Ecclesiam Romanam, quia Ecclesia vniuersalis fatetur Romanam Sedem semper in fide incorruptam hucusque mansisse, determinasse veritates credendas, & debellasse hæreticas prauitates. to. 20. 339. 2.

Illius sophisma de sensu composito, & de sensu diuiso, & argumentum ridiculum contra infallibilem in controuersijs fidei Romani Pontificis auctoritatem. to. 20. 340. 4; & seq.

Wicceleff dixit Romanum Pontificem esse Antichristum, specialem procuratorem diaboli, qui per mendacia perditionem, & damnationem animarum contra Christum Dominum continuò procurat; nam Christus fugijt sæculariter dominari, & fuit humilis, & pauper; Papa autem ad similitudinem Antichristi appetit dominari, & fieri diues. to. 20. 341. 1.

Docuit Ecclesiam ob copiam temporalium bonorum, quibus potitur, ineptam esse ad Cœli gloriam. to. 20. 342. 3.

Asseruit Papam dogmatizare contra Christum Dominum, qui docuit tam vita, quàm verbis honorem mundanum, & bona hæc temporalia à fidelibus esse fugienda; Papa verò dimissa Christi Domini doctrina docet esse amplectenda. to. 20. 342. 3.

Dixit Christum Dominum sibi rationabiliter limitasse locum iurisdictionis in Iudæa; Papam verò velle extendere suam iurisdictionem in totum terrarum Orbem habitabilem, dum lucrum sibi saperet, imò per infinitum vacuum. to. 20. 344. 1.

Item asseruit Christum Dominum venisse Hierosolymam super asinam sine sella; Papam verò habere Cardinales, & familiam nimis superfluam ad onus Ecclesiæ habentem splendidas sellas, & tandem mouere Cæsares ad ducendum sibi frænum; & postmodùm sedendo in solio admittere magnos, & dignos fideles ad osculandos sibi pedes. to. 20. 345. 3.

Item, quòd si non esset Papa, nec Cardinales, nec Prælati Cæsarei, Christus Dominus perpendiculariter existens in Cælis super iustos presbiteros daret illis potestatem ad Sacramentum Confirmationis, & Ordinis, ad benedictionem Chrismatis, & ad consecrandas Ecclesias; & sic magis prosperaretur Ecclesia. to. 20. 348. 1.

Insuper asseruit Romanum Pontificem vexare fideles, eos citando ad quemcunque locum, vbi eum esse contigerit; & in hoc differre à Christo Domino, qui citat solùm ad beatitudinem; ipse autem citat ad infernum posito, quòd eius Spiritus sit in inferno eo tempore, quod ipse limitat ad comparendum. to. 20. 352. 1.

Dixit esse summam blasphemiam asserere, quòd Clerus virtute passionis Christi Domini, qui fuit pauper, & humilis, debeat tori sæculo dominari, annuos redditus numeratæ pecuniæ, & possessiones immobiles possidere. to. 20. 353. 1.

Item asseruit, quòd Christus Dominus, qui promisit fidelibus, quòd maneret cum ipsis vsque ad sæculi consummationem, voluit perpetuò sine Vicario in terris residere in cælestibus; vt fideles aspirando ad cælestia ponant suam affectionem tantùm in Christo. to. 20. 354. 1.

Wicceleffi argumentum inane, & ridiculum, quo infert Petrum non fuisse capue militantis Ecclesiæ. to. 20. 354. 1.

Docuit auctoritatem iudiciariam, & magisterium fidei, & morum esse quidem in Ecclesia, non tamen in vno solo Capite visibili, quod est Papa, sed in foro, & iudicio priuato vniuscuiusque fidelis. tom. 20. 360. 1.

Negauit Romanum Pontificem habere tantam auctoritatem, vt non possit errare in definiendis veritatibus fidei, morum, & religionis inter populum Christianum exortis. to. 20. 388. 1.

Asseruit maximam Christo Domino contumeliam, & iniuriam irrogari, si aliud vel

cum ipso, vel sub ipso caput visibile Ecclesiæ constituatur; & hanc Wiecleffi sententiam secuti fuerunt Caluinistæ, & Lutherani. to.20. 510.1; & seq.

Wiecleff in epistola ad Vrbanum VI. confessus fuit Papam esse summum Christi Domini in terris Vicarium; & Ecclesiam Romanam vniuersalem per totum Orbem diffusam in Apostolicis Sedibus à B. Petro Apostolorum Principe fuisse fundatam. tom.5. 22. 2.

Wiecleffi, & aliorum hæreticorum recentium blasphemiæ, & conuicia in sanctos Patres. to.5. 68. 2.

Simul cum Waldensibus, & alijs hæreticis omnem prorsùs auctoritatem à Principibus, & omnem obedientiam à subditis ademit asserens obedientiam simul stare non posse cum libertate Euangelica; ac propterea nullum penitus superiorem inter Christianos esse posse, quæ fuit hæresis Libertinorum. to.5. 90. 2; & to.15. 270. 2.

Negauit potestatem canonizandi Sanctos esse in Ecclesia, quæ sæpissimè fuit decepta à testibus. to.8. 620. 1.

Dixit Sanctos, qui admiserunt possessionem rerum temporalium esse damnatos. to.20. 417.1.

Damnatus fuit in Constantiensi Concilio, quia blasphemauit animas S.P. Augustini, S. Benedicti, & S. Bernardi in inferuo esse torquendas, si in fine vitæ de institutis ab ipsis Ordinibus non pœnituissent. tom.3. 493.2.

Dixit peccatum mortale dignitatem Episcopalem omnino delere, & auferre. to.1.332. 2; & to.19.102; & 381.1; & seq.

Asseruit Romanam Ecclesiam solùm à temporibus Constantini Imperatoris trecentis annis post Christum incepisse. tom. 3. 8. 1.

Eius vigesimus septimus articulus in Concilio Constantiensi damnatus; quòd scilicet non sit apparentiæ scintilla debere esse vnum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod cum ipsa visibiliter conuersetur. tom. 3. 449. 1; & seq; & tom. 9. 645. 2.

Dogmatizauit clericos ex dementia operam nauare studio decretalium, vt studio apocryphorum; voluit enim statuta Papæ à fidelibus non esse obseruanda, sed negligenda. to.19. 104. 2.

Illius tertiusdecimus error damnatus in Concilio Constantiensi, quòd scilicet Papa non est manifestus, & verus Petri in Episcopatu successor. to.9. 645. 2.

Docuit Romanum Pontificem non habere maiorem auctoritatem, quàm Reges, imò minorem; quia Reges sunt Vicarij Christi Domini, vt erat Rex; Papa autem est Vicarius illius, vt erat sacerdos; Christus Dominus autem potiori iure fuit Rex, quia natus fuit ex familia Dauid de Tribu Iuda; quàm sacerdos, quia non fuit ortus ex Tribu Leui de familia Aaronis. to.9. 672. 2; & seq.

Asseruit viuendum esse proprijs legibus more Græcorum, nec vllum admittendum esse Pontificem. to.9. 728. 2.

Item dixit non esse de necessitate salutis credere Ecclesiam Romanam esse super alias Ecclesias, quæ propositio damnata fuit à Martino V. in Constantiensi Concilio. to.9. 580. 211.

Wiecleff hæres fuit hæresum Waldensium, seu Pauperum de Lugduno. to.8. 725. 2.

Asseruit quenlibet tyrannum posse, imò debere licitè, & meritoriè occidi per quencunque vassallum suum, seu subditum, etiam per clancularias insidias, vel subdolas blanditias, aut adulationes, non obstante quocunque præstito iuramento, seu confœderatione facta cum ipso, etiam non expectata sententia, vel mandato cuiuscunque Iudicis. to.1. 332. 2.

Docuit Petrum secundùm vnam virtutem fuisse superiorem alijs Apostolis, Paulus verò secundùm aliam, & Ioannem secundùm aliam; non tamen ex hoc sequi ipsum fuisse generalem Ecclesię Magistrum. to.20. 277. 1; & seq.

Vuigoltus Episcopus.

Wigoltus Sigefrido Augustę Episcopo adhuc viuente per partium studia in Episcopatum subintroductus. to.6. 680. 2.

Furtiuè ad ordinationem ingressus per Sigefridum Moguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopum ordinatus fuit Goslariæ in Saxonia. to.6. 680.2.

Non intrauit Augustam iuxta solemnem aliorum Episcoporum morem cum Cleri, & Populi suffragijs, sed cum hostibus eiusdem ciuitatis. to.6. 680.2.

Vtpotè fur intrauit in Ciuitatem cum furibus, & homicidis, atque raptoribus, vt raperet, mactaret, & prodreet. tom. 6. 681. 1.

Post Feriam quartam Cœnæ Domini accessit ad Altare Domini, & manibus sanguine, & iniquitate plenis præsumpsit sacri Chrismatis consecrationem sibi vsurpare. to.6. 681.1.

Completo officio infirmari cepit, & post aliquot dies cum magno tormento vitam finiuit. to.6. 681. 1.

Anno millesimo octogesimo nono defunctus est Augustæ. to.6. 680. 2.

In Cœnobio S.Magni obijt, & illic fuit sepultus. to.6. 681.1.

Vuilfridus Eboracensis Episcopus.

Wilfridi, & Colmanni disputatio coram Osiri Saxonum Rege. to.17. 511. 2; & tomo 7. 113.1.

Regnante Egfrido pulsus fuit ab Episcopatu, & Romam iuit. to.17. 511. 2.

Wilfridus Eboracensis Apostolicam Sedem in sua causa, appellans, & absolutus, & cum alijs Episcopis centum viginti quinque in Synodo tanquam in iudicij Sede constitutus pro omni Aquilonari parte Britanniæ, & Hyberniæ Insulis fidem Catholicam confessus fuit. to.17. 512. 1.

Wilfridus docuit, quòd non sequi decreta Sedis Apostolicæ, imò Ecclesiæ vniuersalis ex sacris literis confirmata peccatum est. to.7. 113.1.

Wilfridus Episcopus S. Ecclesiæ Eboracenæ Legatus venerabilis Synodi per Britanniam constitutæ interfuit Synodo Romanæ Patriarchali coactæ à S.Agathone. to.6.165. 1.

Vita-

Vitakerus hæreticus.

Vitakerus somniauit Ioannis II. opinionem de Visione beata habenda solùm post diem Iudicij ab animabus iustis fuisse definitam contra hæreticos Arabicos. tom. 8. 483. 1.

Vitakerus dixit Papam cum Cardinalium consensu definiuisse animam rationalem mortalem esse. to.8. 404. 1.

Item S.Petrum abnegasse fidem, & à veritate Euangelij aberrasse cum gentibus cibum capiendo. to.8.837. 1.

Item Papam definientem de Sede posse in hæresim incidere. to.8. 445. 1.

Item Pontificem in veteri lege non habuisse priuilegium infallibilitatis. tom. 8. 502 2.

Item dixit vocem *petra* significare lapidem, vel saxum; vnus autem lapis, vel saxum quomodò potest esse Ecclesiæ fundamentum? to.8. 412. 1.

Item Christum Dominum locutum fuisse de præsenti: *Tu es*; non in futuro: *Tu eris*; vnde non fecit petram, aut testatus est petram, imò priùs nomen *Petrus* inditum erat Marci 3.to.8. 412. 2.

Vitakerus clamat vocum esse verbum Dei. to.8.438.2.

Item asserit Tertullianum dicere, quòd Zephyrinus Papa approbauit prophetias Mōtanistarum. to.8. 439. 1.

Item affirmat, quòd si Papa potest esse idololatra, potest esse quoque hæreticus, & qui exteriùs idololatrare potest externo actu, potest talis effici interno actu mentis.to.8. 440. 1.

Eius calumnia in Innocentium I. Pontificem circa baptismum paruulorum. to. 8.442. 2.

Item eius calumnia in Anastasium II. Pontificem clamando fuisse Nestorianum. to. 8. 449.2.

Item in Nicolaum I. Pontificem, quòd ad consulta Bulgarorum sustulerit formam baptismi à Christo Domino institutam. to.8. 456.1.

Item in Stephanum Papam, & eius acta circa Formosum. to.8. 457. 1.

Item in Ioannem XXII; quòd negauerit futuram vitam, & carnis resurrectionem. to. 8. 461.1.

Item ait EcclesiamRomanam mutasse doctrinam. to.8. 756. 1.

Vuitembergenses hæretici.

Witembergenses hodie fatebantur se nescire, quid cras erant credituri. tomo 1. 138. 1.

Vulgata editio.

Wlgata editio facta fuit sub Gregorio Magno ad tollendam, quæ exorta fuerat in Diuinis officijs diuersitatem. to.1. 234. 1.

Wlgata editio Scripturæ ex D. Hieronymi translatione, & emendatione accuratissimè consultis originalibus Græcis, & Hebræis facta est. to.20. 408. 1.

Wlgatam editionem imprimi posse absque facultate,& approbatione superiorum prohibuit Concilium Tridentinum, vt in sua puritate perpetuò permaneret. to.20.408. 1.

Wlgatam editionem à nullo posse Typis mandari, nisi priùs habito exemplari in Typographia Vaticana impresso præcepit Clemens VIII. to.20. 409. 1.

Wlgatam editionem non esse correctiorem, & emendatiorem cæteris alijs editionibus temerarium est. to.20. 409. 1.

Wlgatam editionem habere in aliqua sui parte aliquem defectum, non spectantem tamen ad doctrinam,& mores, potest impunè affirmari. to.20. 408. 1.

Wlgata editio quomodò pro anthentica sit ab omnibus suscipienda? tom.1. 235. 1; & seq.

Wlgatam editionem Latinam Sixtus V. Pontifex euulgandam esse curauit. tom.1.235. 2.

Wlgatam editionem à D. Hieronymo partim proscriptam, partim emendatam continere doctrinam Diuinam, esseque concordem Scripturæ à sacris Auctoribus dictante Spiritu sancto traditæ dubitare non licet. to. 13. 147. 2.

Wlgatam editionem etiam nunc posse per Hebraicos, & Græcos Codices, tanquam per fontes emendari quantum ad id, quod pertinet ad sententiam,non est asserendum. to.13. 148. 1.

Vulgus.

Wlgus indisciplinatum, & ineptum est, vt io rebus maximis ferat iudicium. to. 4. 697. 24.

Wlgo, & imperita multitudine nihil stultius est, cui nihil sapiens esse potest. tom. 20. 486. 1.

Vulpes.

Wlpes est animal plenum fraudis, foueam parans, & in fouea semper latere desiderans. to.14. 344. 1.

Wlpibus comparantur hæretici, & schismatici, qui alios conantur decipere. tom. 14. 344.1.

Wlpes paruulæ exterminantes vineam ex præcepto Domini sunt capiendæ; hæretici nempe, qui Ecclesiam Dei vastare conantur. to.14. 344. 1.

Wlpium caudis Sampson faces alligauit, & eas dimisit in messes alienigenarum,sic hæretici conantur fructus alienos incendere. to.14. 344. 1.

Wlpi comparati fuerunt Herodes, & Pseudoprophetæ, qui fraudulenter cælant suos errores. to.14. 344.1.

Wlpium caudæ, & non pedibus alligatæ fuerunt faces;quia finis hæreticorum erit ignis gehennæ. to.14. 344.

Vultus.

Wltus exterior semper indicat, & manifestat interiorem animi affectum, qui sæpe in corpus redundat. to.2. ex Alano. 1. 1.

In vultum transfunditur gaudium, quando illud cor nequit pro illius magnitudine continere. to.2. ex Alano. 1.2.

Vuolfangus hæreticus.

Wolfangus Musculus hæreticus in locis communibus titulo de Ecclesia docuit Romanum Pontificem esse Antichristum. to.18. 572.2.

Wolfangi Musculi, & Magdeburgensium impudentia de non dedicandis Ecclesijs.to.2. ex Alano. 21. 2; & seq.

Non ex errore,sed ex malitia deprauauit Ca-

nonem afferentem non posse absque Romani Pontificis consensu Synodum haberi; quorum verborum loco posuit Ecclesias dedicari. to.2. ex Alano. 22. 1.
Wolfangus eò maiorem reprehensionem meretur, quia in translatione Græcorum exemplarium protestatus fuit se omnia bona fide, vt reperijt, vertisse. to.2. ex Alano. 23. 1.
Wolfangus adulterauit, & violauit sacros Canones, vt Romanos Pontifices innocentissimos, & sanctissimos incessaret, & blasphemijs afficeret. to.2. ex Alano. 23. 1.
Asseruit Antichristum iam venisse paulò post tempora S.Bernardi; quod infulsè deduxit ex quodam textu eiusdem S.Bernardi.to.1. ex Tannero. 28. 180.

Vuormatiensis Conuenticulus.

Wormatiensis Conuenticulus ad instantiam Henrici IV. coactus S. Gregorium VII. Pontificem deponere, & degradare ausus fuit. to.6. 648.2.
Wormatiensis Conuenticuli Legati Romam missi fuerunt statim capti à Romanis, & dirè affecti; sed S. Pontificis clementia fuerunt ab eorum manibus erepti, & liberati. to.5. 757.1.
Wormatiensi Conuenticulo vix quatuor Episcopi interfuerunt teste Mariano Scoto in Annalibus anno millesimo septuagesimo septimo. to.5. 96. 1; & seq.
Qui subscripserant iniquæ abnegationi Pontificis, postmodùm pœnitentes literas ad S.Pontificem dederunt, quibus veniam postularunt. to.5. 96. 2.

Vxor.

Vxor participat omnia sui viri priuilegia. to.9. 34. 156.
Vxor, si non potest cohabitare cum marito sine contumelia Creatoris, non est viro subiecta. to.9. 429. 56.
Vxor potest dimittere virum, si eam scandalizat loquendo de scandalo proueniente ex hæresi, & ex infidelitate. tomo 9. 450. 179.
Vxori alligatus non potest quærere solutionem. to.14. 309. 2.
Vxoris bonæ qualitates ab Apostolo Paulo descriptæ. to.14. 310. 1; & seq.
Vxoribus tria debent mariti præcipuè, scilicet cibum, vestem, & horam. tomo 14. 310. 2.
Vxori non licet virum suum dimittere etiam ob fornicationem, & alteri viro copulari; sed debet manere innupta, vel reconciliari viro suo. to.14. 460. 2.

X

XANTIPPVS EPISCOPVS.

Xantippus fuit Tigisensis, non Tagastensis Episcopus. to.6. 287. 1.
Lis inter Xantippum, & Victorinum fuit de primatu Numidiæ. to. 6. 287. 1.
Xantippus Episcopus primæ Sedis Numidiæ, sic scribitur aliquoties in Africanis Synodis. to.6. 287. 2.
Xantippus habuit aduersarium Victorinum Episcopum, ideo non fuit ab eo in Tractoria ad Synodum illius nomen scriptum. to.6. 287.2.
Xantippus debuit primùm inscribi in Tractoria, quia fuit senior totius Prouinciæ. to.6. 287. 2.
Ad Xantippum Numidiæ Primatem Tigisensem Episcopum appellauit quidam Patochus Diœcesis Hipponensis remotus ab officio præsbiterij à S.P.Augustino, quia in vigilia Natiuitatis Domini ieiunium violauerat, & apud infamem fœminam sine clerico teste prandere, cœnare, & dormire præsumpserat. to.6. 292.1.
Xantippus inclinans præsbiterum reparare abstinuit, quia S.P.Augustinus protestatus fuerat reparationem, si à Xantippo fieret, nunquam à se fore admittendam. tom. 6. 292. 1.

S. Xauerius.

S. Xauerius patrauit plurima miracula.to.10. 77.1; & seq.
Eiusdem calamitates propter Deum fortiter toleratæ. to.10. 77.1.
Crucem in aquis delapsam cancer illi reportauit. to.10. 78. 1.
Fuit suscitator plurium mortuorum. to. 10. 78. 1.
Eius corpus mirabiliter seruatum illæsum deportatum ad vrbem Malacensem illam à contagio liberauit. to.10. 78.1.
Terræmotus concutiendo Insulam Mauri illius aduentum ad vrbem notificauit.to.10. 78. 1.
A Paulo Tertio summo Pontifice ad Indias Orientales missus fuit. to.10. 77. 1.
Alia plura miracula mirabiliter patrauit. tomo 10. 79. 1; & seq.

Xiphilinus Patriarcha.

Xiphilino Patriarchæ Constantinopolitano dicata fuerunt commentaria super Canones à Theodoro Balsamone Patriarcha Antiocheno. to.10. 394. 1.

Xistus I. Papa.

Xisti I. Papæ epistola de appellationibus ad Sedem Apostolicam. to.19. 594. 2.
Xistus I.Papa à S.Maximo Taurinensis dictus fuit, summus Domini Sacerdos, Ecclesiasticorum membrorum caput validum.to.1. 48. 1.

Xistus II. Papa.

Xisti II. Papæ epistola ad Gratum Episcopum, qua ei notificat licitum esse in causis grauioribus ad Sedem Apostolicam appellare. to.19. 595. 1.
Xisti II. Papæ epistola ad eundem Gratum Episcopum asserentia maiores causas ad Romanam, & Apostolicam Sedem esse referendas. to.19. 594. 1.
Xistus II. Papa fatetur Papæ infallibilitatem. to.10. 317. 1.

Xistus III. Papa.

Xistus III. Papa electus fuit Pontifex anno Domini quadringentesimo trigesimosecundo. to.3. 692. 2; & 705. 2.
Xistus III. Papa docet summum Pontificem Romanum esse infallibilem. tom.10. 331. 1.
Xistus III. Papa in causa Idduæ Smyrnensis Episcopi, qui inter cæteros Patres adfuit Ephesino Concilio. to.6. 216.1.

Xiſtus III. Papa excommunicauit Pelagium, & Cæleſtium Hæreticos. to.6. 256. 2.
Xiſtus III. Papa comparatus fuit Moyſi. to.6. 408. 1; & 410. 1.
Xiſtus III. Papa quid præſtiterit in negotio appellationis Euthetij Thyaneoſis, & Helladij Tharſenſis? to.6. 41t.t.
Xyſtus III. Papa depoſuit Poliehronium Patriarcham Hieroſolymitanum miſſo Hieroſolymam Leone, qui tunc Diaconus erat Eccleſiæ Romanæ, & poſteà ſummus Pontifex creatus fuit. to.18. 22. 1.
Ad Xiſtum III. Pontificem appellarunt Orientales Epiſcopi aduerſùs Sacroſanctum Epheſinum Concilium. com. 6. 407. 1; & ſeq.
Xiſtus III. Papa quomodò antiquitatis ſeruator fuerit contra Neſtorium, & Pelàgium? to.1. 179. 2.
Xiſtus III. Papa Cæleſtini ſucceſſor Iulianum Pelagiani erroris aſſertorem damnauit. to.1. 302. 1.
Xiſti III. Papæ pro fide Catholica tuenda zelus. to.1. 302. 1.
Liber Periarchoo Origenis ſub nomine Xiſti III. Papæ à Ruffino fuit editus. tom.1. 362. 1.
Fuit damnatus ab Innocentio ſummo Pontifice. to.1. 362. 1.
Xiſti III. Papæ epiſtola ad Cyrillum Alexandriæ Epiſcopum de Eccleſiæ vnitate. to. 3. 692. 2.
Xiſti III. Papæ epiſtola ad Ioannem Antiochenum Epiſcopum. to.3. 705. 2.
Xiſti III. Papæ epiſtola ad Neſtorium, vt cum ad Eccleſiæ ſinum reuocaret. to.10. 331. 1.
Xiſtus III. Papa à quodam Baſſo crimioatus, & iniuſtè perſecutus fuit, & ſe purgauit. to. 4. 215. 1.

Xiſtus IV. Papa.

Xiſtus IV. Papa primùm per Synodum Complutenſem, deinde per ſe damnauit Articulos cuiuſdam Petri Oxonienſis, quorum articulorum vnus erat; Eccleſiam vrbis Romanæ errare poſſe. to. 2. ex Adolpho. 55. 1. & to.1. ex Taonero. 40. 252.
Xiſtus IV. Papa à Bernardino Iuſtiniano Principe Venetorum Legato in Oriente appellatus fuit primus Paſtor, ſummus Sacerdos, Petri ſucceſſor, Chriſti Vicarius, cui dilectiſſima Chriſti ſponſa totius Orbis Eccleſia commiſſa, omni cultu venerationis proſequendus. tomo 1. 52. 1; & ſeq.
Item appellatus fuit ab Alberto Veſprimen; & Ioanne Thurz Regis Hungarorum, & Boemorum Oratoribus vniuerſæ Chriſtianæ dignitatis Princeps, atque Moderator, veriſſimus Chriſti Ieſu Vicarius, Chriſtianæ Reipublicę Pater, & Pontifex maximus. to.1. 53. 1; & ſeq.
Item à Roderico de S. Ella dictus fuit Paſtor, Vicarius Chriſti ſuper Orbis terræ commune, ampliſſimumque domicilium, & ſuper omnes Chriſtianos filios conſtitutus. to.1. 53. 1; & ſeq.
Item à P. Thoma ex Capitaneis Ordinis Prædicatorum Regis Galliarum Oratore vocatus fuit Eccleſiarum Chriſti excellentiſſimus Princeps, totius Orbis moderator. to.1. 54. 1; & ſeq.
Xiſtus IV. Papa quatuor Cardinales ſumma cum poteſtate ad omnes Europæ Principes miſit, vt ipſos ad concordiam, pacemque adductos in Turcas impelleret. to. 20. 29. 2.
Xiſtus IV. Papa aſſeruit D. Catharinam Senenſem non habuiſſe viſibilia ſtigmata, ſed ſenſibilia, idèſt adducentia dolorem in locis vulnerum Chriſti Domini ea ſic petente, vt non apparerent. tom. 19. 285. 2; & ſeq.
Xiſtus IV. Papa Turcas claſſe in eos miſſa laceſſere non dubitauit, multaque alia pro ditione Eccleſiæ tuenda geſſit. to. 1. 471. 2.

Xiſtus V. Papa.

Xiſtus V. Papa æquiſſimè tenebat iuſtitiæ, & miſericordiæ æquilibria; probos miſericordiæ ſinu excipiendo, improbos directionis virga percutiendo, ita Eccleſiaſticæ Hierarchiæ dignitas confirmata, & aucta fuit. to. 21 ex Turrecrem. 63. 1.
Xiſti V. Papæ fama quas Regiones penetrauerit? to.2. ex Turrecrem. 63. 2.
Pro Xiſto V. Papa ad cæleſtia numina acclamatio. to.2. ex Turrecrem. 63. 2.
Xiſtus V. Papa vulgatam editionem Latinam emendatiſſimam vulgari curauit. tom. 1. 235. 2.
Xiſtus V. Papa numerum Cardinalium præſbiterorum ad quinquaginta reduxit. to.4. 344. 10.
Xiſtus V. Papa quare Congregationem ad librorum expurgationem ex nonnullis S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus conſtituerit? to.1. 372. 1.
Xiſtinæ ſalutari Conſtitutioni etiam Clemens VIII. nouam aliam adiecit, Cardinales Congregationi præfecit, multiſque priuilegijs tantopere neceſſarium ad libros cenſendos officium amplificauit. tom. 1. 372. 1; & ſeq.
Xiſti V. Papæ Conſtitutio de Apoſtolorum liminibus ab Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Primatibus viſitandis. to. 1. 437. 2; & ſeq.
Xiſtus V. Papa Congregationem, quam vocant Epiſcoporum, inſtituit. tom. 1. 449. 2.
Xiſtus V. Papa Italiam à prædonibus, & exulibus liberauit; claſſem triremium, quibus Mare Mediterraneum à pyratis purgaret, inſtruxit; ingentiaque bona Eccleſiæ propagauit. to.1. 471. 2.
Xiſtus V. Papa Gregorio ſuccedens latrocinia ſuſtulit, Annonæ charitatem ſubleuauit, mores emendauit, vias nouas in vrbe ſtrauit, Ædes Lateranas magnificentiſſimè reſtituit, aquas vberes, & ſalubres in vrbem induxit &c. to.1. 477. 1; & ſeq.
Item Bibliotheca Vaticana ab ipſo magnificentiſſimè fuit ædificata; Apoſtolorum Petri, & Pauli ſigna ex ære inaurato in cochlidibus Columnis Traiana, & Antoniana collocauit. to.1. 477. 2.
Xiſti V. Papę Bulla de Biblijs à Clemente VIII. ante promulgationem reuocata fuit. to. 1. ex Tannero. 41. 264; & ſeq.
Xiſti V. Papæ Conſtitutio vulgatam editionem bibliorum non ab omnibus mendis materialibus expurgauit, quam poſteà
Cle-

Clemens VIII. correxit. tom. 7. 725. 1; & 724. t; & seq. & 690. 1; & 683. t.
Xistus V. Papa Sol Christianitatis fuit dictus. to.1. 65. t; & seq.
Item fuit appellatus vastæ nauis Ecclesiæ gubernator; nauigij B. Petri clauum tenens; ad summum humanæ celsitudinis culmen euectus; Iesu Christi Vicarius. to.1. 65. 1; & seq.
Item fuit vocatus summus Sacrificator; Parens humani generis; Diuum, hominumque internuncius, cum superis homines, cum hominibus superos concilians; in Beati Petri Apostoli sedens Solio, to. 1. 65. t; & seq.

Z.

ZABADIAS.

Zabadias filius Ismael, qui fuit Dux in Domo Iuda super ea opera, quæ ad Regis officium pertinebant, præsidebat, to.14. 12. t; & to.16. 178. 1; & to. 8. 396. 2.

Zacharias Propheta.

Quid sit apud Zachariam assumere duas virgas decoris, & funiculi? to.4. 755. 80.
Zachariæ vaticinium de Eucharistia. tom.8. 146. 2.
S. Hieronymus arguit opinionem quorundam contemnentium ex quibusdam somnijs Apocryphorum Zachariam inter Templum, & Altare occisum esse Patrem Ioannis Baptistæ. to.13. 163. 1.

Zacharias Papa.

Zacharias Papa fuit vir magnæ eloquentiæ, to.14. 108. 2; & to t t. 364. t.
Zacharias Papa concessit Pipino priuilegium nominandi Episcopos in Gallia. to.6. 744. 3; & to.t t. 326. 3.
Zacharias Papa depositionem Childerici inchoauit, & Stephanus Papa perfecit. to. 6. 744. 3.
Zacharias Papa anno septingentesimo quinquagesimo secundo ex auctoritate Petri Apostoli mandauit populo Francorum, vt Pipinus, qui potestate Regia vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur. tom. 6. 745. 1; & 746. 1; & to.1t. 357.2; & seq.
Pipinus consuluit Zachariam Papam, vter ei Regio fastigio dignior videretur? to.6.745. 2.
Zacharias Papa mandauit Francis, vt Pipinum Regem substituerent, tom. 6. 745. 2.
Zacharias Papa Childericum deposuit, & in eius locum Pipinum Caroli Magni Patrem iussit constitui. to. 18. 687. 1; & 64. 2; & to.7. 760. 2; & 749. 2; & tom. 19. 20. 2; & 32. 1; & seq; & 383. 2; & to.4. 33. t; & 70. 2; & to.t. 519. 2; & to.to. 137. t; & to. 9. 8tt. 1; & seq; & tom. 1t. 330. 8; & 357. 2.
Primates Regni Galliarum videntes necessitatem Regis, periculumque eius, si à Childerico iuuene, stupido, & insensato gubernaretur, Burchardum Episcopum Wirzburgensium Legatum Regni ad Zachariam Pontificem miserunt; Zacharias Papa prudentissimè in tanto discrimine Galliarum, quæ tunc erant propugnaculum Christianitatis, Gallos à iuramento fidelitatis absoluit. to.9. 812. t; & seq.
Defuncto Zacharia Papa, Stephanus Papa in Apostolica Sede eleuatus, atque à Longobardis vexatus in Franciam aduersùs eos auxilium postulaturus veniens, Pipinum iam antea auctoritate Zachariæ in Regem euectum oleo vnxit, & consecrauit, & in ista functione potuit iterum à iuramento fidelitatis absoluere. to. 9. 813. t; & seq; & 814. 1.
Zachariæ Papæ epistola ad Pipinum de obedientia præstanda Presbiteris Cardinalibus, & Episcopis. to.17. 305.1.
Zacharias Papa concessit Episcopo Moguntino, vt posset sibi assumere aliquem Episcopum in coadiutorem, non in successorem. to.9. 766. 2.
Zacharias Papa accusatur à Magdeburgensibus. to.8. 455. t.
Zacharias in Concilio Romano sententiam pronunciauit contra hæresim Adalberti, ac Clementis. tom. 8. 517. 2; & 989. 2; & to.15. 51. t; & 312. 2.
Sampson quoque, qui necessitatem Baptismi negabat, vt hæreticus, à Zacharia Papa fuit explosus. to.8. 989. 2.
Extat epistola Zachariæ Papæ ad Bonifacium, qua statuta Synodi generalis roborauit. to.8. 989.2.
Zacharias Papa Bonifacij successor varijs de fide consultationibus respondet epistola 12; & nouas quorundam Gallorum benedictiones sacro deposito non vult admittendas. to.8. 989. 2.
Zacharias Papa Presbiteros Ciuitatis vocauit Cardinales ad distinctionem ruralium, qui in Vrbana Ecclesia erant adscriptitij, & non cardinati; ideo non debebant, præsentibus Cardinalibus, idest proprijs, & fixis, sacra ministrare. to.17. 305. 1.
Zachariæ Papæ responsio ad Bonifacium de pluribus rebus ad fidem spectantibus. to.1. 155. 1; & seq.
Zachariæ Papæ epistola ad Bonifacium Episcopum, to.3. 786. 2.
Zacharias eodem anno, quo Pipinum Regem instituit, & Francos à sacramento fidelitatis absoluit, vitam finiuit. tomo 6. 745. t; & to.11. 326. 3.
Zachariam inter Sanctos relatum esse testis est Anastasius in eius vita. tom.11. 358. 2; & 364. t.
Zachariæ Pontifici delata fuit controuersia circa Regnum Francorum exorta inter Pipinum, & Trifontem eius fratrem. to.5. 93. 2; & seq.

Zacharias Episcopus.

Zacharias Episcopus contra sententias Nicolai, & Adriani Summorum Pontificum dixit, quòd canon princeps est, & quòd contra illum a gentes nihil faciunt, quod decet; cùm vero extra hunc quispiam facit, siue Papa Nicolaus, siue alius, non acquiescimus. to.9. 496. 43.

Zaga Zebo Episcopus.

Zaga Zebo Episcopus Æthiopiæ in confessione fidei Æthiopicæ recitabit hæc verba: Credo

Credo S. Petrum petram esse legis &c. to. 7. 56. 1.

Zebedæus.

Zebedæi filij Boanerges, cognomen à Christo Domino receperunt. to.8. 141.

Zebedæi filij apud Matthæum cap. 20. errasse dicti fuerunt à Christo Domino illis verbis: *Nescitis quid petatis*; quoniam per os matris sedes alijs etiam discipulis destinatas ausi sunt postulare. to.8. 140. 1.

Zeno Episcopus.

Zeno Hispalensis Episcopus à Simplicio Summo Pontifice fuit institutus Vicarius Sedis Apostolicæ super vniuersam Hispaniam. to.3. 771.2.

Zeno Imperator.

Zeno Imperator Timotheum in Sedem Episcopalem opera Eutychianorum intrusit. to.1. 304.2.

Simplicius Papa Zenoni Imperatori scripsit; vt procul à Regno pietatis suæ funesti capitis venena depelleret; nihil tamen curauit Zeno monita, & preces Simplicij; quamobrem Deus Basiliscum tyrannum contra eum excitauit. to.1. 304. 1; & seq.

Imperio exutus in Isauriam effugijt, vbi cum belluis vixit, vitamque herbis, & radicibus tolerauit. to.1. 305. 1.

Pœnitentia tactus, & ad eos reuersus Pontificis Romani auctoritati iudicandi hæreticos in posterum obsequens Petrum Fullonem ex Antiochena, & Paulum intrusum ex Ephesina Sede eiecit, Petrumque Mogum hominem pestilentissimum exilio mulctauit. to.1.305.1.

Timotheum Catholicum, qui Proterio successerat, & propter populi seditionem in Canopum secesserat, sedi suæ restituit. to.1. 305. 1.

Zeno Imperator ab Eutychianis seductus passus est, & Mogum Alexandriam, & Fullonem Antiochenam reuerti, & Acacium Constantinopolitanum ab eis seductum Chalcedonensem fidem violare. to.1.305. 1.

Felix successor Simplicij Zenoni Imperatori scripsit, vt Fullonem, & Mogum à suis sedibus pelleret, & Acacium ad Concilium Chalcedonense subscribendum compelleret. to.1. 305. 2.

Zeno, & Basiliscus Imperatores impiè confirmarunt primatum Ecclesiæ Constantinopolitanæ. to.17. 291. 2.

Fuit damnatus in Concilio Chalcedonensi, sed eius error non penitus fuit extinctus. to.6. 737. 6.

Mogus Eutychianam hæresim imbiberat, eamdemque Zenoni instillauerat, occultè tamen, ac velo tectam, ne palam micaret. to.6. 737.6.

Persuasit Zenoni, vt Ecclesia discordijs flagrante viam aliquam mediretur componendæ pacis, animosque sociandi, non quod pacem curaret, sed vt nouæ causæ suppeterent catholicos persequendi. to. 6. 737. 6.

Zeno Imperator tandem edictum vulgauit contra Catholicos. to.6. 737. 6.

Felix III. Papa scripsit Zenoni Imperatori Petrum Fullonem in Synodali iudicio sententia anathematis iam fuisse condemnatum; adeoque ab eius communione esse abstinendum, & ab Ecclesia expellendum. to.3. 309.1.

Persuasit Zenoni Imperatori, vt sui Antecessoris Marciani Imperatoris sequens vestigia hæreticam Petri Fullonis tyrannidem euelleret, eumque tanquam Valentini, & Eutychetis discipulum eijceret. tomo 13. 199. 2.

Illius epistola supplicatoria ad Zenonem Imperatorem pro Ecclesia Alexandrina. to.3. 696. 1; & to.10. 329. 1; & seq.

Altera eiusdem epistola ad eundem Zenonem pro expulsione Petri Antiocheni ab Ecclesia. to.1. 224. 1.

Zeno Imperator Theodorico consulatum ob benemerita, & equestrem in foro statuam dedit in prœmium. to. 11. 324. 2; & 335. 2.

Zeno Theodoricum adoptauit in filium, spemque ei dedit Occidentalis Imperij teste Euagrio, & alijs. to.11. 335. 2.

Zeno Imperator è sua sede expulit Ioannem Alexandrinum Episcopum, qui ad Simplicium Papam appellauit. to.5. 44. 2.

S. Zephyrinus Papa.

S. Zephyrinus Papa fuit primus auctor clementiæ circa mœchos. to.6.150.1; & to.1. 288. 2.

Vsque ad S. Zephyrini Papatum omnis sub cælo Ecclesia tria crimina reseruabat Christo Domino; scilicet idololatriam, homicidium, & mœchiam. to.6. 149. 2.

S. Zephyrini Papæ decretum de lapsis recipiendis ad pœnitentiam. to. 8. 515. 2; & to.1. 288. 2; & seq.

S. Zephyrinus Papa circa literas communicatorias Montani. to.15. 120. 230.

An S. Zephyrinus Papa à fide defecerit? to. 15. 119. 228; & seq.

S. Zephyrinus Papa communicans cum Montano, & alijs Cataphrygibus, prudenter, & catholicè egit. to.15. 120. 233.

Prophetias Montani audierat, easque non improbauit quousque detecta est per Praxeam deceptio; ideo nihil contra fidem, nec contra mores egit. to. 15. 120. 234.

Literas communicatorias detecta iniquitate per Praxeam reuocauit. to. 15. 120. 234; & 231; & 235.

Errores Montani neque credidit, neque fouit, neque Tertullianus id asseruit, nec vllus alius. to.15. 120. 235.

Damnauit Cataphrygas, inter quos Montanistas, Marcionem, Praxeam, Sabellium, Valentinum, & alios. to. 15. 120. 236; & to.8. 153. 1; & to.1. 110. 1.

Tertullianum Montani prophetias propugnantem anathemate percussit, ac Proculum Cataphrygam. tomo 15. 120. 236. & to. 8. 153. 1; & to. 9. 725. 2; & to. 4. 809. 46.

Nullius erroris in fide, nec alterius delicti reus esse, aut dici potuit S. Zephyrinus Papa. to.15. 120. 232; & 236.

S. Zephyrinus Papa à calumnia vindicatur. to.7. 683. 2; & to.8. 153. 1; & seq; & to. 4. 809. 46; & to. 10. 464. 2; & seq.

Extases, & nouæ prophetiæ Tertullianiæ scripta anathemate ferijt. to.8. 525. 1; & to.9. 725. 2; & to.1. 361. 1.

S. Zephyrinus Papa fuit decimus sextus à Petro,

ero, qui in fide solidissimus, verus Petri successor, adamantinamque ipsius duritiem æmulatus confregit dentes hæreticorum in ore ipsorum. to.8. 153. 1.

Montanistæ, Tertulliano Duce, qui vanum spiritum, & pseudo prophetias introducere nitebantur, S. Zephyrinum Papam cum ipsis Montanizare prædicabant. tomo 8. 153. 1.

Cùm Tertullianus Montanistarum labe esset infectus ob S. Zephyrini Papæ anathema indignatus, dentibusque infrendens virus euomuit, ac hæresis maculam in S. Zephyrinum Papam expuit. to.8. 153. 2; & to.9. 725. 2; & seq; & to.4. 809. 46; & to.1. 288. 2; & seq.

Montanistæ cùm doctrinam suam fidei colore venustarent, atque ab Ecclesiæ Catholicæ doctrina nequaquam diffidere testarentur, Zephyrinus Papa in procline fuit, vt rationis apparentia persuasus, illos falsò accusatos arbitraretur, in quo non fidei, sed personæ error inuenitur. tom. 8. 153. 2; & to.18. 639. 1; & to.9. 726.1; & to.10.464. 2; & seq.

Rhenanus Tertulliani interpres Montanismum S. Zephyrino Papa imputandum censuit. to.8. 153. 2; & 439. 1; & to. 18. 639. 1.

S. Zephyrinus Papa Victoris successor nunquam hæresim Montani approbauit. to.18. 639. 1; & to.9. 725. 2; & to. 4. 809. 46; & to.10. 464. 2; & seq.

Decretum edidit aduersùs hæresim Montani relatum à Tertulliano. to.9. 725. 2.

S. Zephyrinus Papa Natalium hæreticum iudicauit, & ab hæresi reducem absoluit, ac recepit. to.1. 288. 2.

Contra Cataphryges indixit Synodum. to.1. 78. 2.

Praxeas ex Montanistis primùm Catholicus, deinde apostata Monarchicorum, Patropassianorum, & Praxeanorum antesignanus sub latenti veneno hæreseos cupiebat S. Zephyrinum Papam corrumpere. Vidit Sanctus Zephyrinus in poculo aureo venenum latere, & impostorem Romæ detexit, & damnauit. to.1. 110. 1.

Conciliabulum de rebaptizandis hæreticis ab Episcopis Africæ, atque Numidiæ collectum damnauit; & antiquam consuetudinem Ecclesiæ Catholicæ ex Apostolica traditione seruandam decreuit. to.1. 110. 1.

S. Zephyrinus Papa ad communionem admisit plures excommunicatos Ponticæ, & Asianę Diœcesens absque consensu suorum Episcoporum. to.11. 39. 22.

Antiquum Ecclesiæ rigorem non admittendi lapsos ad pœnitentiam mitigauit S. Zephyrinus Papa edito decreto apud fideles peremptorio, contra quod dum clamat Tertullianus in hæresim lapsus, insigne primatus Pontificij testimonium à Gabriele Albaspineo expositum posteritati reliquit. to.11. 48. 42.

S. Zephyrinus Papa accusatus à Witakero. to.8. 439. 1.

Item redargutus à Magdeburgensibus. to.10. 464. 2; & seq.

S. Zephyrinus Papa affirmauit infallibilitatem Romani Pontificis. to.10. 315. 1.

Natalius pecunia corruptus patrocinium hæresis Theodoti suscepit, sed erroris pœnitens ad S. Zephyrinum Papam recurrens, & eius pedibus prouolutus sceleus confessus est, & veniam, quam petijt, obtinuit. to.10. 315. 1.

S. Zephyrinus Papa circa annum Domini 198. scripsit ad Episcopos Siciliç de appellationibus. to.18. 19. 2.

S. Zephyrini Papæ epistola ad omnes Episcopos Siculos, in qua docet iudicia Episcoporum, maioresque Ecclesiæ causas à Sede Apostolica, non ab alia esse terminandas. to.10. 315. 1.

Alia eiusdem epistola ad Ægypti Prouinciæ Episcopos appellantes. to.3. 689. 1; & seq.

Zephyrinus præcepit Episcopis, vt ordinationes Presbiterorum, & Leuitarum congruo tempore, & coram multis adstantibus solemniter agerent, & probabiles, ac doctus viros ad hoc opus assumerent. to. 3. 689. 2.

Zephyrinus Proclum Montani erroris sectatorem à Gaio Catholico conuictum anathemate percussit, & omnes illius pedissequas excommunicauit. to. 4. 809. 46; & to. 8. 153. 1; & seq.

Zephyrinus damnando Tertullianum cum cæteris Montanistis pacem attulit omnibus Asiæ, & Phrygiæ Ecclesijs à Montani hæresi non modicùm turbatis. to.8. 153. 2.

Zephyrini decretum de recipiendis mœchis *pœnitentibus* ad Ecclesiam renouatum fuit à Cornelio Pontifice contra Nouatum negantem lapsis pœnitentiam. to.11. 48. 43; & seq.

Zephyrinus fuit creatus Summus Pontifex circa annum Domini centesimum nonagesimum octauum. to.18. 19. 2.

Statuit, vt Episcopus accusatus sibi eligeret, si necesse esset, Iudices, à quibus eius causa recognosceretur; & tandem finis causæ ad Sedem Apostolicam deuolueretur. to. 18. 19. 2.

Montanistæ simulantes insignem pietatem, martyria, ieiunia, vitæ austeritatem, ac summam sanctitatem, nec non plura miracula tentauerunt decipere, & circumscribere S. Zephyrinum Pontificem. tomo 7. 683. 2.

Zizania.

Zizania hæreticorum non est separanda ab Ecclesia, quando adest periculum euellendi & triticum. to. 18. 400. 2.

Zoaras.

Zoaras præsbiter sectator Anthymi fuit ab Agapeto Papa excommunicatione percussus simul cum eodem Anthymo, Seuero Pseudoepiscopo Antiocheno, & Petro Apameno. to.1. 307. 2; & to.7. 163. 2.

Zonaras.

Zonaras, Balsamon, & Meletius schismaticus impugnarunt appellationes Romanas. to.6. 296. 1.

Zonaras Græcus de translatione Imperij per Pontificem facta in Carolum Magnum. to.11. 331. 9.

Zonaras testatur Gregorium Pontificem excommunicasse Leonem Isaurum Iconomachum, & prohibuisse vectigalia, quibus in Ecclesiæ perniciem vtebatur. to.6. 741. 2; & seq.

An

An Zonaras Sardicenses canones exposuerit? to.6. 171. 2; & 184. 2; & 196. 1.

Zopyrus.

Zopyrus physiognomus, cùm Athenis de Socrate philosopho dixisset: *Ecce oculi corruptores*; & discipuli Socratis in eum irruissent propter iniuriam dictam de Magistro suo; Socrates ait: Parcite sodales; verum quidem dixit, sed me ipsum vinco. to.3. 63. 1.

Zoroastres.

Zoroastres alio nomine Ninus dictus fuit primus inuentor artis magicæ. to.3. 70. 1.

Zoroastres Rex Bactrianorum secundùm Berosum, & alios est Cham filius Noe à Nino Rege Assyriorum bello superatus, vt etiam vult S. P. Augustinus. to.3. 70. 1.

Zosymus Papa.

Zosymus Papa post obitum Innocentij anno Domini quadringentesimo decimo septimo decima nona Augusti electus fuit Pontifex. to.3. 749. 1.

Quid actum fuerit in causa Pelagij inter Zosymum Papam, & Africani Concilij Patres? to.3. 749. 1.

Zosymi Papæ epistola ad Simplicium Metropolitam Viennensem. to.6. 123. 2.

Eius acta circa Apiarium presbiterum. to.6. 335. 2.

In causa Apiarij non fuit subreptione præuentus. to.6. 332. 1.

Reparatio Apiarij fuit valida, sed illegitima. to.6. 305. 1.

A Cœlestio fuit deceptus. to. 6. 354. 1; & seq.

Non admisit, nec absoluit Cœlestium appellantem. to.6. 297. 1.

Noluit Romam euocare accusatores Cęlestij. to.6. 354. 1; & seq.

Contra Cęlestium rectè processit teste S.P.Augustino. to.6. 357. 2.

Fuit accusatus simul cum Clero Romano à Iuliano Ecclanensi. to.6. 357. 1.

Herotem, & Lazarum excommunicauit. to.6. 97. 2.

Discussit causam Vrsi, & Tuentij. tomo 6. 97. 2.

Ad se traxit primam instantiam Proculi Massiliensis Episcopi. to.6. 108. 1.

An primus nouerit canones Sardicenses? to.6. 300. 1.

Cur eos vocauerit Nicænos? to. 6. 301. 2, & seq. & 317. 2.

Tractoriam simul cum lege Imperiali misit ad Orientales Ecclesias. tom. 6. 357. 2; & seq.

Canones Nicæni non fuerunt corrupti à Zosymo Papa, neque ab alijs Pontificibus Romanis; neque extitit causa, ob quam debuissent corrumpi. to. 5. ex Alano. 14. 1; & seq; & 57. 1; & to.6. 296. 2; & to. 18. 555. 2.

Degradatio Proculi facta à Zosymo Papa. to.6. 117; & seq.

Fuit postea per Zosymum Papam ab iniecto vinculo absolutus, & reparatus in integrum Episcopum. to.6. 118. 1.

Proculus conquestus fuit de Zosymi iudicio, & à Bonifacio plenam gratiam sit consecutus. to.6. 218. 2.

Zosymus Papa quid scripserit in literis ad Africæ, Galliæ, & Hispaniæ Episcopos de Lazaro Episcopo? to.6. 119. 1; & seq.

Synodus Romana fuit celebrata per Zosymum, in qua Heros, & Lazarus fuerunt damnati. to. 6. 120. 1.

Zosymus Papa probauit, & confirmauit sententiam latam contra Herotem, & Lazarum. to.6. 120. 1.

Heros, & Lazarus à Zosymo Papa damnati, vel potius in priori damnatione confirmati secesserunt in terram sanctam acturi illic pœnitentiam, aut certè suam calamitatem apud Dominicæ passionis loca consolaturi. to.6. 120. 1.

Zosymus Papa in literis ad Galliæ, Africæ, & Hispaniæ Episcopos præfatur maiorum constituta esse ex integro obseruanda. to.6. 120. 2.

Zosymus Papa affirmat Vrsum, ac Tuentium fuisse malis moribus præditos. to. 6. 120. 2.

Item, quòd in varijs Synodis fuerint discussi, atque damnati. to.6. 130. 2.

Item, quòd Tuentius fuerit Prisc illianista. to.6. 120. 2.

Item, quòd Synodaliter damnatus refugerit ad Sedem Apostolicam, pœnitens supplicauerit gratiam, atque acceperit. tomo 6. 120. 2.

Item, quòd istud beneficium fuisse singulare, ac pœne præter exemplum; nempe Priscillianistis vsitata erat hæc regula: iura, periura, secretum prodere noli. to.6. 121. 1.

Item, quòd etiam post hanc gratiam Tuentius non potuerit creari Episcopus, sed persistere debuerit in pęnitentia, atque ita promereri nouam gratiam. to.6. 121. 1.

Item, quòd Vrsus licèt antea electus in Episcopum, potuisset legitimè exuti propter obiecta crimina. to.6. 121. 1.

Item, quòd post hæc omnia fuerint præuaricatoriè intrusi in Episcopalem dignitatem. to.6. 121. 1.

Hinc Romam appellarunt ad Zosymum Papam, & nihil retulerunt, nisi suæ damnationem confecrationis, eiusque solemnem publicationem per omnes sub Cęlo Ecclesias. to.6. 121. 1.

Zosymus Papa decreuit Valentinam Ecclesiam Metropolim Arelatensem respicere debere. to. 6. 122. 1.

Zosymus Papa damnauit Pelagianos errores, & ad omnes Episcopos transmisit Encyclicam, atque dogmaticam epistolam subscribendam. tomo 6. 286. 2; & 356. 2; & seq.

Cui Iulianus Ecclanensis Episcopus subscribere noluit, & aduersùs quam appellauit ad generalem totius Ecclesiæ Synodum; adeoque solemniter cum suis damnatus, atque ita tanquam secundus Cain cepit vagari per totum Orbem terrarum. to. 6. 286. 2; & 356. 2.

Zosymus Papa in causa Apiarij egit ex certa scientia, ex canonibus Nicænis, ac Sardicensibus, ex generali omnium Ecclesiarum consuetudine, apud quas inferior etiam clerus fuit semper permissus Romam prouocare. to.6. 332. 1.

In Africam misit quatuor capitula, tria priora mandans deinceps obseruari; quartum mandabat Vrbanum Episcopum, nisi Romanam Apiarij reparationem admitteret, priuari communione, imò & Romam ad causam dicendam euocari. to.6. 332. 1; & to.4. 415. 4.

Zosymus Papa appellantem Apiarium audiuit, & admisit ad retractatorium iudicium, & in ipso discussum reparauit, & ad reparationem exequendam Legatos misit in Africam. to.6. 336. 1.

Apiarius erat à Romana Vrbe remotissimus, propterea Petrus de Marca fallitur asserens, quòd Zosymus Papa iure vicinitatis appellationem admiserit. to.6. 156. 2.

Restitutus à Zosymo Papa obtulit Synodo Africanæ literas commendatirias ipsius Zosymi, quibus Synodus non restitit, sed illum iustificauit, non tamen remisit ad Ecclesiam Siceensem propter scandala, quæ ibidem patrauerat. to.6. 296. 1; & 336. 2; & seq.

Zosymus Papa legauit Faustinum Potentinum Episcopum, Philippum, & Asellum presbiteros ad Africanos. to. 6. 338. 1; & seq; & to.1; 458. 1.

Zosymus Papa demonstrauit Afris appellationes non in sola fundari consuetudine, sed etiam in Canonibus Nicænis. tomo 6. 341. 2.

Ab Afris duo postulauerat; primò vt Episcoporum appellationes fierent iuxta formam Sardicensem; deinde vt retractati per Romanam Ecclesiam iudicij executio fieret eo modo in Africa, quo fiebat in Italia. to.6. 342. 1.

Zosymus Papa quomodò adduxerit canonem Sardicensem ad impartiendas appellationes Romanas Clero Africano inferiori? to 6. 343. 1.

Zosymus Papa censuit Clerum Africanum liberandum esse à dominatu suorum Episcoporum, proinde canonem Sardicensem dixit fuisse propter ipsum emanatum. to.6. 343. 2.

Insuper declarauit Clerum Africanum non astringi ad retractatorium suæ Prouinciæ iudicium, sed liberè posse ad vicinos Episcopos confugere neglecta Synodo prouinciali. to.6. 343. 2.

Zosymi Papæ commonitorium iudicatum à Synodo Carthaginensi, à qua fuit transmissum ad Bonifacium Papam. to. 6 345. 1; & 349. 1; & seq; & to.4. 315. 4.

Zosymi commonitorium non fuit falsi conuictum ex originali codice Cæciliani. to. 6. 349. 2.

Zosymus legauit S. P. Augustinum simul cum SS. Alipio, & Possidio in Cæsariensem Mauritaniam. to.6. 350. 1.

Vsque ad Zosymi tempora nulla fuit dubitatio de appellationibus Clericorum Africanorum; hanc litem excitauit Apiarij audacia; & hac occasione Zosymus etiam Episcoporum appellationes moderari voluit ad normam canonis Sardicensis. tomo 6. 352. 1.

Zosymus in literis ad Aurelium Primatem, & alios Africanos Episcopos mentionem facit appellationis Cœlestij, tomo 6. 353. 1; & seq.

Alia Zosymi epistola ad eosdem Africanos Antistites de appellatione Cœlestij, de repetita professione fidei, & de libello ab eodem oblato. to.6. 353. 2.

Zosymus S. Petri thronum ascendit anno decimo septimo quinti sæculi, quo anno Cœlestius Romam rediit. to.6. 354. 1.

Zosymi acta erga Cœlestium versipellem Eunuchum, qui subdolè Zosymum tentauit decipere. to.6. 354. 1; & seq.

Maturè discussit causam eiusdem Cœlestij, cuius libellum professionis fidei misit ad Episcopos Afros. to.6. 355. 1.

Cœlestium se purgare molientem constrinxit ad consentiendum his, quæ de peccato paruulorum decreta fuerant ab eius prædecessore Innocentio I. teste S. P. Augustino. to.6. 356. 1.

Celeberrima Zosymi tractoria ad omnes sub Cœlo Ecclesias, qua non solùm Cœlestium, & Pelagium damnauit, sed etiam articulos de peccato originali, ac Diuina gratia Apostolicè confirmauit; & iussit omnes sub cœlo Episcopos his literis subscribere; & qui recusasset, futurus erat proscriptus Pelagianus. to.6. 356. 2.

Hoc suum constitutum curauit Diuali Imperatoris Honorij ad Palladium scripta muniri; præcepitque, vt sui clerici primùm præfatæ legi obedirent. to.6. 356. 2.

Zosymus accusatus fuit à Iuliano Eeclanensi, tanquam præuaricator, quasi Cœlestij doctrinam de peccato originali primùm approbasset, & deinde damnasset; ac sic seipsum, & suos præcipitasset. to.6. 356. 2.

Zosymus naturales Cœlestij dotes commiserans, & eum sperans corrigere Africanæ damnationis sententiam statim noluit confirmare; sed mitiùs cum tractauit, quàm postularet seuerior antiquæ Ecclesiæ disciplina. to.6. 356. 2; & seq.

Zosymus suam tractoriam simul cum lege Imperiali transmisit nedum ad Africanos Episcopos, sed etiam ad Orientales Ecclesias, scilicet ad Patriarcham Antiochenum, & ad Ecclesiam Hierosolymitanam. to.6. 357. 2.

Probauit Concilium Africanum ducentorum, & quatuordecim Episcoporum contra Pelagium, atque Cœlestium, & ita eorum causam finiuit. to. 6. 359. 2; & to. 1. 85. 2.

Canones Sardicenses appellauit Nicænos, quia in codice Romano canones Nicæni, & Sardicenses fuerunt coniuncti; & Scriptor codicis titulum canonum Nicænorum imposuit; tum quia Synodus Sardicensis fuit appendix Nicænæ, ideo eadem censetur, & iidem canones, quia iidem ferè numero Patres in vtraque Synodo fuerunt. tom.6. 361. 2; & seq.

Zosymus Papa liberatur à falsi crimine, quòd illi imponitur ob ementitos canones Nicænos. to.2. ca Alano. 36. 1; & 14. 2.

Zosymus Papa calumniatus à Pelagianis à grauissimis impostoratum notis S. P. Augustini testimonio vindicatur. to. 18. 238. 1; & seq.

Zosy-

Zosymus Innocentij I. successor suis literis, & decretis contra Pelagium, & Cœlestium sui Prædecessoris iudicium remota cunctatione firmauit. to.16. 238. 1.

Zosymus nihil aliud in gratiam concessit Celestio, nisi quòd ei terminum assignauit ad resipiscendum, quousque de forma reconciliationis Patrum Africanorum sententia Romam veniret; præterea nihil. tomo 16. 238. 1.

Epistola ad Patres Africanos à Pelagianis conficta, & Zosymo falsò attributa, qua Pelagium ex literis, & libello catholicum agnoscit, & acerrimè arguit eosdem Patres Africanos, quòd hæreseos eum simul cum Cœlestio damnauerint. to.16. 238. 1.

Eadem epistola grauissimis notis damnat Herotem, & Lazarum, quia Pelagium, & Celestium accusauerant in Diospolitano Concilio. to.16. 238. 1.

Alia eiusdem farinæ epistola conficta fuit pro Cœlestio, & Zosymo attributa, qua plurimas calumnias congessit in Herotem, & Lazarum, & magnæ imprudentiæ, & iniquitatis Patres Africanos accusauit, quia tam facilè credidissent inexploratis accusationibus, & testimonium eiusdem Zosymi respuissent. to.16. 238. 1; & seq.

Falsitas prædictarum epistolarum conuincitur testimonio S. P. Nostri Augustini, & literis Paulini Carthaginensis Diaconi ad Zosymum, cui gratias egit, quòd Apostolica auctoritate damnasset Cœlestium recusantem damnare errores, de quibus ab eodem Paulino fuerat accusatus. tomo 16. 238. 2.

Zosymi tertia epistola ad Africanos Patres à Pelagianis conficta, qua asseritur Cœlestium condemnasse omnia crimina, quæ sibi falsò per rumorem dicebat illata fuisse, suos vltrò accusatores deposcens; & qua idem Zosymus studuit eosdem Patres Africanos placare, quasi sibi essent infensi, quòd in omnibus adhibuisset fidem Cœlestio. to.16. 239. 1.

Zosymus separauit Pelagianos ab Ecclesia datis literis ad Ecclesias Africanas, Orientales, & Occidentales. tomo 16. 239. 2; & seq.

Zosymus scripsit in causa Pelagij ad Patres Africanos mense Octobri; qui responderunt mense Nouembri, & circa initium mensis Ianuarij damnauit Pelagianos, de quorum damnatione scripsit ad eosdem Patres in Africam, & ad Imperatorem Rauennam. to.16. 240. 1; & seq.

Zosymi rescriptum ad Patres Africanos, & ad omnes Episcopos Catholicos, quo Pelagianismus ab vniuersa Ecclesia fuit proscriptus, & Pelagiani per totum Orbem fuerunt damnati. to.16. 240. 1; & seq.

Zosymi iudicium sequentes Patres Africani in Synodo plenaria varios canones ediderunt, quos eiusdem Zosymi iudicio, & arbitrio subiecerunt; & ab eodem fuerunt approbati, & confirmati. to.16. 240. 2.

Sub Zosymo non fuit celebratum Concilium Mileuitanum II; cui interfuerunt tantùm sexaginta Episcopi, sed sub Innocentio I. to.16. 241. 1.

Zosymus vsque ad sydera fuit laudatus à Patribus Carthaginensibus, quia Pelagium, eiusque sectatores damnauerat. tomo 16. 242. 2.

Zosymi commonitorium ab eiusdem Legatis delatum ad Patres Africanos circa appellationem cleri inferioris ad Apostolicam Sedem iuxta canones Sardicenses nomine Nicænorum transmissos fabulosum, & commentitium esse multis testimonijs conuincitur. to.16. 247. 1; & seq.

Zosymus post II. Concilium plenarium Mileuitanum celebratum anno quadringentesimo decimo octauo mense Maij non mandauit Patribus Africanis, vt aliud Concilium plenarium cogerent, in quo eadem causa tractaretur, quæ iam finita erat; sed potiùs illos compulit aliò se conferre teste S.P. Nostro Augustino epist.156. ad Optatum Mileuitanum. to.16. 248. 1.

Zosymus iam è viuis excesserat, cùm Romam perlata fuit epistola Concilij Carthaginensis, cui interfuit S. P. Noster Augustinus cum SS. Alipio, & Possidio; propterea eadem epistola tradita fuit Bonifacio Zosymi successori. to.16. 248. 1.

Zosymus à Pelagianis accusatus fuit præuaricationis, sed tamen à D. P.N. Augustino egregiè fuit defensus. to.16. 238. 1; & seq.

Sub Zosymo duæ Synodi plenariæ Africanæ celebratæ fuerunt teste S. Prospero contra Collatorem. to.15. 471. 9; & seq.

Zosymus iussit, vt decretis à Sede Apostolica confirmatis omnes singillatim subscriberent. to.15. 471. 10.

Dedit firmitatem decretis duarum Synodorum Africanarum, & reuerentiam per totum Orbem terrarum. to.15. 471. 10.

Zosymus, sicut & Innocentius I. particularium Synodorum decreta sanxerunt per totum Orbem valere, & esse seruanda. to.15. 471. 10.

Cùm Zosymus probauit decreta Synodalia Concilij Carthaginensis, hæresis Pelagiana per totum Orbem fuit damnata. tomo 15. 471. 10.

Zosymus Cœlestium Pelagianum à Concilijs Carthaginensi, & Mileuitano appellantem benignè suscepit, & audiuit, ac sententiæ executionem suspendit, donec per Paulinum Legatum suum illius damnationis causas ritè, & diligenter inuestigasset. to.1. 457. 2.

Zosymus suscepit querelas Episcoporum Africanorum rogantium, ne mitteret Legatos, aut clericos executores, qui ad comitatum Imperatoris declinabant, & obtentis rescriptis à Principe ad Præfectos bracchio sæculari contra clericos vtebantur. to.1. 457. 2; & seq.

Zosymus non absoluit à vinculo excommunicationis ab Africanis Patribus latæ Cœlestium Pelagianum. to.1. 114. 1.

Interlocutoria sententia priùs declarauit Pelagium Catholicum, quia ab eo fraudulenter fuerat deceptus; sed postea detecta eius nequitia, & fictione anathematis pœna eum mulctauit. to.1. 114. 1; & seq.

In Basilica S. Clementis præcepit, vt legeretur libellus à Cœlestio ei oblatus; & sæpiùs explorauit, an quæ confessus fuerat scriptis, & ore, confiteretur & corde, ac veraci-

taciter; an verò tantùm fictè, & simulatè. to.3. 749. 2; & seq.

Ad Episcopos Africanos transmisit epistolam Prayli Episcopi Hierosolymitani, qui causæ Pelagij enixè adstipulabat; & simul eiusdem Pelagij literas suam purgationem continentes, & concordantes cum his,quæ Romæ Cœlestius protulerat. to. 3. 750. 1; & seq.

Zosymus defuncto Innocentio literas ad eundem Innocentium scriptas contra Pelagium, & Cœlestium accepit, tomo 3. 751. 1.

Declarauit se nunquam reuocasse, vel immutasse ea, quæ acta fuerant à Patribus Africanis in causa Pelagij, & Cœlestij. to. 3. 751. 2.

Tempore Zosymi Concilium Carthaginense VI. de appellationibus ad Apostolicam Sedem fuit inceptum, sub Bonifacio continuatum, & tandem sub Cœlestino terminatum. to.3. 753. 1; & seq.

Zosymus electus fuit Pontifex anno Honorij vigesimo tertio,& decimo Theodosij. to.3. 749. 1.

Zosymi canones missi per Faustinum Legatum in Africam non fuerunt à Patribus Africanis recepti, sed tanquam spurij, & illegitimi reiecti; quia putabant nullum aliud Sardicense Concilium celebratum fuisse præter illud, quod ab Arianis Philippopoli fuerat celebratum; propterea timebant, ne essent ab Arianis compositi. to.3. 510. 2.

Zosymus misit in Africam canones Sardicenses sub nomine canonum Nicænorum;quia Concilium Nicænum, & Sardicense habebatur pro vno, & eodem Concilio;Sardicense enim celebratum fuit solùm viginti annis post Concilium Nicænum, & ijdem Patres, qui vni interfuerant, alteri etiam fuerunt præsentes; propterea Sardicense appendix Nicæni fuit appellatum. tom.3. 510. 2; & seq.

Zosymus sua auctoritate muniuit potestatem Episcoporum, vt obsisterent superbiæ, & arrogantiæ illam impugnantium. to. 10. 329. 1; & seq.

Docuit auctoritatem supremam Apostolicæ Sedis descendisse ex perpetua Sanctorum Patrum, atque S. Petri traditione. to. 10. 329. 2.

Potestatem S. Petri in condendis Ecclesiasticis legibus docuit fuisse à Christo Domino traditam, eiusque sententiam esse omnino irretractabilem; quam potestatem Romani Pontifices hæreditario iure recipiunt. to.10. 329. 2.

Zosymus Iudicauit canones Concilij Nicæni definijsse, quinam libri sint canonici, bigamos non esse ordinandos, omnibus Episcopis licere confugere, & prouocare ad Romanum Pontificem, & Ecclesiam Alexandrinam immediatè post Ecclesiam Romanam debere locum habere. tom. 18. 14. 2.

Zosymus à Melancthone in locis communibus vltimæ editionis appellatus fuit Antichristus. to.8. 744. 2.

Sæpe admisit ad crebram interlocutionem Cœlestium, vt illum ad Ecclesiæ Catholicæ sinum reduceret. to.8. 443. 2; & seq.

Zosymum sibi vsurpasse primatum Ecclesiæ vniuersalis calumniatus fuit Vuithacherus hæreticus. to.8. 745. 2.

Item contra suam conscientiam falsificasse de Industria Concilium Nicænum, vt Africanis Episcopis iugum imponeret,dixit Spalatensis. to.18. 554. 1.

Zosymus auditis Patrum Africanorum consilijs acquieuit, & certum diem determinauit, quo Cœlestius cogeretur ad lucidas responsiones, ad disertè eiuranda sua dogmata, & ad clarè profitendam catholicam fidem; sed adueniente illo die Cœlestius non comparuit, clam etenim aufugerat ex Vrbe; propter quod Zosymus sententiam damnationis promulgauit. to.6. 357. 2.

Zosymi decreta contra Pelagianos, & de appellatione cleri inferioris ad Apostolicam Sedem fuerunt confirmata à Synodo Carthaginensi; & post ipsam Episcopi Africani permiserunt semper appellationem cleri inferioris ad Romanum Pontificem. to. 6. 359. 2.

Zosymi commonitorium ad Episcopos Africanos transmissum quatuor continebat articulos, quorum primus erat de appellationibus Episcoporum; & tertius de appellatione cleri inferioris ad Sedem Romanam. to.6.337. 1; & seq.

Zosymus Papa egit cum *Cœlestio, quem falsæ doctrinæ ventus inflauerat*, vt ea, quæ illi à Diacono Paulino fuerant obiecta, damnaret; at ille noluit, sed promisit se damnaturum esse omnia, quæ sedes illa damnaret. to.15. 471.

Zosymus Papa confirmauit Concilium Mileuitanum. to.15. 469. 3.

Zosymi Papæ iudicium in causa Cœlestij Pelagiani ad Apostolicam Sedem prouocantis contra Centuriatores impostores. to.1. 457. 2.

Querelæ Africanorum Episcoporum, & literæ ad Zosymum Papam, quòd ad Romanum Pontificem appellantes tam facilè absoluerentur, & Legati à latere sæculari potestate se armarent. to.1. 457. 2; & seq.

Zosymus Papa acta Synodi Carthaginensis confirmauit. to.1. 85. 2.

ZosymusPapa defenditur à calumnijs Iuliani Capnani. to.1. 114. 1; & seq.

Zosymus Papa falsò à Centuriatoribus calumnijs impetitur, tanquam appellationes Episcoporum sibi abrogauerit. to.1.459.1; & seq.

Zosymus Papa Innocentij successor accusatur à Mornæo, quòd Cœlestium hæreticum susceperit. to.8. 443. 2.

Item quòd ab hæreticis Pelagianis fuerit deceptus. to.8. 1006. 1.

Zosymus Papa non approbauit dogma Cœlestij. to.7. 723. 2.

Zosymus Papa fatetur Papæ infallibilitatem. to.10. 329. 1.

Zosymus Papa mortuo Innocentio eius prædecessore recepit libellum fidei editum à Pelagio, & transmissum ad eundem Innocentium, qui eo tunc interierat. to.3. 750. 2; & seq.

Appel-

Appellationem ad Papam non fuisse abrogatam in Zosymo Papa contra Centuriatores manifestè ostenditur. to.1. 459. 1; & seq.
Zosymus Papa quare canones Sardicenses, tanquam à Nicæna Synodo editos, transmiserit ad Patres Concilij Africani? to.3. 511. 1.
Zosymus Papa à Caluino falsò calumniatus fuit, quòd conatus fuit efficere, vt canon vigesimus secundus Concilij Mileuitani corrigeretur in Concilio VI. Carthaginensi. to.18. 553. 1.
Zosymus Papa ab Africanis per Legatos petijt, vt tres canones Nicæni Concilij executioni mandarent; vnum de appellationibus Episcoporum ad Romanum Pontificem; alterum de appellationibus præsbiterorum, & minorum Clericorum ad Episcopos vicinos; tertium de non eundo ad comitatum, idest ne irent Episcopi Africani cum pompa ad aulam Imperatoris. to.18. 553. 2.
Fautores Pelagij ex clero Romano, tanquam rebelles, & perturbatores omnium à Zosymo Papa excommunicati, cùm ad Honorium Imperatorem de Pontifice conquesturi se contulissent, sub pœna excommunicationis vitari iubentur per epistolam Zosymi Papæ ad Præsbiteros, & Diaconos Rauennates perscriptam, interim Zosymus Papa sanctissimè ex hac vita migrauit. to. mo 3. 749. 2.
Zosymi Papæ epistola ad Africanos Episcopos, qua Cœlestium, prout videri poterat, Catholicum esse nunciauit. to. 3. 749. 2; & seq.
Alia eiusdem epistola ad Africanos Episcopos, qua etiam Pelagium Catholicum sibi visum fuisse ex illius confessione scripsit. to.3. 750. 1; & seq.
Altera eiusdem Zosymi epistola scripta ad Patres Concilij Carthaginensis. to.3. 751. 1; & seq.
Literæ Episcoporum Carthaginensis Concilij ad Zosymum Papam redditæ fuerunt. to.3. 751. 2.
Epistola Zosymi Papæ ad Faustum, Philippum, & Asellum lecta à Sancto Alipio Tagastensi Episcopo Prouinciæ Numidiæ Legato in Concilio Carthaginensi. to. 3. 753. 2.
Epistola decretalis Zosymi Papæ referens canonem Concilij Nicæni de appellatione ad Apostolicam Sedem Romanam, tanquam ad D. Petri cathedram immutabiliter ab ipso fundatam. to.18. 14. 1.
Alia eiusdem epistola ad Patres Concilij Africani missa per eius Legatos Faustinum Episcopum, Philippum, & Asellum præsbiteros; circa quam responderunt Bonifacio Zosymi successori se seruaturos id, quod præceperat Zosymus, nisi aliter habeant canones Concilij Nicæni. to.18. 96. 2; & seq.
Zosymi sententia de assentatoribus Constantij Imperatoris, qui ipsum extollendo, arrogantiorem reddiderunt, aditum calumniatoribus aperuerunt, & eum è sua fortuna deiecerunt. to.5. 40. 1.
Alia eiusdem epistola ad Hesychium Salonitanum Episcopum de potestate D. Petri. to.10. 329. 1.

Zuinglius hæreticus.

Zuinglij hæresis sensibiliter fuit à Diabolo tradita teste ipsomet Zuinglio. tomo 5. 8. 1.
Zuinglij schola in sua ordinatione Ecclesiastica anathema dixit Luthero, & Brentio. to.11. 16. 1.
Zuinglius excommunicatus fuit à Luthero. to.4. 681. 72; & to.11. 16. 1.
Quid Zuinglius dixerit de Luthero? to.4. 681. 72; & to.11. 16. 1.
Zuinglius irrisit Lutherum. to.4. 681. 73.
Zuinglij, & Lutheri præceptor fuit Sathanas. to.4. 683. 85.
Diuisio sectatorum Lutheri in Zuinglianos, & Lutheranos. to.4. 246. 2.
Zuingliani negarunt Christi Domini Corpus post prolationem verborum ad naturam panis accedere; sed panem illum etiam post illa solemnia verba prolata nihil aliud, quàm panem purum naturalem esse censuerunt. to.4. 247. 1.
Zuingliani, & Caluinistæ præscripserunt hæresim Brentij. to. 11. 16. 2.
Zuinglius secutus fuit hæresim Sacramentariorum. to.4. 681. 72; & seq.
Zuinglius epistola 186. asseruit conscientias esse liberas à iugo legis, quo nedum potestatem Ecclesiasticam, sed etiam dominium quodlibet temporale, & politicum tentauit omnimodè euertere. to.5. 100. 2.
Zuingliani repudiato nomine Christiano se non esse Christi Domini asseclas profitebantur. to.5. 104. 2.
Zuinglius restaurator Sacramentariorum impiè asseruit Christum Dominum non dixisse Petro: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, non super te, nam tu petra non es &c. to.1. ex Ecchellensi. 42. 1; & seq.
Zuinglius aliter interpretatur ea verba à Christo Domino in cœna prolata: *Hoc est Corpus meum*; quàm interpretari fuerint Caluinus, Lutherus, & alij hæretici recentes. to.18. 23. 2.
Zuinglius cum Caluino negauit Deum esse omnipotentem, & asseruit in Christo Domino esse duas naturas. to.4. 681. 71.
Zuinglius teste Erasmo indulsit luxui, libidini, & gulæ absque vlla penitus verecundia, aut pudore. to.11. 16.1.
Negauit Christi Domini corpus, & sanguinem in Eucharistia à Christi fidelibus in Ecclesia vniuersa sumi ore carnali. to.11. 16. 1.
Zuinglius, & eius sectatores à vera doctrina, quam docuerunt concilia, aberrarunt, & hæreses à Concilijs damnatas profitentes conati sunt Ecclesiam Catholicam, quæ est vna propter vinculum pacis, diuidere. to.5. 105. 1.
Zuinglius est omnino cauendus, tanquam homo penitus retrouersus, qui Christum Dominum totum amisit teste eodem Caluino. to.4. 681. 72.
Zuinglij hæresis inhæret turpissimis, ac corruptissimis antiquorum hæreticorum erroribus. to.4. 680. 65.

Zuinglij discipuli Sacramentarij nedum non conueniunt cum Lutheranis, sed etiam discrepant inter se ipsos in explicandis Christi Domini verbis in vltima cœna prolatis circa institutionem Sacramenti Eucharistiæ. to.18. 23. 3; & seq.

Zuinglius dominationem appetijt, quapropter Papa Turingicus exambiuit appellari; propter quod omnem aliorum dominationem destruere conatus fuit, vt ipse solus dominaretur. to.5. 100. 2.

Zuinglius, & Oecolampadius non fuerunt passi sententiam Lutheri probabiliorem videri, quàm suam; sed illam acriter improbare tentarunt ita, vt nunquam cum Luthero concordare voluerint. tomo 4. 247. 1.

FINIS.



REGESTVM.

a Index Auctorum.


A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sff Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sfff Tttt Vuuu Xxxx Yyyy.

Omnes ſunt Duerniones, præter Principium quod eſt Ternio.



ROMÆ, M. DC. IC.

Ex Typographia Ioannis Franciſci Buagni.
Superiorum permiſſu.